







CATALOGUS
CODICUM
MANUSCRIPTORUM
BIBLIOTHECÆ REGIÆ.

TOMUS PRIMUS.



PARISIIS,
E TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DCCXXXIX.




MONITUM.

CUM ordinis quem ſequendum eſſe duximus, in Librorum editorum Præfatione accuratè ſit explicata ratio; pauca nunc reſtant de quibus Lectorem monitum oporteat. Codicibus Manuſcriptis Orientalibus, primo hoc volumine comprehenſis, Libri Sinici, Tartarici, & Indici ideo adjuncti ſunt, quòd in aliam claſſem conjici non poſſe viderentur. Illorum omnium brevis deſcriptio, Stephani Fourmont, Armenorum autem Guilielmi de Villefroy, Virorum doctiſſimorum induſtriæ accepta referenda eſt, quorum veſtigiis, quantùm fieri potuit, inſiſtere conati ſumus. In Indicis & Sinicis, non eadem quàm in cæteris Catalogi capitibus partium diſpoſitio reperitur, illudque compluribus de cauſis, quas enumerare velle nimis longum foret.

TABULA

Exhibens paginas quibus singulæ Codicum Manuscriptorum classes incipiunt.



CATALOGI BIBLIOTHECÆ REGIÆ

PARS PRIMA,

COMPLECTENS

CODICES MANUSCRIPTOS ORIENTALES.

CODICES HEBRAICI.

VETUS TESTAMENTUM.
In-folio.

CODEX PRIMUS.

CODEX membranaceus, olim Mazarinæus, elegantiſſimè ſcriptus, quo continentur Veteris Teſtamenti libri omnes, tribus columnis diſpoſiti, una cum punctis & notis Maſoreticis.

Is codex à librario quodam nomine *Ruben*, filio *Abraham*, exaratus anno Chriſti 1357.

II.

Codex membranaceus, quocum, ſi characterum elegantiam & accuratam ſcribendi rationem ſpectes, pauci comparandi ſunt: ibi continentur Veteris Teſtamenti libri omnes, tribus columnis diſpoſiti. Præmittuntur tanquam Prolegomena quædam,

1.° Præfatio, ubi de Cabbala diſputatur.

2.° Variæ lectiones in Pentateuchum, quibus inter ſe diſcrepant Ben *Aſcher* & Ben *Nephtali*. Variæ illæ lectiones ad accentus tantum pertinent.

3.° Doctorum Judæorum nomina, quorum induſtria Maſora ad poſteros pervenerit. Hujuſce catalogi ope vir clariſſimus *Stephanus Fourmont* hactenus ignotam punctorum vocalium originem ſibi deprehendiſſe viſus eſt; argumentis enim inde petitis ſecundo tandem ſæculo excogitata eſſe contendit.

4.° Eorum Prolegomenon paginis ſingulis appicti conſpiciuntur quidam veluti limbi ſeu vineolæ, è ſcripturis majuſculis ac minuſculis concinnatæ.

Ad calcem codicis ſimiles occurrunt indices Maſoretici, cum ſimilibus limbis. Is eſt codex cujus veſtigiis inſiſtens *Robertus Stephanus*, ſi Joanni Morino fides, eximios illos characteres exprimi curavit, quibus in edendis Veteris Teſtamenti libris poſtea uſus eſt; quod tamen minus verum eſſe comperiet, qui rem propius inſpexerit.

Ad hujuſce codicis ætatem quod attinet, is ad ſæculum decimum quartum referendus videtur.

III.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus,

eadem qua prior elegantia ſcriptus. Ibi continentur Veteris Teſtamenti libri omnes una cum notis Maſoreticis, variis indicibus & punctis; quæ tamen, ſi rem propius inſpicias, recentius addita eſſe non immerito pronunties. Initium cujuſque libri picturis egregiis ornatum conſpicitur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IV. & V.

Codex membranaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. illatus, duobus voluminibus elegantiſſimè ſcriptis conſtans. Ibi continentur Veteris Teſtamenti libri omnes, una cum punctis vocalibus. Ad utramque hujuſce codicis oram leguntur notæ quædam Maſoreticæ. In ſuperiori & inferiori margine exſcriptus eſt Liber Radicum R. *Davidis Kimhi*. In medio occurrit præceptorum legis Moſaïcæ compendium.

Is codex ad decimum quartum ſæculum referendus videtur.

VI. & VII.

Codex membranaceus, duobus voluminibus conſtans, quibus continentur Veteris Teſtamenti libri omnes, tribus columnis diſpoſiti, una cum Maſora parva & paraphraſi Chaldaïca ad ſingulos Pentateuchi verſus. Huncce codicem tanquam rariſſimum aliquod antiquitatis monumentum, Henrico III. cum Venetias inviſeret, à Senatu Veneto donatum *Joannes Morinus* auctor eſt, exercit. in Pentat. Samar. pag. 362. Sed, ut ab ipſo recte animadverſum, recentiorem eſſe quam vulgo ferebatur argumento eſt ſcriptura Hebræo-Germanica. Omitti non debet, ibi reperiri Aben *Eſræ* de accentibus diſputationem.

VIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Pentateuchus, Canticum Canticorum, Ruth, Eccleſiaſtes, Lamentationes Jeremiæ, Eſther. Ibi reperias ſectiones illas quæ ſingulis diebus feſtis in Synagogis Judæorum legi conſueverunt.

2.° Hiſtoriæ Machabæorum compendium è *Joſepho* Ben *Gorionis*.

Codex elegantiſſimè ſcriptus, quem non immerito in antiquorum numerum reponas.

IX.

Codex membranaceus, elegantiſſimè ſcriptus, & antiquus, quo continentur Pentateuchus, Canticum Canticorum, Eccleſiaſtes, Lamentationes Jeremiæ, & Eſther. Ibi quoque occurrunt Haphtarot, ſive ſectiones illæ quæ in Synagogis Judæorum legi ſolent.

X.

Codex membranaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. illatus, literis majuſculis exaratus, quo continetur Pentateuchus una cum notis Maſoreticis, & punctis vocalibus, recentiori tamen manu additis.

Is codex, quantum ex ſcriptura conjicere licet, ad ſæculum decimum tertium referendus videtur.

XI.

Codex membranaceus, charactere Hebræo-Germanico accuratè quidem, ſed parum eleganter ſcriptus, quo continetur Pentateuchus una cum punctis vocalibus, & notis Maſoreticis.

XII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, literis majuſculis, ſed à Judæo quodam Germano anno Chriſti 1284. exaratus. Ibi continentur Exodus initio & fine mutilus, Pſalmi Davidis, Salomonis Proverbia, Job, Daniel, Eſdras, Nehemias & Paralipomena, una cum punctis vocalibus, quæ recentius addita eſſe non temere conjicias.

XIII.

Codex membranaceus, olim Huralti Boiſtallerii, qui à Daniele Bombergo emiſſe ſe teſtatur anno 1567. literis majuſculis ſumma cura & elegantia ſcriptus, quo continentur:

1.° Leviticus & Deuteronomium, una cum paraphraſi Chaldaïca ſingulis verſibus ſubjuncta. Ad puncta quod attinet, recentius addita videntur.

2.° Haphtarot, ſive ſectiones illæ quæ totius anni decurſu in Synagogis legi ſolent.

3.° Canticum Canticorum, Ruth, Lamentationes Jeremiæ, Eccleſiaſtes, & Ether.

Is codex ad decimum tertium ſæculum referendus videtur.

XIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, characterum elegantia & nitore nulli ſecundus, quo continentur Joſue, libri Regum, Iſaïas, Jeremias, Ezechiel & duodecim

Prophetæ minores, una cum punctis vocalibus, recentius tamen additis: occurrunt præterea variæ notæ Masoreticæ.

Huncce codicem, ut ex Josue cap. 21. vers. 36. & 37. colligitur, cum vetustissimis *Hillelis* codicibus collatum esse constat. Is sæculo decimo tertio exaratus videtur.

XV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, antiquus, & elegantissimè scriptus, quo continentur Josue, Judices, libri Regum, Isaïas, Jeremias, Ezechiel & duodecim Prophetæ minores. Initio & fine nonnulla desiderantur.

XVI.

Codex membranaceus, characteribus Hebræo-Germanicis scriptus, quo continentur Josue, Judices, libri Regum, Jeremias, Ezechiel, Isaïas, Oseas, Prophetæ minores, Psalmi, Job, Proverbia Salomonis, Daniel, Esdras, Paralipomena, tribus columnis disposita, una cum punctis vocalibus & notis Masoreticis. Initium Josue desideratur.

XVII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, antiquus, & elegantissimè scriptus, quo continentur Josue, Judices, & Regum libri quatuor.

XVIII.

Codex membranaceus, olim Huralti Boistallerii, qui à Daniele Bombergo emisse se testatur, elegantissimè scriptus, quo continentur Psalmi, Canticum Canticorum, Ruth, Ecclesiastes, Lamentationes Jeremiæ, Esther, Job, Proverbia Salomonis, Daniel, Esdras, Nehemias, una cum punctis vocalibus, sed recentiori manu additis.

Is codex inter illos numerandus videtur, qui sæculo decimo tertio exarati sunt.

XIX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, charactere Hebræo - Germanico scriptus, quo continentur:

1.° Psalmi cum commentariis R. *Davidis Kimhi*.

2.° Liber Job cum commentariis R. *Levi* Ben *Gerson*.

3.° Proverbia cum commentariis RR. *Salomonis Jarchi* & *Davidis Kimhi*.

4.° Canticum Canticorum, Ruth, Ecclesiastes, Lamentationes Jeremiæ, & Esther, cum commentariis Aben *Esræ*.

5.° Paralipomena cum commentariis R. *Levi* Ben *Gerson*.

XX.

Codex membranaceus, olim Huralti Boistallerii, qui à Joanne Barilletto librario Venetiis emisse se testatur, charactere Hebræo - Germanico à *Levi* quodam Judæo scriptus. Ibi continentur Psalmi Davidis una cum paraphrasi Chaldaïca, notis Masoreticis & commentariis R. *Davidis Kimhi*.

XXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, initio mutilus, quo continentur Jeremias, Ezechiel & Daniel, una cum interpretatione Vulgata: ea vero cum sæculo decimo tertio sit exarata, nostrum hunc codicem tum temporis quoque scriptum esse constat.

XXII.

Rotulus à medico quodam Damasceno *Nasrallah* nomine, Ludovico XIV. oblatus, longus pedes nonaginta sex, latus duos pedes: constat coriis quinquaginta quinque una junctis, & ex illo coriorum genere, quæ vulgo *Maroquins* appellantur. Ibi continetur Pentateuchus literis quadratis longè elegantissimis exaratus. Aiebat *Nasrallah* rotulum hunc in vico Jubar juxta Damascum quondam asservatum, illudque tanta religione, ut manu ipsi superimposita sacramentum dicere, vel etiam legere piaculi loco apud Judæos haberetur: quæ fortè à medico dicta, ut merci majus pretium accederet. Illius tamen exemplaris antiquitatem in dubium revocare non sinunt coria longo usu detrita, & characteres nonnullis in locis sic deleti, ut vix legi possint: cui incommodo recentior aliquis Judæus alia adjecta scriptura occurrere voluit.

XXIII.

Rotulus à Paulo Lucas ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus anno 1717. longus pedes septuaginta, latus pedem unum & octo pollices. Constat coriis triginta septem una junctis, & ex illo coriorum genere, quæ vulgo *Maroquins* appellantur. Ibi continetur Pentateuchus characteribus quadratis & elegantibus, ad usum alicujus Synagogæ exaratus. Desiderantur Genesis & Exodi capita 28. priora. Multis abhinc annis huncce rotulum scriptum esse argumento est, quod absumptis nimia vetustate septem

pellibus, aliæ in earum locum suffectæ sint.

XXIV.

Rotulus à Paulo Lucas ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus anno 1718. longus pedes octoginta quatuor, latus pedem unum & duos pollices. Constat coriis quadraginta quatuor una junctis, & ex illo coriorum genere, quæ vulgo *Maroquins* appellantur. Ibi continetur Pentateuchus characteribus quadratis & elegantibus, ad usum alicujus Synagogæ exaratus. Verum pellium nitor huncce rotulum aut minus antiquum esse, aut summa cura servatum ostendit.

XXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Jeremias, Persicè, charactere Hebraïco.

VETUS TESTAMENTUM.
In-quarto.

XXVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, characterum elegantia vel præstantissimis par. Ibi continentur Veteris Testamenti libri omnes, tribus columnis dispositi, una cum punctis & notis Masoreticis. Exaratus is codex Toleti anno Christi 1272. ut ostendunt hæc librarii verba quæ ad operis calcem leguntur: *Ego Hhaim filius Israël scripsi hunc librum & absolvi anno quinquies millesimo trigesimo secundo creationis mundi.*

XXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, characteribus longè elegantissimis anno Christi 1332. exaratus. Ibi continentur Veteris Testamenti libri omnes, una cum punctis vocalibus & utraque Masora. Præmittuntur indices varii.

XXVIII.

Codex membranaceus, elegantissimè scriptus, quo continentur Veteris Testamenti libri omnes, una cum punctis vocalibus & notis Masoreticis. Is codex anno Christi 1346. exaratus est.

XXIX.

Codex membranaceus, quo continentur Veteris Testamenti libri omnes, una cum punctis vocalibus & notis Masoreticis quibusdam. Ad calcem Pentateuchi annotatum reperias huncce codicem anno Christi 1347. exaratum esse.

XXX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, elegantissimè scriptus, quo continentur Veteris Testamenti libri omnes, una cum punctis vocalibus & notis Masoreticis. Præmittuntur præceptorum legis enumeratio, index sectionum & versuum sacrorum, ex quibus præcepta singula deducuntur.

Ad calcem hujusce codicis annotatum reperias emptum illum esse centum cruciatis anno ab orbe condito 5260. Christi 1500. Vir doctus *Jacobus le Long* hunc codicem sæculo decimo tertio exaratum esse statuit, non immerito tamen antiquiorem quis conjiciat.

XXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, characteribus longè elegantissimis exaratus, quo continentur Veteris Testamenti libri omnes, una cum punctis vocalibus & utraque Masora. Præmittuntur indices, & variæ lectiones Ben *Ascher* & Ben *Nephtali.*

Is codex anno Christi 1404. scriptus est, ut hæc ostendunt librarii verba: *Ego Hhaim filius Saul scripsi viginti quatuor libros, & perfeci eos mense Schebeth anno 5164. creationis.*

XXXII.

Codex membranaceus, olim Melchised. Thevenotii, charactere Hebræo-Germanico scriptus, quo continentur Pentateuchus, Josue, Judices, & libri Regum, una cum punctis & utraque Masora. Initio desideratur folium unum.

XXXIII.

Codex membranaceus, olim Melchisedechi Thevenotii, elegantissimè scriptus, quo continetur Pentateuchus. Sub finem Deuteronomii nonnulla desiderantur. Hujusce codicis quem in antiquorum numerum non immerito reponas, pars maxima punctis caret.

XXXIV. & XXXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, duobus voluminibus constans, quibus continetur Pentateuchus una cum interpretatione Persica singulis versibus subjuncta, & Hebraïco charactere expressa. Hæc autem

interpretatio ab illa omnino diversa, quæ Londini in Bibliis Polyglottis charactere Persico prodiit.

XXXVI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Genesis & Exodus cum punctis vocalibus, notis Masoreticis, paraphrasi Chaldaïca singulis versibus subjuncta, & commentariis R. *Salomonis Jarchi.*

2.° Canticum Canticorum, Ruth, Ecclesiastes, Lamentationes Jeremiæ, & Esther, unà cum commentariis R. *Salomonis Jarchi.*

XXXVII.

Codex membranaceus, quo continentur Numeri & Deuteronomium, una cum paraphrasi Chaldaïca & commentariis R. *Salomonis Jarchi.*

XXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur libri Josue, Judicum, Ruth, Esdræ & Nehemiæ, Persicè, charactere tamen Hebraïco, ex Judæorum Orientalium interpretatione, quæ videtur esse ejusdem auctoris ac versio Pentateuchi, quæ in codicibus 2468. & 2469. occurrit.

Ad hujusce codicis calcem annotatum reperias exaratum illum esse in oppido Lar anno 1916. æræ, cujus nomen desideratur. Videtur autem librarius æram Seleucidarum ob oculos habuisse, at annus illius æræ 1916. cadit in annum Christi 1614.

XXXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur quatuor libri Regum & Paralipomena, ex Hebraïca lingua in Persicam à Judæo quodam conversa. Is codex, cujus characteres Hebraïci sunt, exaratus dicitur anno 1600.

XL.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Jobi liber. Desiderantur quædam. Persicè, charactere Hebraïco.

XLI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur Job & Jeremiæ Lamentationes, Persicè, verum charactere Hebraïco.

XLII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Jobi liber, Persicè ab anonymo conversus, verum charactere Hebraïco.

XLIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur Salomonis Proverbia, Esther & Ruth, Persicè, charactere Hebraïco.

XLIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur Isaïæ, Jeremiæ & Ezechielis Prophetiæ, Persicè, charactere Hebraïco.

XLV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur Danielis Prophetiæ, Persicè, charactere Hebraïco.

XLVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur Danielis Prophetiæ, Persicè, charactere Hebraïco.

XLVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur Prophetæ minores, Persicè, charactere Hebraïco.

XLVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, elegantissimè scriptus, quo continentur Paralipomena, Psalmi, Job, Proverbia, Ruth, Canticum Canticorum, Lamentationes Jeremiæ, Esther, Daniel, Esdras, Josue, Judices & Regum pars, una cum variis notis Masoreticis.

Is codex exaratus Toleti anno Christi 1198.

XLIX.

Codex membranaceus, olim Melchised. Thevenotii, antiquus, & eleganter scriptus, quo continentur ultima Isaïæ capita & cæteri Prophetæ ad Malachiæ usque finem.

L.

Codex membranaceus, olim Augusti Thuani, deinde Colbertinus, charactere Hebræo-Germanico scriptus, quo continentur Psalmi Davidis. Ad oram codicis conjecta est Latina interpretatio sæculo decimo quarto exarata. Itaque de hujusce codicis ætate nulla lis moveri potest.

LI.

Codex membranaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam illatus, eleganter

scriptus, quo continentur Haphtarot, sive sectiones è Prophetis, quæ singulis Pentateuchi sectionibus, juxta receptam apud Judæos consuetudinem, adjungi solent. Hujusce codicis initio, qui sæculo decimo quarto videtur scriptus, nonnulla desiderantur.

VETUS TESTAMENTUM.

In-octavo.

L I I.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare, quo continentur:

1.° Veteris Testamenti libri omnes, una cum notis, quibusdam Masoreticis. Ibi præterea singulis Pentateuchi versibus subjunctam paraphrasim Chaldaïcam reperias.

2.° Haphtarot, sive preces, quæ in Judæorum Synagogis legi consueverunt.

Is codex, quem non immerito ad sæculum decimum quartum referas, eleganter & accuratè exaratus est.

L I I I.

Codex membranaceus, eleganter scriptus, & antiquus, quo continetur liber Job.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-quarto.

L I V.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur sancti Matthæi Evangelium è Græca lingua in Hebraïcam conversum. Ibi reperiuntur variæ Judæorum Doctorum adversus christianam religionem objectiones. Illud opus prodiit Parisiis studio *Joannis Tilii,* quem hoc ipso exemplari usum esse numeri marginales ostendunt.

LIBRORUM SACRORUM INTERPRETES. *In-folio.*

L V.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur R. *Nathan* concordantiæ Hebraïcæ.

Is codex anno Christi 1499. exaratus est.

L V I.

Codex membranaceus, olim Emerici Bigotii, quo continetur Masora magna, sive observationum masoreticarum quæ vulgo ad codicum Hebræorum calcem reperiuntur, collectio. Observationes autem de quibus nunc sermo, diversæ sunt omnino ab illis quæ R. *Jacob* filium *Hhaïm* auctorem habent.

L V I I.

Codex membranaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, quo continetur paraphrasis Chaldaïca in Vetus Testamentum, una cum punctis vocalibus, sed recentius additis.

Is codex eleganter scriptus, & ad sæculum decimum tertium referendus videtur.

L V I I I.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. illatus, quo continentur:

1.° Additiones & variæ lectiones in paraphrasim Legis Chaldaïcam, quæ Hierosolymitana dicitur.

2.° Targum, sive paraphrasis Chaldaïca in Hagiographa.

L I X.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur Rabbot, sive commentarius allegoricus & mysticus in Pentateuchum, auctore, ut ferunt, *Rabba* filio *Nachmani,* qui academiæ Soranæ sæculo tertio præfuit. Noster autem hic codex, qui anno Christi 1291. exaratus est, exhibet tantum glossas in Genesim, Leviticum, & Numeros, ad sectionem usque quintam.

L X.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur R. *Jacob* in Pentateuchum commentarii, quos maximam partem è præstantissimis R. *Mosis Nachmanidæ* commentariis exscripsit.

L X I.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. illatus, quo continentur R. *Jacob* filii *Ruben* commentarii in Pentateuchum.

L X I I.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, quo continentur *Salomonis Jarchi* commentarii in Pentateuchum, Esther, Canticum Canticorum, & Lamentationes Jeremiæ. *Salomon* autem ille Trecis in Galliis natus, obiit anno Christi 1105.

LXIII.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, quo continetur anonymi commentarius in Pentateuchum, Canticum Canticorum, & Isaïam.

LXIV.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, quo continentur *Salomonis Jarchi* commentarii in Pentateuchum; iidem omnino cum illis qui sæpius jam publicam lucem aspexerunt.

LXV.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, quo continentur *Salomonis Jarchi* commentarii in Pentateuchum, sed imperfecti: incipiunt enim ab undecimo versu cap. XXIX. Geneseos.

LXVI.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur R. *Abrahæ* Aben *Esræ* commentarii in Pentateuchum. Nihil ibi quod ab editis discrepet. Floruit Aben *Esra* sæculo duodecimo.

LXVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1°. R. *Abrahæ* Aben *Esræ* commentarii in Pentateuchum.

2°. R. *Abrahæ* filii *David* animadversiones in Mischne Thora, sive compendium Talmudis, cum R. *Mosis Majemonidæ* commentariis.

3°. Difficultates nonnullæ in loca quædam compendii Talmudici R. *Jonathæ* propositæ, una cum illius responsis.

4°. Singularum rerum interdictarum modi descripti.

5°. Explicatio precationis, cujus initium: *Nostrum est laudare Dominum.*

6°. Explicatio celeberrimæ apud Judæos sententiæ: *Nihil potest fatum in Israelitas*, auctore R. *Ascher*.

LXVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur R. *Abrahæ* Aben *Esræ* commentarii in Genesim & Exodum, ad caput usque XXVIII.

LXIX.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, quo continetur anonymi commentarius mysticus & cabbalisticus in Pentateuchum, è libris *Zohar* & *Bahir*, ut & ex illo opere quod vocatur *Pastor fidelis*, collectus.

LXX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Aaronis* Ben *Joseph* medici Judæi è Karaïtarum secta, commentarius in Pentateuchum: opus non contemnendum, hactenus tamen ineditum. In medio codice, ut & sub finem, folia nonnulla desiderantur. Floruit noster hic *Aaron* exeunte sæculo decimo tertio.

LXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur R. *Levi* filii *Gerson* commentarii in Pentateuchum.

LXXII.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. illatus, quo continetur R. *Mardochæi Comtino* filii *Eliezer* commentarius in Pentateuchum.

LXXIII.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur commentarius in Pentateuchum. Desiderantur initium & nomen auctoris, quem tamen minus antiquum esse ex eo constat, quod ibi Raschi, Maimonides, Rabbi Bar *Nachman* & *Josephus* Ben *Gorion* sæpenumero laudentur.

Is codex à Rabbi *Eliezer* Ben Rabbi *Guerschon* anno Christi 1469. exaratus dicitur.

LXXIV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi commentarius in Pentateuchum.

LXXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi commentarius in Pentateuchum; isque eximius & doctus imprimis. Ibi sæpenumero laudatur *Moses Majemonides*.

LXXVI.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. illatus, quo continetur commentarius in Pentateu-

chum. De auctore nihil compertum: hujusce enim codicis initium & finis desiderantur.

LXXVII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, quo continetur R. *Josuæ* Aben *Schoeb* commentarius in Pentateuchum, sive potius conciones ad præcipuos dies festos accommodatæ. Prodierunt Constantinopoli anno 1520. & Cracoviæ anno 1573. Quo tempore *Josuas* ille vixerit, incertum.

LXXVIII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, quo continentur R. *Levi* Ben *Gerson* commentarii in Genesim, Exodum, Leviticum, & librum Job; iidem omnino cum editis. *Levi* natus in Hispania sæculo decimo quarto floruit.

LXXIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur R. *Levi* Ben *Gerson* commentarii in Leviticum, & reliquos deinceps Pentateuchi libros.

LXXX.

Codex chartaceus, olim Mauritii Tellerii Rhemensis Archiepiscopi, quo continetur anonymi commentarius cabbalisticus in Leviticum.

LXXXI.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, quo continetur R. *Davidis Kimhi* commentarius in libros Josue, Judicum, Regum, & in Isaïam. Nihil ibi quod ab editis discrepet. Auctor floruit sæculo decimo tertio.

LXXXII.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur R. *Davidis Kimhi* commentarii in Josuam & alios libros historicos.

LXXXIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1°. *Salomonis Jarchi* commentarii in Josuam, Judices, libros Regum, Jeremiam, Ezechielem, Isaïam, & duodecim Prophetas minores.

2°. Ejusdem commentarii in librum Job, una cum interpretatione R. *Joseph Simeonis* filii, è Karaïtarum secta, quæ interpretatio in editis non comparet.

3°. Ejusdem *Salomonis* commentarii in librum Ruth, Canticum Canticorum, Ecclesiasten, Lamentationes Jeremiæ, Esther, Psalmos, Proverbia, Danielem, Esdram, & Paralipomena.

LXXXIV.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, quo continentur R. *Isaïæ Eliæ* filii commentarii in Josuam, Judices, Reges, Isaïam, Jeremiam, Ezechielem, duodecim Prophetas minores, Psalmos, & librum Job. Floruit noster hic *Isaïas*, vulgo Tranensis dictus, sæculo decimo tertio.

LXXXV.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur R. *Davidis Kimhi* commentarii in libros Regum.

LXXXVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur R. *Levi* Ben *Gerson* commentarii in librum Job.

LXXXVII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, quo continetur R. *Simeonis* filii *Zemach* commentarius in Jobum. Præmittitur longa satis præfatio ad hujusce libri interpretationem rectius instituendam. Ibi multa videas è Philosophorum placitis petita. Floruit *Simeon* sæculo decimo quarto.

LXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur R. *Davidis Kimhi* commentarius in Psalmos.

LXXXIX.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, quo continentur anonymi commentarii in Psalmos.

XC.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, quo continentur:

1°. R. *Davidis Kimhi* commentarii in Psalmos.

2°. Anonymi expositio altera in Psalmos, incipiens à Psalmo XXVII. medio ad finem usque.

XCI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur R. Aben Esræ commentarii

commentarii in Ecclesiasten, Canticum canticorum, Ruth, Lamentationes Jeremiæ, & Esther.

XCII.

Codex membranaceus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur:

1°. R. *Isaïæ* filii *Eliæ* Tranensis commentarius in Prophetas majores & minores.

2°. Ejusdem commentarius in librum Job.

XCIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1°. Targum in Isaïam.

2°. Anonymi radices linguæ Hebraïcæ.

XCIV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur R. *Davidis Kimhi* commentarii in Isaïam & Psalmos ad CIV. usque. In medio codice folia nonnulla desiderantur.

XCV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Davidis Kimhi* commentarius in Isaïam & Jeremiam; idem omnino cum editis.

XCVI.

Codex membranaceus, olim Huralti Boistallerii. Ibi continetur paraphrasis Chaldaïca in Jeremiam, Ezechielem, Isaïam, & duodecim Prophetas minores. Illius auctor *Jonathas* Ben *Uziel*. Ibi autem nihil deprehendas quod ab edita jam sæpius paraphrasi discrepet.

XCVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur R. *Davidis Kimhi* commentarius in Jeremiam.

XCVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Davidis Kimhi* commentarius in Jeremiam. Desideratur initium.

LIBRORUM SACRORUM

INTERPRETES. *In-quarto.*

XCIX.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ubi continetur R. *Abraham* Aben *Esra* commentarius in Pentateuchum.

C.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi commentarius in Pentateuchum.

2.° Anonymi quæstiones variæ & animadversiones in Genesim, difficilioraque nonnulla Pentateuchi loca.

3.° R. *Mosis* filii *Mosis* filii *Jekutiel*, de veritate fidei Judaïcæ disputatio.

CI.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam, anno 1676. opera Vanslebii illatus, quo continetur R. *Jacob* filii *Abbajati* commentarius in Pentateuchum.

CII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi commentarius in Pentateuchum, è variis Rabbinorum Gallorum scriptis collectus.

CIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi commentarius in Pentateuchum, ubi non pauca desunt.

CIV.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Schem Tob* liber nominis boni, sive commentarius mysticus in Pentateuchum, una cum præfatione ubi de decem Sephirot fusè differitur. Fatetur auctor nihil à se in hocce opere dictum, quod acceptum non referat R. *Salomoni* filio *Adrahah* & R. *Josepho Tobiæ* filio.

2.° Anonymi scholia in tres libros priores Pentateuchi, ubi non pauca desiderantur.

CV.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, quo continentur:

1.° Anonymi commentarius cabbalisticus in Pentateuchum. Nonnulla desiderantur.

2.° Tractatus inscriptus Delectus Margaritarum.

3.° Commentarius mysticus in Pentateuchum, auctore R. *Nathan* medico cognomine *Nabschat*.

4.° Anonymi liber Pomi; ideo sic inscriptus, quod fingitur Aristoteles animam fugientem mali aurei odore, aliquantisper retinuisse, quo temporis intervallo præclaram

de morte contemnenda, orationem habuit.

5.° R. *Mosis Nachmanidæ* precatio ab ipso scripta cum Hierosolymæ degeret.

6.° Excerpta è libro *Zohar*.

7.° Anonymi commentarius in preces quibus Judæi uti solent.

CVI.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur commentarius literalis & theologicus in Pentateuchum, auctore R. *Jacob*, qui difficiliora quædam *Nachmanidæ* loca illustrare conatur; in nonnullis tamen illius opiniones impugnat, & eo quidem argumentorum genere, ut non immerito Karaïtarum sectæ addictum fuisse inde concludas. Floruit apud Ægyptios sæculo decimo septimo ineunte Rab. quidam *Jacob* filius *Barachiæ* Karaïta, qui ab illius commentarii auctore diversus sit oportet; noster enim hic codex majorem præ se fert antiquitatis notam. Initio nonnulla desiderantur.

CVII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi conciones in Pentateuchum.

2.° R. *Mosis Maimonidæ* de doctrina morum disputatio, quæ præmitti solet illius commentariis in capitula Patrum.

3.° Anonymi historia Alexandri Magni, initio & fine mutila.

4.° Anonymi quæsita & responsa varia de cæremoniis, institutis & præceptis Mosaïcis.

5.° Anonymi præcepta quædam ad artem medicam pertinentia.

6.° Anonymi fabula Romanensis, characteribus quidem exarata Hebraïcis, verum lingua Germanica conscripta, illudque rhythmicè.

CVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur R. *Judæ* filii *Eleazar* liber inscriptus Oblatio Judæ. Auctor ibi R. *Salomonis Jarchi* commentarios in legem illustrare conatur ex Rabbot, Tanchuma, Talmude, & aliis doctorum Judæorum scriptis. Opus sæpenumero editum. Floruit *Juda* sæculo decimo tertio.

CIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur R. *Isaac* scholia, quibus *Salomonis Jarchi* commentariis in Pentateuchum lucem afferre aggreditur.

CX.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Liber inscriptus *Secretum Domini timentibus se*, sive explanatio commentariorum Aben *Esræ* in Pentateuchum, auctore R. *Esra Salomonis* filio.

2.° R. *Mosis* filii *Tybbon* de Microcosmo disputatio.

3.° Anonymi commentarius in primum & secundum caput More Nevochim.

4.° R. *Harok Salomonis* filii opus quod inscribitur *Marot Elohim*, id est, *Visiones Dei*, ubi exponuntur caput VI. Isaïæ, primum Ezechielis, & IV. Zachariæ.

5.° R. *Judæ* cognomine *Leon* liber inscriptus Examen mundi.

6.° Ejusdem commentarius duplex in Salomonis proverbia, verborum alter, alter rerum.

7.° Anonymi disputatio de somno & vigilia, juxta Aristotelis placita.

8.° R. *Zarath* carmen, libri Job explicationem complectens.

9.° *Alpharabi* disputatio de intellectu & intelligibili.

CXI.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. opera Vanslebii illatus, quo continetur R. *Samuelis* filii *Saadiæ* opus inscriptum *Megillat Setarim*, id est, liber rerum abditarum. Ibi auctor ea quæ difficiliora in commentariis R. Aben *Esræ* in Pentateuchum occurrunt, exponere aggreditur.

CXII.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. opera Vanslebii illatus, quo continetur R. *Judæ* filii *Hallouva* commentarius in Genesim.

CXIII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Anonymi commentarius in Genesim, ex antiquorum Rabbinorum scriptis excerptus.

2.° Anonymi judiciorum legalium expositio.

Is codex anno Christi 1417. exaratus est.

CXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Claudii Maii* ex Judæo Christiani, expositio cabbalistica initii Geneseos: patet ex literis quas ad ipsum dedere Rabbini Francofurtenses, & quæ ad codicis calcem occurrunt, *Claudium Maii* floruisse medio sæculo decimo septimo. Multa de hocce opere clarissimus Wolfius Bibliothecæ Hebrææ tom. 3. pag. 965.

CXV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur è libro *Zohar* fragmenta quædam in Exodum, Numeros, & Deuteronomium.

CXVI.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur Anonymi commentarii in Leviticum.

CXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur R. *Menachem* Recanatensis commentarius in legem cabbalisticus, è libro *Zohar* imprimis, & *Tikkunim* exscriptus. Hocce opus, cujus auctor sæculo decimo tertio floruit, jam sæpius publicam lucem aspexit.

CXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi excerpta cabbalistica, è libro *Zohar*, & aliis doctorum Judæorum scriptis, quibus auctor locis quibusdam Pentateuchi difficilioribus lucem afferre conatur.

2.° R. *Josephi Gecatilia* explicatio rituum illorum, qui festo Paschatis die à Judæis servari solent.

3.° R. *Mosis Nachmanidæ* tractatus, cujus titulus *Mensa quadrata*, sive compendium præceptorum & rituum Judaïcorum.

CXIX.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Salomonis Jarchi* commentarii in Josue, ubi folium unum aut alterum desideratur.

2.° Ejusdem in Judices commentarii.

3.° R. *Joseph Karo* filii *Ephraïm* in duos Samuelis libros commentarii. Floruit *Joseph* sæculo decimo septimo medio.

4.° R. *Salomonis Jarchi* in duos Regum libros commentarii.

5.° R. *Joseph Karo* commentarii in Isaïam & Jeremiam.

CXX.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Isaïæ* Tranensis commentarii in Josue, libros Regum, Isaïam, Jeremiam & Ezechielem, ad caput usque XL. Quæ sequuntur ex R. *Salomonis Jarchi* commentariis exscripta sunt.

2.° Ejusdem *Isaïæ* commentarii in Prophetas, Osee, Joel, Amos, Abdiam, Jonam, Michæam, Nahum.

CXXI.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur R. *Mordechai Mosis* filii commentarius literalis in Josue, Judices, libros Regum, Isaïam, Jeremiam, Ezechielem, duodecim Prophetas minores & Psalmos. Ibi nihil à se dictum testatur, quod non acceperit partim à patre, partim ab avunculo suo *Salomone*.

CXXII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi commentarius allegoricus in librum Ruth.

CXXIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi in librum Esther commentarius.

2.° R. *Schem Tob* in Proverbia Salomonis commentarii.

3.° Anonymi commentarii in Canticum canticorum.

4.° R. *Salomonis Alcabetz* Levitæ in librum Ruth commentarii. Floruit *Salomon* sæculo decimo sexto.

5.° Opus inscriptum Examen mundi, cujus auctor ibi appellatur *Badreski*, ab aliis *Jedajæ Haschemai* filius *Abrahami Badreski*.

CXXIV.

Codex bombycinus, initio mutilus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Anonymi commentarius literalis in librum Jobi.

2.° Anonymi commentarius mysticus in Canticum canticorum.

3.° Animadversiones in varia Veteris

Testamenti loca, presertim in Genesim. Auctoris nomen ignoratur, qui tamen multa itinera sibi suscepta ait: ad illius vero operis calcem reperitur charta Geographica.

CXXV.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur R. *Levi* filii *Gerson* commentarius in Jobum, Danielem & Nehemiam.

CXXVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur R. *Levi* Ben *Gerson* commentarii in librum Job.

CXXVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° R. *Mosis Nachmanidæ* commentarius in librum Job.

2°. Capita 22. & 23. tertiæ partis More Nevochim, ubi *Moses Maimonides* suam de Jobo sententiam aperit.

3.° Anonymi opus, quo exponuntur arcana More Nevochim.

4.° Anonymi Quadrigæ mysticæ compendiosa explicatio.

5.° Anonymi explicatio cabbalistica de figuris & vi alphabeti Hebraïci, excerpta ex quodam libro qui *Secretum similitudinis* inscribitur.

CXXVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. opera Vanslebii illatus. Ibi continentur:

1.° R. *Mosis* filii *Nachman* commentarius in Jobum.

2.° Ejusdem tractatus, quo de futura per Messiam quem expectant Judæi, redemtione differitur.

CXXIX.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur R. *Davidis Kimhi* commentarii in Psalmos.

CXXX.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam illatus, quo continentur anonymi in Psalmos commentarii, ex illis qui R. *Davidem Kimhi* auctorem præ se ferunt imprimis collecti.

CXXXI.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi commentarius in Psalmos, literalis & theologicus. Ibi complura Psalmorum loca è doctorum Judæorum mente expromta.

CXXXII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. illatus. Ibi continetur anonymi commentarius in Psalmos.

CXXXIII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur anonymi commentarius literalis in Psalmos.

CXXXIV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur commentarii cabbalistici in Psalmos. Illud omne quod ad decem priores Psalmos pertinet, desideratur.

CXXXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi commentarius allegoricus in Psalmos.

2.° R. *Isaac* commentarius in librum qui Capitla Patrum inscribitur.

3.° Anonymi commentarius allegoricus in Proverbia Salomonis.

4.° R. *Jacob* commentarius in librum Job.

CXXXVI.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi recondita quædam explicatio Psalmi cujus initium est, *Cœli enarrant gloriam Dei.*

CXXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur R. *Schem Tob* commentarii in Ecclesiasten, Cantica canticorum, Ruth, Lamentationes Jeremiæ, & Esther.

CXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur R. *Mosis Isaac* filii commentarii in Cantica canticorum.

CXXXIX.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Abraham* Levitæ in Cantica canticorum commentarius partim literalis,

partim mysticus, omnia referens ad captivitatem Judæorum Ægyptiacam, Babylonicam & præsentem, atque ad binas illas redemtiones præteritas, & libertatem quam nunc somniant.

2.° Anonymi calendarium.

3.° Versuum Biblicorum index.

CXL.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi commentarii in Proverbia Salomonis, initio & fine mutili.

2.° Anonymi in Pentateuchum commentarii. Finis desideratur.

3.° Anonymi in Paralipomena commentarii. Finis desideratur.

CXLI.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur R. *Meir* commentarius in Isaïam, Psalmos, Job & Ruth: sequuntur ejusdem conciones nonnullæ in Sabbatum magnum. In eo codice non pauca desiderantur.

CXLII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi in Ezechielem commentarii cabbalistici.

2.° Anonymi tractatus de fundamentis cabbalæ.

CXLIII.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. opera Vasslebii illatus. Ibi continentur:

1°. R. *Chanoch* filii *Salomonis* Constantinopolitani, opus inscriptum *Visiones Dei*, quo exponuntur Isaïæ caput VI. Ezechielis primum, & IV. Zachariæ.

2.° R. *Schem Tob* filii *Sphorno* commentarius cabbalisticus in Genesim.

CXLIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi expositio cabbalistica lectionis illius: *Audi Israël.*

2.° Fragmentum commentariorum anonymi in Genesim.

3.° Anonymi tractatus de anima & illius origine, meritis, pœnis, & futura retributione.

4.° R. *Schem Tob* disputatio cum Petro de Luna Cardinali in Aragonia habita. Petrus autem de Luna summus Pontifex renuntiatus anno 1394. diem supremum obiit anno 1424. quare R. *Schem Tob* sæculo decimo quarto floruerit oportet.

5.° Anonymi grammatica Hebraïca.

6.° R. *Israëlis* Toletani liber præceptorum, sive compendium præceptorum Judaïcorum, quæ traditionis ope ad posteros pervenerunt, & in doctorum Judæorum scriptis occurrunt. Hocce opus lingua Arabica scriptum, à R. *Schem Tob* filio *Adrath* in Hebraïcam conversum est.

7.° Anonymi commentarius in librum Esther.

TALMUD,

ET ILLIUS INTERPRETES. *In-folio.*

CXLV. & CXLVI.

Codex membranaceus, duobus constans voluminibus, quo continetur Mishna una cum punctis, & R. *Mosis Maimonidæ* commentariis. Præmittitur R. *Judæ* filii *Salomonis* præfatio.

CXLVII.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur R. *Jacob* filii *Ascher*, Arba Turim, id est, quatuor ordines. Opus in quatuor partes divisum, quarum ultima desideratur.

CXLVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Jacob* filii *Ascher*, Orach Chaiim, id est, semita vitæ. Hæc est prima pars tractatus Arba Turim.

CXLIX.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur R. *Jacob* Ben *Ascher*, Eben Haezer, id est, lapis auxilii. Hæc est pars tertia tractatus Arba Turim.

CL.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Mosis Maimonidæ* Mishna Torah, id est, secunda lex, sive Jad-Chazaka, vel manus fortis. Hujusce operis quod est totius doctrinæ Talmudicæ veluti compendium, sex tantum priores libri eo codice occurrunt.

CLI.

Codex membranaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. illatus, quo continetur R. *Mosis Maimonidæ*

compendii Talmudici pars prima.

CLII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur compendii Talmudici pars tertia, auctore R. *Mose Maimonide.*

CLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur R. *Mosis Maimonidæ* compendii Talmudici pars octava, quæ incipit à libro Aboda, sive de cultu religioso, ad operis usque finem.

Is codex ad sæculum XIII. referendus videtur.

CLIV.

Codex membranaceus, olim Cardinalis Richelii. Ibi continetur compendii Talmudici liber decimus tertius, auctore R. *Mose Maimonide.* Is codex inter antiquos numerandus.

CLV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur R. *Mosis Maimonidæ* tractatus tres, nempe de sementibus, de cultu divino, & de sacrificiis.

CLVI.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. illatus, quo continentur:

1.° R. *Mosis Maimonidæ* commentarius in quosdam tractatus Mishnicos, qui inscribuntur Kelim, Thalet & Negaïm.

2.° Ejusdem præfatio in ordinem, sive partem Talmudicam Taharot, id est, de munditie. Varii autem illi *Maimonidæ* tractatus, etsi ab ipso Arabico sermone conscripti, Hebraïcis characteribus in nostro hoc codice exarati occurrunt.

CLVII.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi compendium Talmudis, non illius quidem universi, sed tantum tractatuum de Sabbato, de mixtionibus, de Paschate, de ovo quod die festo natum est, de mulierum menstruis, de votis, de anni principiis, de solemnitate expiationum, de scenopegiis, de diebus quasi festis, de jejunio, de lectione voluminis Esther, de fratris mortui uxore vel ducenda, vel discalceatione dimittenda, de dote mulierum, de libello repudii. In eo opere sæpius laudantur R. *Isaaci Alphesi* compendium, & R. *Salomonis Jarchi* commentarii; utroque igitur auctor hujusce compendii recentior. Ibi præterea occurrunt disputationes quædam ad usum Judæorum hodiernorum accommodatæ, ut & Synagogarum variarum longe dissitarum ritus inter se discrepantes.

CLVIII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Salomonis Jarchi* commentarius in codicem Talmudicum Zebachim, sive de sacrificiis. Ibi nonnulla reperias in quibus noster hic codex ab editis discrepat. Verum illa aut nullius, aut exigui sunt momenti.

2.° R. *Joseph* filii *Schem Tob*, oculus legentis, sive tractatus de concionum habendarum modo.

3.° R. *Isaaci* Israëlitæ tractatus de elementis, ubi de elementorum simplicium natura. 2.° De rebus quæ constant ex elementis. 3.° De elementorum numero: quo in opere variæ philosophorum de ejusmodi rebus sententiæ ad examen revocantur.

CLIX.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Rab. *Salomonis Jarchi* commentarius in tractatum Talmudicum, qui Jebamot, id est, de fratriis inscribitur. Desiderantur sex postrema capita.

CLX.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. illatus, quo continentur anonymi collectanea de ritibus Judaïcis ex Mishna & Talmude, divisa in titulos triginta septem.

TALMUD,

ET ILLIUS INTERPRETES. *In quarto.*

CLXI.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars tertia *Alphesi.* Noster autem is codex in nonnullis ab editis discrepat; initio tractatus de Synedriis aliquot folia desiderantur.

CLXII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur Jore Deah, id est, docens scientiam, quæ altera pars est libri Arba Turim, de quo supra. Nonnulla desiderantur.

CLXIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Mauritii Tellerii Rhemensis Archiepiscopi, ubi continetur tractatus Talmudicus inscriptus, Hedaiot, sive de testimoniis.

CLXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, ubi continetur tractatus Talmudicus, inscriptus de damnis.

CLXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur tractatus Talmudicus inscriptus, Sanhedrim.

CLXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Excerpta varia ex Talmude, ubi de ritibus Judaïcis.

2.° Anonymi tractatus cabbalisticus de alphabeti Hebraïci literis, illarumque vi.

3.° Excerpta ex capitulis R. *Eliezer*.

4.° Anonymi observationes in tractatum Talmudicum de Paschate.

CLXVII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur excerpta quædam è variis Talmudis tractatibus, de fratriis nempe, repudiis, juramentis, rebus vetitis. Auctoris nomen ignoratur, à quo tamen sæpenumero laudantur *Ramban* & *Raschi*: utroque igitur recentior fuerit oportet.

CLXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur R. *Mosis* filii *Nachman* commentarius in tractatus Talmudicos de juramentis & de plagis, sive flagellatione.

CLXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur R. *Mosis Maimonidæ* compendii Talmudici liber sextus, ubi de variis pollutionum generibus disputatur.

CLXX.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Commentarii in varios Talmudis tractatus à R. *Schelomon* dictati, & excepti à filiis *Isaac* Ben *Iehoudah*.

2.° Anonymi tractatus de variis judiciorum generibus quæ apud Judæos obtinent.

CLXXI.

Codex bombycinus, initio mutilus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur anonymi animadversiones in varia Talmudis loca. Ab auctore autem sæpenumero laudantur Rab. *Abraham* Ben *Dior* & R. Bar *Nachman*. Prior anno Christi 1161. alter anno ejusdem æræ 1194. floruit.

LIBRI RITUALES.
In-folio.

CLXXII.

Codex bombycinus, quibusdam in locis mutilus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber cujus titulus Jod Hattephillot, id est, Secretum Precum. In eo autem opere multa è veteri Testamento & doctorum Judæorum traditionibus ad precum rationem spectantia occurrunt. Auctor R. *Eliezer Calonym*, de cujus prosapia videndus Wolfius.

CLXXIII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi liber inscriptus, Arcanum Benedictionum Patrum, ubi preces & cæremoniæ apud Judæos in usu positæ mysticè exponuntur.

CLXXIV.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Machzor, sive liber precum, una cum punctis vocalibus & commentariis, addito ad calcem orationum & lectionum indice. Desideratur pagina prima, ut & aliæ quædam in medio codice.

2.° Schare Duran, id est Portæ Durenses, ubi de cibis concessis & vetitis. Desiderantur pauca quædam.

3.° R. *Isaaci* filii *Josephi* Corbelensis, septem columnæ captivitatis.

4.° Liber precum.

CLXXV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continetur Machzor, id est Circulus, preces omnes exhibens quæ totius anni decursu, sive professis diebus, sive diebus solemnibus & jejuniis fieri debent.

CLXXVI.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Machzor, id est Cyclus, sive circulus, complectens preces à Judæis singulis diebus fieri solitas, sed illas præsertim quæ festis solemnibus recitari debent.

LIBRI RITUALES.

In-quarto.

CLXXVII.

Codex membranaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. illatus, quo continetur Sepher Thephillot, sive Ordo orationum & rituum à Judæis in quotidianis illorum precibus, & officiis singulorum festorum solemnibus observandorum. Ibi reperias complures orationes, Psalmos, lectiones è libris sacris depromtas, aliaque multa quæ in editis non occurrunt. Accedunt præterea Hilcot, sive traditiones variæ Judaïcæ, & decisiones è Talmude, quibus omnia quæ ad Judæorum consuetudines pertinent, summatim explicantur.

Is codex elegantissimè scriptus, neque immerito ad sæculum XIII. referas.

CLXXVIII.

Codex membranaceus, quo continentur preces illæ quæ à Judæis totius anni decursu recitari solent, una cum variis Canticis, Psalmis & benedictionibus. Præmittitur epitome præceptorum quæ in libris sacris occurrunt. Pauca quædam desiderantur.

CLXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, antiquus & eleganter scriptus, quo continentur preces singulis diebus festis apud Judæos recitari solitæ.

CLXXX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, antiquus, & elegantissimè scriptus, quo continetur liber Thephillot, sive preces Judaïcæ, ad usum Synagogarum Hispanicarum, & illarum quæ Hispanico ritu utuntur, adjunctis rubricis Hispanicis.

CLXXXI.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Rabbini cujusdam Barcinonensis tractatus de Precibus ritè faciendis, de moribus ad mensam servandis, & de instituendi atque celebrandi jejunii forma.

LIBRI RITUALES.

In-octavo.

CLXXXII.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Preces quæ in Synagoga quotannis decantantur die nono Julii, quo templum Hierosolymitanum conflagravit.

2.° R. *Isaac* Durensis tractatus de cibis concessis & vetitis.

CLXXXIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur preces variæ, quibus Judæi uti consueverunt.

CLXXXIV.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Preces variæ quarum prima verba singula incipiunt à litera M. cæteræ rhythmicæ sunt.

2.° Anonymi liber inscriptus, Examen mundi.

3.° R. *David* filii *Jom Tob* filii *Bile* Lusitani fundamenta tredecim. Primum, omnes homines credant oportet existere spiritus, omnis prorsus corporis expertes. Secundum, Mundum creatum esse. Tertium, aliam vitam homines manere. Quartum, animum humanum à Deo proficisci. Quintum, animos alios ab aliis discrepare, & per se subsistere. Sextum, aliquod intercedere discrimen inter animum corpore inclusum & animum vinculis corporis liberum. Septimum, præmia bonis promissa ad animum tantum pertinere. Octavum, vel doctissimos cupiditatum impetu abreptos, interdum peccare. Nonum, legem Mosaïcam cæteris omnibus longè præstantiorem. Decimum, legis Mosaïcæ sensum duplicem esse, literalem unum, alterum mysticum. Undecimum, legem Mosaïcam emendatione nunquam indiguisse. Duodecimum, benefactum unum alio benefacto compensari. Decimum tertium, præcepta practica non esse absolutam hominis perfectionem.

4.° R. *Salomonis* filii *Gavirol* opus cujus titulus Delectus Margaritarum, Arabicè primum scriptum, in Hebraïcam postea linguam conversum à Rab. *Juda* Ben *Tybbon*.

5.° Corona Regni.

6.° Anonymi dialogus Rabbinum inter & philosophum, quorum alter alterius doctrinam validis argumentis convellit.

Tandem

Tandem Judex appellatur, qui, audito utroque, ſtatuit laudandam amborum ſcientiam, neutram, ſpreta altera, poſſe conſiſtere.

7.° *Jacobi de Veil,* de ratione mactandorum animalium diſputatio.

CLXXXV.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur preces de quibus ſupra, præfixis orationibus matutinis, quas Judæi ſeorſum recitare ſolent.

CLXXXVI.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur preces Judaïcæ ſermone Hiſpanico, & characteribus Hebraïcis, ad uſum Judæorum Luſitanorum.

THEOLOGI.

In-folio.

CLXXXVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Aaronis* Sepher Hachinuck, id eſt, inſtitutio, ſive catecheſis, qua exponuntur 613. legis Moſaïcæ capita.

CLXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Aaronis* Sepher Hachinuck, id eſt inſtitutio, vel catecheſis, qua exponuntur 613. legis Moſaïcæ capita.

CLXXXIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Abrahæ* filii *Schem Tob* Derek Emunah, id eſt, via fidei, vel fidei Judaïcæ inſtitutio.

CXC.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° R. *Iſaaci* filii *Joſephi* Corbelenſis, Schebah Ammude Golah, id eſt ſeptem columnæ captivitatis, aliter, liber præceptorum parvus, utpote qui totus in exponendis præceptis affirmativis & negativis verſetur. Vixit *Iſaacus* ille ſæculo decimo tertio.

2.° R. *Iſaaci Abrahæ* filii Trocenſis, de cibis conceſſis & vetitis diſputatio. Auctor Karaïtarum ſectæ addictus, natus in Lithuania, obiit anno 1594.

CXCI.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur R. *Iſaaci* filii *Joſephi* Corbelenſis, Schebah Ammude Golah, id eſt, ſeptem columnæ captivitatis; aliter, liber præceptorum parvus.

CXCII.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi explicatio præceptorum, quæ aut lex ipſa, aut patrum traditio ſervanda proponunt; ubi vel leviſſima quæ ad illud argumentum pertinent Auctor illuſtrare conatur.

CXCIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur præcepta affirmativa & negativa è lege collecta, cum variis doctorum Judæorum commentariis.

CXCIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur Sepher Hacmounot, ſive tractatus de rebus in religione Judaïca ad credendum neceſſariis. Hujuſce operis Auctorem definire non ita facile; plurimi enim apud Judæos de eo argumento ſcripſerunt.

CXCV.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur R. *Joſephi Albo* Sepher Ikarim, id eſt, fundamenta fidei, ubi de præcipuis religionis Judaïcæ fundamentis.

CXCVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Moſis* filii *Schem Tob* liber animæ, in quinque partes diviſus, ubi de animi natura, de illius poſt mortem ſtatu, de cruciatibus qui improbos in inferis manent, de futura vita, & de mortuorum reſurrectione. Operis illius Auctor in Hiſpania natus, floruit ſæculo decimo tertio.

2.° R. *Davidis Abrahæ* filii traditio fœderis, ubi de Dei attributis diſſeritur.

3.° R. *Joſephi* filii *Gecatiliæ,* de nominibus divinis diſputatio cabbaliſtica.

4.° Ejuſdem tractatus de præceptis affirmativis & negativis, variiſque ritibus Judaïcis, quorum rationes & myſteria juxta cabbaliſtarum placita exponuntur.

CXCVII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Niſſim Moſis Nachmanidæ* filii liber miraculorum, ubi exponere aggreditur 1.°

Arcana legis ſanctæ myſteria. 2.° Fidei principia. 3.° Providentiæ rationem. 4.° Diſcrimen quod intercedit inter patrata à Moſe & aliis Prophetis miracula. Occurrunt complura alia quæ enumerare longum foret. In eo opere nonnulla deſiderantur. Floruit *Niſſim* ſæculo decimo tertio.

CXCVIII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi tractatus de Dei providentia, & celeberrima illa diſputatione, quod cum bonis malè, & præclarè cum impiis in hac vita agatur. Ibi *Joſephi Albo*, qui librum fundamentorum fidei conſcripſit, ea de re ſententia multis confutatur.

2.° Anonymi commentarius in Job. Præmittitur præfatio, ubi allatis in medium variis doctorum Judæorum ſententiis, Moſi liber ille adſcribitur.

CXCIX.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. illatus, quo continetur R. *Iſaaci Abarbanel* tractatus, cujus titulus Yeſchnot Hammeſchiah, id eſt, ſalus per Meſſiam, ubi præſertim de Meſſia diſſeritur.

CC.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Bechai Joſephi* filii officia cordium, ſeu de officiis tractatus ethico theologicus. Opus magni inter Judæos nominis, & quod ſæpius editum eſt. Nonnulla in eo codice deſiderantur.

2.° Anonymi explicatio nonnullorum textus ſacri locorum, Pſalmorum præſertim, ubi de Dei providentia ſermo fit: neque prætermittendum auctorem in exponendo pſalmo CII. deprehendendi novilunii methodum tradere.

3.° R. *Moſis Maimonidæ* logicæ compendium, ex Arabica lingua in Hebraïcam converſum à R. *Samuele* Aben *Tybbon*.

CCI.

Codex membranaceus, Conſtantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Vanſlebii opera anno 1676. illatus. Ibi continetur Rab. *Bechai* filii *Joſeph* tractatus, qui inſcribitur officia cordium, ſive de moribus præclarè inſtituendis.

Is liber, quod obſervare operæ pretium eſt, licet Arabicè ſcriptus, Hebraïcis characteribus ibi exaratus comparet. Hunc vero ex Arabica lingua in Hebraïcam convertit R. *Judas Tybbon*, quæ illius interpretatio ſæpius edita eſt.

CCII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur R. *Levi* Ben *Gerſon* liber inſcriptus Bella Domini, ubi multa ad theologiam Judaïcam & philoſophiam ſpectantia. Floruit auctor ſæculo decimo tertio.

CCIII.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, Conſtantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. illatus. Ibi continetur R. *Levi* Ben *Gerſon* Milchamot Haſchem, id eſt, bella Domini. Opus è variis ſcriptoribus collectum, ubi multa ad theologiam & philoſophiam ſpectantia.

CCIV.

Codex chartaceus, quo continetur R. *Lipman* filii *Jiphtat* Sepher Nizzacon, ubi ea librorum ſacrorum loca quæ ad aſtruendam religionem chriſtianam afferri ſolent, acerbius quam par eſt refelluntur. Nonnulla in noſtro hoc codice folia deſiderantur. Floruit *Lipman* ſæculo decimo quarto.

CCV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° R. *Salomonis* filii *Zemach* Duran, Maghen Abbot, id eſt, ſcutum Patrum, ubi de exiſtentia Dei, illius æternitate & incorporea natura multis diſſeritur.

2.° Ejuſdem commentarius in Pirke Aboth, ſive capitula Patrum.

3.° Ejuſdem Peruſch Hammi-draſchot, ſive commentarius in loca quædam difficiliora commentarii allegorici in varios Scripturæ libros.

Vixit *Salomo* ſæculo decimo ſexto.

CCVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° R. *Moſis Maimonidæ* Schemonah Perakim, ſive de doctrina morum capitula octo. Præmittitur quaſi quædam præfatio in tractatum Pirke Aboth, ſive capitula Patrum, cum ejuſdem *Moſis* commentariis. Hocce opus ex Arabica lingua in Hebraïcam convertit R. *Samuel* filius *Judæ* Aben *Tybbon*, qui præfationem addidit.

2.° Ejusdem decisiones Talmudicæ. Sub finem folia nonnulla desiderantur.

3.° R. *Samsonis* filii *Isaaci* Cantici explicatio, quod Israëlitæ post rubri maris transitum cecinerunt.

4.° Commentarii in Pentateuchum fragmentum à pagina 235. ad 257.

5.° R. *Salomonis* Hispani *Josephi* filii, de hæmorrhoïdibus tractatus, ubi tamen de omnibus penè morborum generibus disputat. Auctor ait ultimam à se operi manum impositam anno Christi 1543. Non pauca desiderantur.

6.° Anonymi de humani corporis partibus, de somno & anima disputatio.

7.° R. *Josephi* tractatus cabbalisticus, ubi de decem Sephiroth differitur.

8.° Ben *Sira*, sive variarum ex Ecclesiastico sententiarum collectio.

CCVII.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Mosis* filii *Josue* Narbonensis, commentarius in More Nevochim. Vixit *Moses* ille sæculo decimo quarto.

2.° Ptolemæi Almagestum è Græca lingua in Arabicam ab *Averroe*, & ex Arabica in Hebraïcam à R. *Jacobo* filio *Samsonis Antoli* conversum Neapoli anno Christi 1231.

3.° Libri qui Bella Domini inscribitur, pars prima disputationis quintæ, ubi de corporum cælestium ordine & numero; de eorum motu recto vel obliquo, celeri aut tardo; de illorum inclinatione ad meridiem vel septentrionem, & de iis omnibus quæ corporibus cælestibus accidere solent. Hocce opus constat capitibus 136. quorum 98. tantum in illo volumine reperiuntur.

CCVIII.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, quo continentur R. *Mosis* Narbonensis commentarii in More Nevochim, sive doctorem perplexorum R. *Mosis Maimonidæ*.

CCIX.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, quo continetur anonymi commentarius in More Nevochim *Mosis Maimonidæ*.

CCX.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. illatus, quo continetur R. *Joseph* Ben *Caspi* commentarius in More Nevochim R. *Mosis Maimonidæ*.

CCXI.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur R. *Joseph* Ben *Caspi* commentarii in R. Mosis Maimonidæ More Nevochim. Floruit *Josephus* sæculo XIII.

THEOLOGI.

In-quarto.

CCXII.

Codex chartaceus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Liber Henochi.

2.° Fabulæ Sandabar.

Is codex pessimè scriptus, & à viro omnino rudi & imperito.

CCXIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Liber Cosri, magni apud Judæos nominis. Illius auctor fertur R. *Judas* Levita, à quo primum Arabicè scriptus, deinde in Hebraïcam linguam conversus à R. *Juda* filio *Saulis* Aben *Tybbon*.

2.° Anonymi epistola cujus titulus, Lapis Lydius.

3.° R. *Mosis Nachmanidæ*, de laudibus Mosis Maimonidæ epistola.

4.° Anonymi de variis rebus disputationes brevissimæ, quibus subjicitur præstantissima illa R. *Salomonis* filii *Judæ* precatio, inscripta Keter Malkut, id est, Corona Regni.

5.° *Mosis* filii *Schem Tob* Tabernaculum testimonii. Tractatus in quinque partes divisus. Illarum prima de mundi creatione. Secunda, de corpore, quod post vitam admodum brevem & variis ærumnis conflictatam interit. Tertia, de anima, quæ post exiguam in corpore moram inde avolat. Quarta, de gehenna, & pœnis animæ infligendis. Quinta, de Paradiso & mercedis futuræ natura. In eo opere pauca quædam sub finem desiderantur.

6.° R. *David* filii *Judæ* nonnullæ de doctrina morum disputationes.

CCXIV.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. opera Vanslebii illatus, quo continetur liber Cosri, opus notissimum. Ad oram codicis conjectæ notæ quædam.

CCXV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi compendium libri præceptorum magni.

2.° Calendarium quoddam Judæorum.

CCXVI.

Codex, cujus pars prior chartacea, altera membranacea, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° R. *Iſraëlis* Hiſpani, brevis commentarius in 613. præcepta legis Moſaïcæ.

2.° *Iſaïæ* filii *Eliæ* explicatio reconditorum legis myſteriorum, ſive commentarius in Pentateuchum. Floruit *Iſaïas* ſæculo decimo tertio.

CCXVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi commentarii in præcepta 613. legis Moſaïcæ.

2.° Hymni à Judæis diebus ſolemnibus cantari ſoliti, una cum illorum explicatione; opera R. *Iſaac Theodori* filii.

3.° Anonymus de poëſi Hebraïca.

4.° *Abraham* Bar *Chajia* de ſphæra, tractatus editus. Floruit ſæculo duodecimo.

CCXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur R. *Iſaac* filii *Joſeph* liber præceptorum parvus, aliter, columnæ captivitatis. Ibi 613. præcepta legis Judaïcæ exponuntur.

CCXIX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° R. *Iſaac* ſeptem columnæ captivitatis, ad cujus oram non paucæ animadverſiones conjectæ ſunt.

2.° De variis præceptis quæ Judæi ſervare tenentur, diſputationes duæ, quarum poſtrema Rab. *Salomoni Jarchi* tribuitur.

3.° Anonymi commentarius in Pirke Aboth, ſive capitula Patrum.

CCXX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur R. *Iſaac* ſeptem columnæ captivitatis.

CCXXI.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Iſaac* ſeptem columnæ captivitatis.

2.° R. *Perez* filii *Iſaac*, diſputationes duæ de libello repudii, & fratris mortui uxore vel ducenda, vel diſcalceatione dimittenda.

CCXXII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Abraham* Aben *Eſra* Jeſod Morah, id eſt, fundamentum timoris & ſecretum legis, ubi de præceptis omnibus ſervandis, de illorum dignitate & præſtantia, arcanoque Dei timore diſſeritur. Præmittuntur linguæ ſanctæ elementa, in quibus perſpicuè explicandis ſummam curam & diligentiam adhibet.

2.° Anonymi commentarius in Pentateuchum, cujus initio non pauca folia deſiderantur.

3.° R. *Nechoniæ* diſputationes cabbaliſticæ, editæ cum libro Zoar.

4.° Variorum ſcriptorum commentarii in librum creationis, ſeu Jetſirah.

5.° Anonymi tractatus de nomine Dei tetragrammato, cujus titulus, liber nominis boni.

6.° Anonymi commentarii myſtici in preces Judæis recitari ſolitas.

7.° Anonymi quæſita & reſponſa varia, quæ ad illuſtrandum librum creationis pertinent.

CCXXIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1°. R. *Mordechai* filii R. *Eliezer Comtino*, commentarius in R. Aben *Eſræ* Jeſod Morah, ſive fundamentum timoris. Auctor de reverentia Deo exhibenda multis diſputat; oſtendit quid Deus ab homine poſtulet, & qui illius finis; cumque hæc omnia in implendis præceptis poſita ſint, accuratè exponuntur præcepta, & in ſingulorum naturam diligenter inquiritur.

2.° Ejuſdem commentarius in alium Aben *Eſræ* tractatum, qui inſcribitur Sepher Haſchem, id eſt liber nominis, ubi de variis Dei nominibus.

3.° Ejuſdem commentarius in Aben *Eſræ* tractatum de arithmetica.

4.° Anonymi de arte diſſerendi diſputatiuncula.

CCXXIV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Jonæ* tractatus de timore Dei,

ubi omnia Judaïcæ religionis ac pietatis officia exponuntur.

2.° Variorum ſcriptorum pietate & omni virtutum genere excellentium epiſtolæ, quæ in eodem argumento verſantur.

3.° Tractatus de doctrina morum è *Moſis Maimonidæ* opere, cujus titulus manus fortis, exſcriptum. Caput primum & ſecundum deſiderantur.

4.° Anonymi tractatus, ubi actionum rectè inſtituendarum ratio traditur.

5.° Anonymi de tuenda valetudine tractatus, qui ad Alexandrum Magnum ſcriptus eſſe dicitur.

6.° Index fermè dimidius ampliſſimi cujuſdam operis, ubi de multis Veteris Teſtamenti locis diſſeritur.

7.° R. *Eliezer* capita, de quibus ſupra.

8.° Folia duo libri illius qui inſcribitur menſæ quatuor, auctore R. *Moſe Nachmanida.*

9.° Capita multa libri illius, cujus indicem exſtare ſupra monitum eſt.

10.° Anonymi tractatus de timore Dei. Multa deſiderantur.

11.° Decem clariſſimorum Judæorum qui martyrium perpeſſi ſunt, hiſtoria.

12.° Locorum Terræ ſanctæ deſcriptio, quibus clariſſimi Judæi ſepulti ſunt.

13.° R. *Akiba* filii *Joſeph* literæ, ſive alphabetum, ubi ſingulæ literæ Hebraïcæ cabbaliſticè exponuntur. Floruit *Akiba* ſæculo ſecundo.

14.° Anonymi narratiuncula quædam & deſcriptio ſolii Salomonis.

15.° R. *Hai* oratio ad pietatem hortatoria.

CCXXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur R. *Chaſdai* filii *Abraham* Or Adonaï. Opus diviſum in duas partes, quarum priore præcepta Moſaïca, & de illorum ratione diſſidentes inter ſe doctorum Judæorum ſententiæ exponuntur, allatis Talmudis locis è quibus varias eorum opiniones hauſit. In altera parte de principiis & fundamentis legis Moſaïcæ diſſeritur, & More Nevochim doctrina convellitur. Rurſus pars illa in quatuor diſputationes tribuitur, quarum in prima totius legis Moſaïcæ fundamentum ſtatuitur, firma & inconcuſſa perſuaſio quod Deus ſit. Ibi ad examen revocantur Philoſophorum & *Moſis Maimonidæ* rationes & argumenta. Deinde quæritur an homines ad hujuſce principii cognitionem mentis ſolius vi pervenire poſſint.

Secundæ diſputationis hæc ſunt præcipua capita, ſcientia Dei, ejus providentia & potentia, liberum arbitrium, finis hominis ultimus.

Tertiæ, illa: Mundi creatio, animi immortalitas, merces cuique tribuenda, mortuorum reſurrectio, Moſaïcæ legis æternitas, diſcrimen quod inter Moſis prophetiam & aliorum Prophetarum intercedit.

Quarta diſputatio ea tantum attingit, quæ probabiliter in utramque partem defendi poſſunt, ibique quæritur num mundus futurus ſit æternus, unus an plures, an cœleſtes orbes anima conſtent, an illorum ſit aliqua poteſtas in homines, an metempſychoſis admittenda, an puerorum nondum rationis uſum adeptorum animi futuri ſint immortales, an ſit res una & eadem intellectus, intelligens, & intellectum.

Auctor floruit ſæculo decimo quarto.

CCXXVI.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Iſaac* filii *Abraham* tractatus cujus titulus, theſauri Regis, ubi de Dei exiſtentia, de mundi creatione, illius forma & partibus, de fine hominis ultimo, de animi immortalitate, & variis diſciplinis quibus mens humana perficitur.

2.° Ejuſdem theologia myſtica. Ibi diſputatur de mundi forma, & partium illius diſpoſitione, de ejus idea quæ menti divinæ inerat, de multis Legis & Prophetarum arcanis, de cabbalæ doctrina; deinde confutatis Aſtrologorum & Philoſophorum commentis, agit de corporibus cœleſtibus, de angelis, & iis quæ mente aſſequi non poſſumus.

3.° Ejuſdem opus inſcriptum faſciculus myrrhæ, quod in ſimili prope argumento verſatur.

4°. Ejuſdem tractatus cujus titulus, magnus factis: in duas partes dividitur, quarum prior de rebus phyſicis & metaphyſicis, altera de theologicis, quæ quatuor diſputationibus abſolvitur. Dei exiſtentia, ſimplicitas & incomprehenſibilitas multis aſtruuntur, ut & mundi creatio.

Tres eſſe mundos auctor ſtatuit, unum ſuperiorem, medium alterum, & alterum inferiorem. Quid unumquodque eorum complectatur, explicat. Expenduntur præterea Philoſophorum ſententiæ de ſtatu mentium ab omni materia ſeparatarum. Tandem diſſeritur de ambiguis nominibus, quæ in Lege & in Prophetis occurrunt. De explicatione

visionum Ezechielis, de providentia divina, de præmiis bonorum, variisque Philosophorum, Abumasar præsertim, ea de re pronunciatis.

CCXXVII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur R. *Jacob* filii *Salomonis* tractatus tres. Primi titulus, domus Jacob, ubi auctor illa omnia colligit, quæ in Genesi Jacobo Patriarchæ contigisse scribuntur. Secundus, Jacobi salus, qui in explicandis Ægypti plagis versatur. Tertius Jacobi cœtus appellatur, qui de quibusdam Legis divinæ præceptis differit.

CCXXVIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi liber inscriptus, Congregentur aquæ, ubi differitur de divina providentia, de prophetiarum ratione, de Prophetarum parabolis & verbis mysticis, aliisque compluribus Scripturæ locis, quæ difficiliora videri possunt.

Similis argumenti opus sub nomine R. *Salomonis* Bar *Judæ* Aben *Tybbon*.

2.° R. *Isaïæ* commentarius in tractatum Talmudicum, qui Bava Batra, id est, porta ultima inscribitur.

CCXXIX.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur anonymi tractatus de fide & præceptis religionis Judaïcæ, Arabicè, charactere Hebraïco.

CCXXX.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. illatus, quo continetur anonymi tractatus theologicus de variis fidei Judaïcæ capitibus, ab Auctore lingua Arabica scriptus, in Hebraïcam postea conversus.

CCXXXI.

Codex membranaceus, olim Melchisedechi Thevenotii, quo continetur anonymi tractatus de doctrina morum, qui inscribitur gradus qualitatum. Ibi differitur de Dei cognitione, de charitate erga proximum, de honore parentibus exhibendo, de præceptorum legis observatione, de præmiis in bonos conferendis, de eleemosyna, de oratione, de pœnitentia, de fidelitate, de sinceritate, de misericordia, de bona voluntate, de bona fama, de bona conscientia, de conversione, de sapientia, de divitiis, de liberalitate, de vita civili, de pace.

CCXXXII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus, ubi de virtutibus, hominis perfectione, cognitione Dei, justitia, humilitate & accurata singulorum præceptorum observatione differitur.

2.° Historiæ variæ è Talmudicorum libris excerptæ.

3.° Anonymi compendium præceptorum legis Judaïcæ.

4.° Libellus inscriptus signa Messiæ, ubi de miraculis & portentis quæ Messiæ adventum præcedere debent.

5.° Machabæorum historia.

CCXXXIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus cujus titulus officia cordium; de illo supra. Is liber ab uno ex priscis sapientibus Arabicè primum scriptus dicitur, quem secutis temporibus ex Arabica lingua in Hebraïcam R. *Bechai* convertit, atque hanc illius interpretationem noster hic codex exhibet.

CCXXXIV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° R. *Mosis Maimonidæ* disputationes octo de doctrina morum, quæ solent præmitti libro inscripto Pirke Aboth, una cum ejusdem commentariis.

2.° Ejusdem disputatio de resurrectione mortuorum.

3.° R. *Jedaiæ* Margaritæ selectæ, sive veterum Philosophorum sententiæ & apophthegmata. Opus primum Arabicè scriptum, in Hebraïcam postea linguam conversum à R. *Mose* filio *Tybbon*.

CCXXXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° R. *Mosis Maimonidæ* More Nevochim.

2.° Examen mundi, de quo supra.

3.° De præmiis bonorum, & malorum pœnis, excerpta ex libro Torat Adam.

CCXXXVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Mosis Maimonidæ* More Nevochim.

CCXXXVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Mosis Maimonidæ* More Nevochim à vigesimo quinto capite libri secundi ad finem usque, Arabicè, charactere Hebraïco.

CCXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur R. *Mosis* filii *Salomonis* in duas priores partes More Nevochim commentarii.

CCXXXIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° R. *Mosis* filii *Meir* Narbonensis, commentarius in More Nevochim.

2.° R. *Schem Tob* commentarius in More Nevochim, theologicus & philosophicus.

3.° Ejusdem excerpta è libro Makor Chaiim, id est fons vitæ, cujus auctor R. *Salomo* filius *Gabirol*.

4.° Ejusdem liber de anima.

5.° *Avicennæ* compendium quoddam varias cùm antiquorum Philosophorum, tùm Aristotelis sententias de cœlis complectens.

6.° *Josephi* Aben *Caspi* commentarius in More Nevochim, inscriptus columna argenti.

7.° Ejusdem opus inscriptum thesaurus Domini, ubi illa omnia quæ ad theologiam pertinent in More Nevochim, excerpsit.

CCXL.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° R. *Judæ* Aben *Tybbon* Ruach Chen, id est spiritus gratiæ. Ibi quæstiones physicæ de quibus *Maimonides* in More Nevochim, ad examen revocantur.

2.° R. *Azariel* commentarii in effata R. *Mosis Maimonidæ*, quæ res physicas spectant.

CCXLI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi explicatio aliquot vocabulorum difficiliorum, quæ in R. *Mosis Maimonidæ* manu forti usurpantur.

2.° Anonymi excerpta nonnulla ex ejusdem *Maimonidæ* tractatu de noviluniis.

3.° Index locupletissimus, cujus auxilio nemini obscurum esse potest, quo potissimum die futuræ sint Judaïcæ solemnitates, jejunia, &c.

4.° Anonymi excerpta è libro præceptorum.

CCXLII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi commentarius in R. *Mosis Maimonidæ* tractatum de fundamentis legis.

2.° Varia de decem Sephirot.

3.° R. *Abraham* Coloniensis, de nomine Dei tetragrammato disputatio, cujus titulus Corona nominis boni.

4.° R. *Eliezer* de Wermalia, tractatus de arbore scientiæ, & de simplicitate Dei.

5.° Anonymi commentarius in Pentateuchum, ubi secundum Geometriæ regulas vocabulis & accentibus ad arithmeticam revocatis, plurima inde eruuntur mysteria.

6.° Anonymi disputatio mystica, de modo & ratione qua pueri in ludo docentur literas.

7.° Anonymi locorum aliquot obscuriorum explicatio, quæ in Aben *Esræ* commentariis in Pentateuchum occurrunt.

8.° Anonymi disputatio de fabrica arcæ fœderis, candelabri, buccinæ & tabernaculi.

CCXLIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° R. *Mosis Maimonidæ* commentarius in Pirke Aboth, ubi multa philosophorum more de intellectu, arbore vitæ & nonnullis rebus ad physicam spectantibus.

2.° R. *Abraham* Sepharadi, sive Hispani, commentarius in librum Ruth.

3.° Ejusdem commentarius grammaticus, literalis & mysticus in Canticum canticorum.

4.° Ejusdem commentarius in librum Esther.

5.° Ejusdem commentarius in librum Job.

6.° Ejusdem commentarius in librum Ecclesiastæ.

7.° Commentarius in Canticum canticorum, auctore anonymo, qui tamen, ut è pagina prima colligi potest, floruit post Aben *Esram*.

8.° Commentarius in librum Ruth. Auctoris nomen erasum est.

9.° R. *Eliezer* commentarius in Pirke Aboth.

10.° R. *Mosche* opusculum in duas partes divisum, ubi de cognitione Dei, & animæ spiritualitate.

11.° Disputatio à Judæo quodam adversus Christianos habita Barcinone coram Rege.

CCXLIV.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. opera Vanslebii illatus, quo continetur R. *Levi* filii *Abraham* tractatus, qui inscribitur Biloula & Amuleta, ex Isaïæ cap. xx. vers. 3. Auctor ibi præcipua morum, physices & theologiæ capita exponere aggreditur, idque juxta doctrinam R. Mosis Maimonidæ, quem summis effert laudibus.

CCXLV.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. opera Vanslebii illatus, quo continentur:

1.° Fragmentum tractatus qui inscribitur Examen mundi.

2.° R. *Josephi* filii *Isaac Kimchi* carmina quædam in virtutes & vitia.

3.° R. *Judæ* filii *Tybbon* tractatus, cujus titulus Agadat Mousat, ubi de præcipuis fidei & philosophiæ capitibus differitur.

4.° Anonymi apologia More Nevochim R. *Mosis Maimonidæ*.

5.° Difficiliorum quorumdam Talmudis locorum explicatio. Auctoris nomen ignoratur.

6.° Fragmentum logices R. *Samuelis Schalom*, qui sæculo decimo septimo floruit.

7.° R. *Mosis Maimonidæ* explicatio quorumdam vocabulorum quibus logici uti consueverunt.

8.° Anonymi logica secundum methodum Abuchamed Algazali.

9.° R. *Eliæ* logica.

10. R. *Antoli* tractatus, inscriptus Ruach Chen, id est, spiritus gratiæ. Ibi exponuntur decem Aristotelis prædicamenta. Floruit *Antoli* sæculo decimo quarto.

11.° Fragmentum libri cujus titulus, Bella Domini.

12.° Anonymi opus inscriptum Musaret Mose, id est servus Mosis, ubi variæ quæstiones ad theologiam spectantes pertractantur.

13.° *Abuchamed Algazali* physica, una cum commentariis R. *Abraham Schalom.*

CCXLVI.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Mardochæi compendium, auctore R. *Samuel,* qui opus illud R. *Mordechai,* quod Mardochæus magnus inscribitur, contraxit.

CCXLVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Abuchamed* liber inscriptus Orbita justitiæ, sive lances justitiæ. Opus in XXXII. disputationes dividitur, quæ omnes ad mores instituendos pertinent: ineditum, ut puto.

CCXLVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Abuchamed* lances justitiæ.

2.° Anonymi disputatio de convivio illo solemni, quod die festo Sortium instrui solet. Nonnulla desunt.

CCXLIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi disputatio non ita pridem scripta, de Christi divinitate & ejus incarnatione.

2.° Anonymi disputatio philosophica, ex Arabico sermone in Hebraïcum conversa.

CCL.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi Ets Chaiim, id est, arbor vitæ. Auctor posito semel firmam animi de mundi creatione persuasionem tanquam præcipuum fidei fundamentum haberi debere, varias ea de re philosophorum sententias enumerat, quas postquam confutavit, totus in explicandis primis Geneseos capitibus versatur.

CCLI.

Codex partim membranaceus, partim bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber cujus titulus Yercim, sive timores, ideo nempe quod Deum timere doceat. Auctor R. *Eliezer Meimetz,* cujus ætas ignoratur. Totus autem in eo est, ut res Lege concessas aut vetitas explicet.

CCLII.

Codex chartaceus, quo continentur excerpta quædam ex libro Ben *Israel* & aliis libris editis.

CCLIII.

CCLIII.

Codex chartaceus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi disputatio adversus Judæos, pessima & recenti manu exarata.

THEOLOGI.

In-octavo.

CCLIV.

Codex chartaceus, olim Gallandianus, quo continentur variæ observationes in tractatum de repudiis. Auctoris nomen & ætas ignorantur, illo tamen antiquior *Maimonides*, utpote cujus opiniones sæpenumero refelluntur.

DOCTORES CABBALISTICI.

In-folio.

CCLV.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Sepher Jetsirah, id est, liber creationis, opus magnæ apud Cabbalistas auctoritatis, Abrahæ Patriarchæ falso adscriptum, una cum RR. *Saadiæ, Eliezer, Mosis Nachmanidæ, Mosis Botril* & *Abrahæ* filii *Dior* commentariis.

2.° R. *Bechai* Iod Adonaï, id est, secretum Domini, opus cabbalisticum.

3.° Torat haadam, id est, lex hominis; hujusce operis partem tantum ultimam reperies, ubi de præmiis bonorum, & malorum pœnis disseritur.

4.° *Abunasar Alpharabi* opus de natura animi.

CCLVI.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi opus cabbalisticum de ratione & via decem Sephirot.

2.° Anonymi commentarii in opus R. *Mosis Nachmanidæ* de recondita Legis doctrina.

3.° Anonymi commentarius cabbalisticus in Pentateuchum.

Volumini præmittitur tabula quædam chronologica ad annum usque 1595.

CCLVII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi tractatus cabbalisticus, ubi 1.° De decem Sephirot explicatione. 2.° De nominibus & formis corporeis, quæ in Veteris Testamenti libris Deo tribuuntur. 3.° De literarum alphabeti Hebraïci nominibus, conjunctione & inversione secundum Gematriæ regulas, una cum punctorum accentuumque mysticis significationibus.

2.° R. *Mosis Corduero* Ben *Jacob* liber lucis commixtæ, jam pridem editus, & in partes sex divisus, ubi multa de Cabbalæ mysteriis.

CCLVIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi opus cabbalisticum, ubi 1.° De nomine Dei tetragrammato. 2.° De literarum alphabeti Hebraïci vi, significatione, inversione & conjunctione. Additæ ad oram codicis notæ quædam.

2.° Anonymi Sepher Hannazir, id est, liber Nazaræi. Is liber è Græca primum lingua in Arabicam, & ex Arabica in Hebraïcam conversus dicitur à R. *Abrahamo* filio R. *Samuel Levi.* Auctor colloquentes inducit Regis cujusdam filium omnium rerum copia affluentem, rudem tamen, verum sapientiæ imprimis studiosum; & Nazaræum morum sanctitate & doctrinæ laude præstantem. Ibi multa de fortunæ inconstantia, præstanda amicis fide, amore in alios, & rerum fluxarum contemptu.

CCLIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur R. *Jacob* Hispani tractatus cabbalisticus de Hebraïci alphabeti literis.

CCLX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur R. *Schem Tob* tractatus cabbalisticus de coronis quarumdam literarum, variisque aliis mysteriis juxta traditionem Judæorum.

CCLXI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Josephi Gecatiliæ* Schaare orah, id est, portæ lucis: opus cabbalisticum, cui adjuncti sunt *Matathiæ de Lakrat* commentarii. In nostro codice XVI. primæ disputationes desiderantur.

Josephus natus in Hispania, floruit sæculo decimo quinto.

CCLXII.

Codex chartaceus, ubi continentur:

1.° Tractatus cabbalisticus inscriptus Schaare orah. Auctoris abest nomen.

2.° Anonymi tractatus ejusdem argumenti; titulus, Sepher hehelam, id est, liber absconditus.

3.° Anonymi disputatio, ubi de præceptis affirmantibus & negantibus.

CCLXIII.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi Corona Legis, opus in duas partes divisum, ubi ea quæ ad reconditiorem Cabbalam pertinent fuse pertractantur: insulsa tamen pleraque & minus digna quæ lucem aspiciant, utpote illorum simillima quæ in libro jam pridem edito, & inscripto hortus nucis, leguntur.

2.° Anonymi commentarius in librum Jetsirah, sive creationis.

3.° Anonymi epistola ad R. *Judam Salomonis* filium, qua totius Cabbalæ ratio exponitur, illiusque sanctitas defenditur adversus obtrectatores, quorum antesignanus R. *Salomon* filius *Abrahæ* filii *Adrah*, ut ex his auctoris verbis constat. *Ideo vobis, fratres, hanc Epistolam scripsi, ut intelligeretis ea quæ effutiit de me R.* SALOMON, *commentitia esse & veritati minus consentanea.* Floruit *Salomon* sæculo decimo quarto; eodem igitur sæculo anonymus noster vixerit oportet.

4.° Anonymi præfatio in librum Jetsirah, ubi explicantur Cabbalistarum viæ XXXII.

5.° R. *Schem Tob* filii *Abrahæ*, Corona, sive commentarius cabbalisticus in Pentateuchum. Floruit sæculo decimo quarto.

6.° Anonymi in selecta quædam loca More Nevochim commentarius. Is tres in partes divisus, mysteria Legis inscribitur.

CCLXIV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Raïa mehemna, id est, Pastor fidelis, qui totus in exponenda ex Cabbalistarum placitis Lege Mosaïca versatur. Additi satis uberes commentarii. Noster autem hic codex in eo ab editis discrepat, quod edita Exodum, Leviticum, Numeros & Deuteronomium complectantur, in codice vero regio Deuteronomium desideretur.

CCLXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, ubi continentur:

1.° Anonymi tractatus cabbalisticus de alphabeti Hebraïci literis.

2.° Anonymi tractatus cabbalisticus.

3.° Anonymi tractatus cabbalisticus.

DOCTORES CABBALISTICI.

In-quarto.

CCLXVI.

Codex chartaceus, ubi continentur:

1.° Liber clavium Cabbalæ.

2.° Anonymi tractatus de decem Sephirot.

3.° Anonymi commentarii in Sepher Jetsirah, id est, librum creationis.

4.° R. *Abraham* Aben *Esræ* Sepher chaïm, id est, liber vitæ.

CCLXVII.

Codex chartaceus, quo continetur anonymi Schimmusch hattorah, seu usus Legis, ubi de Dei nominibus & modo faciendi amuleta disseritur.

CCLXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur variæ divinorum & angelicorum nominum explicationes, quarum ope mens acui, levari gravidæ mulieres, & somnia exponi possunt. Docetur præterea quomodo singuli Psalmi ad id accommodari debeant.

CCLXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur liber Jetsirah, sive creationis, cabbalisticus, una cum R. *Abraham* filii *Dior* commentariis.

CCLXX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continentur:

1.° Sepher Jetsirah, id est, liber creationis, una cum duobus scriptorum anonymorum commentariis.

2.° R. *Joseph* filii *Jacob*, ad Talmudis lectionem introductio.

3.° R. *Joseph* filii *Sellum*, initium commentariorum in Psalmos.

4.° Anonymi disputationes de Dei, Angeli & hominis natura.

CCLXXI.

Codex membranaceus, ubi continentur:

1.° Anonymi commentarius in Sepher Jetsirah, id est, librum creationis.

2.° Anonymi explicatio nominis Dei tetragrammati, juxta Cabbalistarum placita.

3.° Anonymi explicatio cabbalistica divinorum attributorum.

4.° De morte Aristotelis dissertatio anonymi, ubi multa inepta & insulsa.

5.° Anonymi commentarius in librum Ruth.

6.° *Mosis Maimonidæ* opus cujus titulus arcana doctrina, in epitomen contractum.

CCLXXII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ubi continentur:

1.° Anonymi tractatus cabbalisticus de creatione, & literarum Hebraïcarum vi ac potestate. Complura ibi è libro Jetsirah & antiquioribus Rabbinis petita reperies.

2.° Tractatus de traditionibus in monte Sina acceptis, & de Rabbinis quorum ope ad posteros pervenerunt. Ibi multæ veterum Judæorum sententiæ.

3.° Commentarius in librum Proverbiorum.

4.° Anonymi liber de secreto viso, ubi de Adami & Evæ statu in Paradiso terrestri.

CCLXXIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continentur:

1.° R. *Zachariæ* Inire schefer, id est, sermones pulchritudinis. Ibi differitur de vi & efficacia nominis tetragrammati, de illius potestate in res creatas, de mercede iis promissa, qui ad illius cognitionem assurgere conantur; tandem quid de ea re senserint prisci & recentiores Judæi, multis exponitur.

2.° R. *Mosis Corduero* tractatus cabbalisticus, ubi de decem Sephirot, de ratione nominum divinorum, de literarum alphabeti Hebraïci significatione mystica.

Floruit *Moses* ille sæculo decimo sexto.

CCLXXIV.

Codex chartaceus, ubi continentur:

1.° Anonymi tractatus cabbalisticus de nominibus Dei & Angelorum.

2.° Anonymi brevis explicatio cabbalistica literarum alphabeti Hebraici.

3.° R. *Jacob de Veil* observationes ad jus Judaïcum pertinentes, editæ Venetiis anno 1623. Floruit *Jacob* sæculo decimo quinto medio.

4.° Anonymi commentarius in R. *Mosis Maimonidæ* librum de scientia, adjuncta quadam illius precatione.

5.° R. *Mosis* filii *Schem Tob* Sepher hammischkal, id est, liber ponderum, ubi de animi humani natura, de paradiso, de gehenna & resurrectione mortuorum differitur.

6.° Anonymi historia dispersionis decem Tribuum, & commentitii illius fluminis quod Sabbation Judæis appellatur.

7.° Anonymi disputatio de decem Sephirot.

8.° Doctorum series quorum ope traditio ad posteros pervenerit.

9.° Anonymi tractatus de iis quæ servari debent in scribendo libro Legis ad usum Synagogarum.

10.° Patris cujusdam ad liberos oratio, qua illos ad virtutem hortatur.

CCLXXV.

Codex chartaceus, olim Mauritii Tellerii Rhemensis Archiepiscopi, ubi continentur:

1.° Tractatus cujus titulus, Keter *Schem Tob*, corona *Schem Tob*, sive clavis Cabbalæ, auctore R. *Schem Tob*.

2.° Opus inscriptum Hobat hallebabot, id est, officium cordium: tractatus ubi de rebus ad doctrinam morum & theologiam pertinentibus, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversus ab *Elia* filio *Samuelis* Aben *Tybbon*.

CCLXXVI.

Codex chartaceus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi tractatus cabbalisticus.

CCLXXVII.

Codex chartaceus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi tractatus cabbalisticus, cujus titulus succus malorum granatorum.

CCLXXVIII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber cujus titulus Sepher haorah, ubi de theologia Judæorum mystica, decem Sephirot, Deique nominibus. De hujusce tractatus auctore non constat.

CCLXXIX.

Codex chartaceus, quo continetur anonymi tractatus de decem Sephirot, sive divinis attributis, juxta cabbalistarum doctrinam. Ibi multa è libro Jetsirah, aliisque id genus Judæorum scriptis petita reperias.

CCLXXX.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1°. R. *Peretz* Marekec haclohut, id est, dispositio divinitatis, quod opus in exponenda theologia mystica versatur.

2.° Anonymorum varii tractatus, quorum alii de Cabbalæ principiis, alii de recondita quadam cæremoniarum explicatione, de amuletis & divinandi ratione. In hocce codice multa passim desiderantur.

3.° Anonymi commentarius in Canticum canticorum, Ecclesiasten, & lamentationes Jeremiæ. Nonnulla desiderantur.

CCLXXXI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Judæ* filii *Jacob Sartoris*, locupletissimus in librum cujus titulus dispositio divinitatis, commentarius.

CCLXXXII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymorum varii tractatus cabbalistici, ubi precatio Rab. *Nechoniæ*, qui ante Hierosolymitanum excidium vixisse fertur.

2.° Anonymi de decem Sephirot & literarum alphabeti Hebraïci potestate disputatio.

3.° Sepher Jetsirah, id est, liber creationis.

4°. Anonymi tractatus de variis Dei nominibus.

CCLXXXIII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1°. Anonymi lunæ explicatio cabbalistica.

2.° Tractatus de decem Sephirot, cujus auctor R. *Jacob Haccoen*, qui fortè alius non est à R. *Jacob* Hispano, qui opera quædam cabbalistica conscripsit.

3.° Anonymi disputatio de nomine Dei, quod 72. literis constat.

4.° Sepher Jetsirah, id est, liber creationis.

5.° R. *Joseph* filii *Gecatiliæ*, tractatus cujus titulus, hortus nucis.

6.° Plurimæ precationes, supplicationes, postulationes & gratiarum actiones, quarum auctores RR. *Saadia* & *Bechai*.

7°. R. *Salomonis* filii *Gabirol*, precatio cujus titulus, corona regni.

8.° Anonymi de vocalibus, punctis, & accentibus disputatio.

9.° R. *Mosis Nachmanidæ* precatio.

10°. Anonymi explicatio duodecim Dei nominum.

11.° R. *Eliæ* filii *Benjamin* epistola desiderabilium, ubi de decem Sephirot.

12.° Anonymi opus inscriptum secretum unionis, ubi multa de decem numeris cabbalisticis.

13.° Anonymi tractatus, ubi Judaïcæ preces cabbalisticè exponuntur.

14.° R. *Peretz* opus inscriptum disputatio divinitatis, de quo supra.

15.° Anonymi disputatio cabbalistica de Dei nomine 42. literis constanti, & de literarum varia & multiplici conjunctione.

CCLXXXIV.

Codex chartaceus, ubi continentur:

1.° Anonymi epistola de reconditis Cabbalæ mysteriis.

2.° Anonymi tractatus inscriptus porta lucis.

3.° Liber cujus titulus Iod haichoud, id est, secretum veritatis. Auctoris nomen non occurrit.

4.° Anonymi expositio nominis tetragrammati per literas quadraginta duas.

CCLXXXV.

Codex chartaceus, ubi continentur:

1.° Anonymi fragmentum cabbalisticum de nominis tetragrammati mysteriis.

2.° Anonymi interpretatio cabbalistica secretorum Legis, ubi de literarum vi ac potestate differitur.

3.° Anonymi tractatus de legibus & ritibus, qui à Judæis in oratione, lotionibus & circumcisione servari solent.

CCLXXXVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi excerpta cabbalistica è variis auctoribus editis, ubi multa de solio Dei, quadrigis Ezechielis, Paradiso, Messiæ adventu, & mortuorum resurrectione. In eo codice nonnulla desiderantur.

2.° Anonymi tractatus de significatione allegorica literarum alphabeti Hebraïci, ubi plurima commentitia & fabulosa.

3.° Anonymi commentarius in librum præceptorum magnum.

4.° Anonymus de calendarii cyclis.

DOCTORES CABBALISTICI.

In-octavo.

CCLXXXVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Joseph* filii *Sarga*, Judaïcarum precum & cæremoniarum explicatio mystica, vel potius cabbalistica.

CCLXXXVIII.

Codex membranaceus, Constantinopoli

nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus cabbalisticus, ubi de Dei & Angelorum nominibus præsertim differitur.

2.° Anonymi opusculum de curandis vulneribus & ulceribus penè omnibus; verum pars major remediorum de quibus ibi sermo, ad artes magicas pertinent. Auctor natus in Galliis, ut persuadere videntur voces Gallicæ complures passim obviæ.

3.° Psalmi nonnulli.

JUS CANONICUM ET CIVILE. *In-folio.*

CCLXXXIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur R. *Ascher* Ben *Jechiel* quæstiones variæ ad Jus Judæorum pertinentes, una cum responsis. Vixit *Ascher* sæculo decimo quarto.

CCXC.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Zidaijæ* filii *Abrahæ* Medici, Schevile halleketh, sive Juris Judaïci ex optimis quibusque scriptoribus collecta explicatio. Opus in XII. sectiones tributum est, in quibus differitur, 1.° De precibus. 2.° De sabbatho ejusque ritibus. 3.° De benedictionibus. 4.° De neomeniis. 5.° De festo Encæniorum. 6.° De festo Purim. 7.° De diebus semifestis. 8.° De Pentecoste & reliquis diebus solemnibus. 9.° De jejuniis. 10.° De principio anni. 11.° De die expiationis. 12.° De festo Tabernaculorum.

CCXCI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur anonymi de Jure Judaïco quæstiones.

CCXCII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi tractatus ex optimorum auctorum scriptis collectus, ubi de rerum omnium præparatione, quæ vel ad Pascha vel alios dies festos celebrandos requiruntur.

CCXCIII.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur anonymi quæstiones variæ ad legem Mosaïcam pertinentes, una cum responsis quæ unius penè Talmudis auctoritate nituntur. Quæstiones autem omnes ad sectiones illas Pentateuchi quæ in synagogis legi solent, accommodatæ sunt. Huncce codicem sibi exscribi curavit R. *Samuel* Medicus. Illius ætas ignoratur.

CCXCIV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi de animalium mactandorum ratione, de cibis licitis & vetitis, aliisque legibus & cæremoniis quas Judæi servare tenentur.

JUS CANONICUM ET CIVILE. *In-quarto.*

CCXCV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur R. *Isaac Adweira* tractatus de variis rebus ad Jus Judaïcum Ecclesiasticum pertinentibus, verbi gratia, de cibis, fructibus & mulieribus.

CCXCVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Simeonis* filii *Zemach* Duran, Sepher taschbatz, sive liber quæstionum & responsionum de Jure Judaïco. Opus in articulos 546. divisum, quorum index præmittitur.

CCXCVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Samuelis* filii *Isadok*, opus inscriptum arbor vitæ; ubi brevissima methodo Jus omne Judaïcum exponitur. In eo codice desiderantur quædam.

CCXCVIII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi disputationes de ritibus & cæremoniis quæ in præparandis & sumendis cibis à Judæis servari solent; item de animantibus ad vescendum concessis & vetitis.

2.° Anonymi excerpta è commentariis in manum fortem R. *Mosis Maimonidæ*.

3.° R. *Judæ* cognomine *Pii* Wormatiensis, de jugulandorum animalium ratione disputatio.

4.° Anonymi animadversiones in sanctiones quæ ad Paschæ observationem pertinent.

5.° Anonymi de mulierum menstruis disputatio.

6.° Anonymi disputationes de festo Sortium, de templi consecratione, & de jejuniis.

7.° Anonymi disputationes de variis

cæremoniis apud Judæos obſervari ſolitis.

CCXCIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, eleganter ſcriptus, quo continetur R. *Salomonis* filii *Abraham* Barcinonenſis, tractatus de variis ritibus apud Judæos obſervari ſolitis.

CCC.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Meir* Rotenburgenſis, de ritibus ad exequias & in luctu obſervandis: inſcribitur jura lætantium. Floruit *Meir* ſæculo decimo quarto.

2.° R. *Zedechiæ* ejuſdem argumenti opus. Floruit ſæculo decimo quinto.

HISTORICI.

In-folio.

CCCI.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Joſephi* filii *Gorion,* Hiſtoria Judaïca. Is codex anno Chriſti 1472. exaratus eſt.

PHILOSOPHI.

In-folio.

CCCII.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Ariſtotelis tractatus de illorum omnium quæ exiſtunt cauſa materiali, ab anonymo converſus.

2.° Ejuſdem tractatus de generatione & corruptione.

3.° Ejuſdem liber de anima, una cum *Averrois* commentariis.

4.° Ejuſdem liber de intellectu, adjunctis quoque *Averrois* commentariis.

5.° Ejuſdem tractatus de ſenſu & ſenſibili.

CCCIII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi logica è variis ſcriptorum Arabicorum operibus collecta.

CCCIV.

Codex membranaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, quo continentur *Averrois* commentarii in Ariſtotelis Logicam, interprete R. *Jacob* filio *Simſon Antoli,* qui ſæculo XIV. floruit.

CCCV.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur anonymi omnis generis diſputationes è variis philoſophorum ſcriptis collectæ, nempe de figuris & modis ſyllogiſmi, quæſtionibuſque aliis ad logicam pertinentibus; de principiis è quibus res omnes conſtant; de ſignis cæleſtibus; de vi & efficacia multorum diverſi generis lapidum; de ſenſu & iis quæ ſenſu percipiuntur; de elementis; de analyticis prioribus & poſterioribus; de rerum principiis; de regnandi arte; de rebus metaphyſicis; de philoſophorum præclare dictis; de Dæmonum philoſophorum placitis, quæ *Salomon* accepta memoriæ prodidit: Dæmonas enim philoſophiæ operam dare defenditur; de Alexandri morte & illius funebri pompa; de philoſophorum complurium ad ipſius feretrum conventu, eorumque tum temporis pronunciatis. Agmen claudit Olympiadis ad Alexandrum filium epiſtola. Initio codicis quædam deſiderantur.

CCCVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continentur Ariſtotelis Topica, ab *Averroe* in Arabicam linguam, & ex Arabica in Hebraïcam converſa; ſed de Hebraïcæ converſionis auctore altum in noſtro hoc codice ſilentium.

CCCVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Levi* Ben *Gerſon* in Ariſtotelis Analytica commentarius.

CCCVIII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur anonymi in Ariſtotelis Ethica ad Nicomachum commentarii. Opus in decem partes diviſum, quæ decem Ethicorum libris reſpondent. Earum prima agit de beatitudinis deſiderio ſingulis hominibus innato. Secunda, de hominis dignitate. Tertia, de voluntate, fortitudine, & peccati formidine. Quarta, de morum bonorum præſtantia. Quinta, de juſto. Sexta, de intellectus præſtantia. Septima, de recto, peccato, & voluptate. Octava, de amore & variis ejus generibus. Nona, de amatoribus, & amoris propria vi & natura. Decima, de fine hominis ultimo.

CCCIX.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Colbertinus, quo conti-

nentur *Averrois* commentarii in Ethica Aristotelis, ex Arabica lingua in Hebraïcam à R. *Mose* filio *Josuæ* Narbonensi, conversi.

CCCX.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur *Averrois* in Aristotelis Metaphysicam commentarii, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversi. Interpretationis illius auctor R. *Moses* Bar *Schelomon* è sapientibus Tholon, quæ urbs eadem videtur cum Telone Martio.

CCCXI.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur *Averrois* in Aristotelis Metaphysicam commentarii, interprete R. *Calonymo Calonymi* filio.

CCCXII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° *Averrois* in librum Aristotelis de anima commentarius.

2.° Aristotelis de ortu & interitu tractatus, ab anonymo Hebraïcè conversus.

3.° Idem de sensu & sensili.

4.° Idem de signis superioribus. Hæc omnia Aristotelis opera ab *Averroe* primum Arabicè, deinde ab anonymo Hebraïcè conversa.

5.° *Alfarabi* liber desiderii perfecti, ubi de medicina theoretica & practica. Opus ab auctore primum Arabicè conscriptum, in Hebraïcam postea linguam à Judæo quodam *Muschallam* nomine, *Jonæ* filio, conversum. Nonnulla sub finem desiderantur.

CCCXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Averrois* commentarii in librum Aristotelis de anima, ex Arabica lingua in Hebraïcam à R. *Schem Tob* filio *Isaac*, conversi.

CCCXIV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° *Averrois* in Aristotelis Physicam & ejusdem librum de anima commentarii, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo conversi.

2.° Anonymi de ratione physicæ disputatio. Ibi laudantur Avicenna, Averroes & Abuchamed. Desunt nonnulla.

3.° Aristotelis Meteorologica ex Arabico sermone in Hebraïcum à R. *Juda* Aben *Tybbon* conversa.

4.° *Alfarabi* physices compendium, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversum.

CCCXV.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. opera Vanslebii illatus, ubi continentur:

1.° *Averrois* commentarius in quatuor primos Aristotelis Physicorum libros, interprete R. *Calonymo Calonymi* filio.

2.° Galeni de curatione ad Glauconem libri duo, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo conversi.

3.° Ejusdem de diebus criticis libri duo, ab *Honain* filio *Isaaci* è Græca lingua in Arabicam, & ex Arabica in Hebraïcam ab anonymo conversi.

4.° Ejusdem de causis morborum, interprete, ut videtur, R. *Calonymo Calonymi* filio.

CCCXVI.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. Vanslebii opera illatus, ubi continentur:

1.° Anonymi tractatus de illorum omnium quæ existunt causa materiali, ex Aristotelis vel potius Arabum philosophorum scriptis excerptus.

2.° Aristotelis liber de generatione & corruptione, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo conversus.

3.° *Averrois* commentarius in Aristotelis librum de anima, interprete anonymo.

4.° *Averrois* commentarius in Aristotelis librum de intellectu.

5.° Ejusdem commentarius in librum Aristotelis de sensu & sensibili.

CCCXVII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Aristoteles de ortu & interitu: Arabicus ille quidem sed Hebraïco charactere scriptus liber.

2.° Notæ ex *Averroe* in varios Aristotelis libros.

In eo codice non pauca desiderantur.

CCCXVIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, ubi continentur:

1.° Anonymi de corporis humani natura, fabrica & figura, disputatio.

2.° Anonymi disputatio de decem Sephirot.

3.° Anonymi collectanea, quibus veterum philosophorum præclare dicta exponuntur, ubi sub finem nonnulla desiderantur.

4.° Anonymi dissertatio de precibus nonnullis, quæ diebus solemnibus dici solent. Initio quædam desunt.

5.° Aristotelis Logica, è Græca lingua in Hebraïcam conversa.

6.° Anonymi tractatus de Dei essentia, ejusque attributis.

7.° De simplicitate Dei capita novem è More Nevochim excerpta.

PHILOSOPHI.

In-quarto.

CCCXIX.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Aristotelis tractatus de universali, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversus ab anonymo.

2.° R. *Hillel* filii *Samuel*, tractatus ad chirurgiam pertinentes, ubi Galeni, Avicennæ & aliorum veterum scriptorum vestigiis auctor insistere se profitetur.

CCCXX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continentur:

1.° Aristotelis Organum, ut & ejus Analytica, ex *Averroe* in Hebraïcam linguam ab anonymo conversa.

2.° Aristoteles de sophisticis elenchis, ab *Abunasar Alfarabi* in Arabicum sermonem, & ex Arabico in Hebraïcum ab anonymo conversus.

3.° Aristotelis Topica & decem categoriæ, cum *Averrois* commentario, Hebraïcè ab anonymo conversa.

CCCXXI.

Codex membranaceus, quo continentur Aristotelis Analytica priora & posteriora. Nomen interpretis ad nos non pervenit.

CCCXXII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, ubi continentur:

1.° Aristoteles de demonstratione, & illius Analyticorum liber secundus, cum *Averrois* commentariis, interprete anonymo.

2.° Ejusdem liber de sophisticis elenchis. Interpretis nomen ignoratur.

3.° Ejusdem Rhetorica & Poëtica, interprete anonymo.

4.° Ejusdem posteriora Analytica, à R. *Calonymo* ex Arabica lingua in Hebraïcam conversa.

CCCXXIII.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. Vanslebii opera illatus, ubi continentur:

1.° Aristotelis Ethica ad Nicomachum, è Græca lingua in Hebraïcam à R. *Meir Alvarez* conversa.

2.° Ejusdem Œconomica, interprete R. *Abraham* filio *Tybbon*.

3.° R. *Schem Tob* commentarius in Aristotelis Ethica.

CCCXXIV.

Codex chartaceus, quo continentur Aristotelis Metaphysicorum libri tredecim, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo conversi.

CCCXXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur Aristotelis Physicorum libri octo, una cum *Averrois* commentariis. Hæc omnia ex Arabica lingua in Hebraïcam anonymus convertit.

CCCXXVI.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Melchisedechi Thevenotii. Ibi continentur Aristotelis varii tractatus, nempe de cælo & mundo, de generatione & corruptione, de signis cælestibus, de anima, de intellectu separato; ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo conversi.

CCCXXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, ubi continentur:

1.° *Averrois* commentarius in Aristotelis libros de cælo & mundo, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab Aben *Tybbon* conversus.

2.° Ejusdem commentarius in Aristotelem de anima, interprete Aben *Tybbon*.

CCCXXVIII.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. Vanslebii opera illatus. Ibi continetur anonymi opus, quo *Averrois* commentarii in Aristotelis libros de cælo & mundo exponuntur.

CCCXXIX.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper

nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur Ariſtotelis tractatus varii de mirabilibus auſcultationibus, de anima, de generatione & corruptione, è Græca lingua in Hebraïcam ab anonymo converſi. Singulis tractatibus adjunctos reperias *Averrois* commentarios.

CCCXXX.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, Conſtantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. opera Vanſlebii illatus. Ibi continentur,

1.° *Averrois* commentarius in Categorias Ariſtotelis & alias organi partes, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo converſus.

2.° *Abunazar Alfarabi* tractatus de ſyllogiſmo. Nomen interpretis Judæi ignoratur.

3.° Ariſtotelis Analytica poſteriora, una cum anonymi commentario. Opus ex Arabica lingua in Hebraïcam converſum.

4.° *Petri* Hiſpani Logica, in Hebraïcam linguam à R. *Juda Samuelis* filio converſa.

CCCXXXI.

Codex chartaceus, ubi continentur *Averrois* tractatus quidam ad philoſophiam pertinentes, ex Arabica lingua in Hebraïcam à R. *Moſe* filio *Joſuæ* Narbonenſi, converſi.

CCCXXXII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Huralti Boiſtallerii. Ibi continentur,

1.° *Averrois* in Ariſtotelis Topica commentarii, ex Arabica lingua in Hebraïcam à R. *Calonymo Calonymi* filio converſi.

2.° Iidem commentarii in Topica, interprete *Calonymo.*

3.° Ejuſdem commentarii in Sophiſticos elenchos Ariſtotelis, è *Calonymi* interpretatione.

4.° Ariſtotelis Rhetoricorum libri tres, una cum *Averrois* commentariis, Hebraïcè à *Theodoro* ſive *Theodorida* converſi.

5.° Ejuſdem Poëtica in epitomen contracta, *Theodoro* interprete.

Ad codicis calcem annotatum reperies *Theodorum* huic operi manum admoviſſe anno 97. menſe tertio, id eſt, anno Hebræorum 5097. Chriſti 1337. illudque in vico quodam ad Rhodanum Arelati vicino.

CCCXXXIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Averrois* Logicæ compendium, ex Arabica lingua in Hebraïcam converſum à R. *Jacob* filio *Meir,* à quo, ut ait ipſe, huic operi manus ultima impoſita eſt menſe Caſlen anno 290. Chriſti 1153. unde nullo negotio interpretis illius ætas colligitur. Initio pauca quædam deſiderantur.

CCCXXXIV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi Logicæ compendium, è ſcriptoribus latinis excerptum.

2.° R. Aben *Tybbon* tractatus de rebus phyſicis & metaphyſicis, cujus mentio ſupra.

3.° Anonymi Phyſicorum Ariſtotelis compendium.

4.° Libri qui inſcribitur Porta cæli pars prima, ubi de elementis, exhalationibus, tonitru, fulgure, ſplendore cæli & ſtellarum, fluviis, mari, ventis, arcu cæleſti & terræ motu. Auctor R. *Gerſon Salomonis* filius.

5.° *Abu Achmed Algazali* liber de ſententiis philoſophorum, ſive deſtructiones illorum quæ philoſophi de mundi æternitate ſenſerunt, tum in arte diſſerendi, tum in explicatione naturæ, tum in quæſtionibus de Deo. In hoc noſtro codice primam tantum partem attigit, ex Arabica lingua in Hebraïcam converſam. Is eſt *Achmed* adverſus quem *Averroes* ſcripſit deſtructionem deſtructionum.

CCCXXXV.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Logicæ compendium, ex Arabica lingua in Hebraïcam converſum à R. *Moſe* Aben *Tybbon.* Initio multa deſiderantur.

2.° Porphyrii Iſagoge, è Græca lingua ab *Averroe* in Arabicam, & ex Arabica in Hebraïcam ab anonymo converſa.

3.° Ariſtotelis, de interpretatione & categoriis, ab *Averroe* è Græca lingua in Arabicam, & ex Arabica in Hebraïcam ab anonymo converſus liber.

4.° Aben *Raſſad* ſeu *Roſchd*, id eſt, *Averrois* commentarii in Ariſtotelis Sophiſticos elenchos, à *Theodoro* in Hebraïcam linguam converſi. Quis ille *Theodorus* & quo tempore floruerit, mihi non eſt exploratum.

5.° Ejuſdem commentarii in Ariſtotelis Topica, à *Theodoro* converſi.

6.° Ejuſdem commentarii in Ariſtotelis Rhetoricam & Poëticam, *Theodoro* interprete.

7.° *Abunaſar Alfarabi* tractatus de ſophiſmatibus, ex Arabica lingua in Hebraïcam

conversus à R. *Jacob* filio *Abbæ Mori.*

CCCXXXVI.

Codex chartaceus, olim Mauritii Tellerii Remensis Archiepiscopi, ubi continentur:

1.° *Averrois* commentarius in Aristotelis Categorias, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversus à R. *Mose* filio *Tybbon.*

2.° Ejusdem commentarius in Aristotelis librum de interpretatione, à R. *Mose* conversus.

3.° Ejusdem commentarius in Analytica priora, è *Mosis* interpretatione.

4.° *Abu Achmed* de variis philosophorum circa providentiam opinionibus tractatus, cum R. *Mosis* commentariis.

CCCXXXVII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Porphyrii Isagoge, ex Arabico sermone in Hebraïcum conversa.

2.° Aristotelis Analytica priora, cum *Averrois* commentariis, à R. *Jacob* filio *Schem Tob* ex Arabico sermone in Hebraïcum conversa.

CCCXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continentur:

1.° Porphyrii Isagoge. Interpretis nomen ignoratur.

2.° Aristotelis de propositione & de interpretatione tractatus, una cum *Averrois* commentariis. Opus ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo conversum.

CCCXXXIX.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. opera Vanslebii illatus, quo continentur anonymi Quæstiones variæ in Isagogen Porphyrii de quinque vocibus, sive prædicabilibus.

CCCXL.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, ubi continentur:

1.° *Averrois* commentarius in Isagogen Porphyrii de quinque vocibus, sive prædicabilibus, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversus.

2.° Ejusdem commentarius in Aristotelis Categorias. Interpretis Judæi nomen ignoratur.

CCCXLI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur anonymi in Aristotelis Ethica ad Nicomachum commentarii.

CCCXLII.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. illatus, quo continetur commentarius in Aristotelis Ethica, è prælectionibus R. *Baruch* à quodam illius discipulo Beneventi anno 1485. excerptus.

CCCXLIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Jacob* filii *Danielis* tractatus metaphysicus de animæ operationibus, de causa prima, & aliis id genus quæstionibus.

2.° R. *Mosis Maimonidæ* disputatio de futura mortuorum resurrectione.

3.° R. *Schemariah* de Nigro ponte commentarius in Canticum canticorum. Auctor in præfatione de rebus gestis Salomonis ipsiusque virtutibus & vitiis fuse differit, & iis librorum sacrorum locis quæ ejus famam lædere videntur, quantum in se est, occurrit. Ad commentarium quod attinet, à Salomone de animo à corpore separato verba fieri contendit.

4.° *Ithiel Haariri* liber cujus titulus oblatio Judæ. Opus poëticum, in quo auctor contendit mala omnia à muliere ortum habere. Poëma illud ab *Ithiele* sæculo decimo scriptum, ex Arabica lingua in Hebraïcam anonymus quidam convertit.

5.° Anonymi poëma inscriptum Scutella argenti.

6.° R. *Abraham* filii *Peritsob* opus cujus titulus Orchot olam, id est, viæ mundi, tractatus geographicus in Anglia editus.

7.° R. *David* filii *Gaoni* R. *Judæ* qui cognominatur *Messire Lion*, ad R. *Jacob* filium R. *Davidis* provincialis epistola, in qua quærit, quid prisci Judæorum sapientes de studio Philosophiæ, Astrologiæ, & Medicinæ senserint. Huic epistolæ subjecta responsio, quam auctor Neapoli scriptam testatur.

CCCXLIV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Abu Achmed Algazali* liber de Philosophorum sententiis, una cum *Mosis* Narbonensis commentariis.

CCCXLV.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676.

opera Vanslebii illatus. Ibi continentur,

1.° *Abu Achmed Algazali* destructio Philosophorum.

2.° *Averrois* ad priorem tractatum responsio, inscripta destructio destructionum.

Utrumque opus ex Arabica lingua in Hebraïcam conversum est.

CCCXLVI.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Abu Achmed Algazali* liber de sententiis Philosophorum.

CCCXLVII.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. Vanslebii opera illatus. Ibi continetur R. *Mosis* filii *Josuæ* Narbonensis, commentarius in *Abu Achmed Algazali* tractatum, qui de Philosophorum opinionibus inscribitur.

CCCXLVIII.

Codex chartaceus, ubi continentur:

1.° Commentarius in opus quoddam philosophicum de Deo, creaturis, motu & religione, ab *Abu Achmed Zeineddino Algazel* nuncupato; commentarii vero auctor is ipse dicitur, qui primus huncce *Algazelis* tractatum ex Arabica lingua in Hebraïcam convertit.

2.° R. *Isaac* Ben *Schem Tob* in eumdem tractatum commentarius. Ibi veterum Philosophorum, Platonis, Aristotelis, Hippocratis & Galeni placita ad examen revocantur; quin & *Algazel* ipse modo defenditur, modo refellitur.

CCCXLIX.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1°. R. Aben *Tybbon* de rebus physicis & metaphysicis disputatio, edita.

2.° Aristotelis liber de meteoris, ex Arabica lingua in Hebraïcam à R. Aben *Tybbon* conversus.

3.° Tractatus de chirurgia, auctore quodam *Reniero* Medico.

4.° Anonymi excerpta de chirurgia è variorum auctorum scriptis.

5.° Anonymi de emplastris, unctionibus & remediis quibusdam tractatus.

CCCL.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur *Averrois* in Aristotelis octo Physicorum libros commentarii, ut & in tractatus de cælo & mundo, de ortu & interitu, & de anima: ex Arabica lingua in Hebraïcam convertit R. *Moses Tybbon*. Nonnulla desiderantur.

CCCLI.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° *Averrois* commentarii in Aristotelis libros de cælo & mundo, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversi.

2.° Ejusdem commentarii in Aristotelis libros de partibus animalium, Hebraïcè redditi.

Is codex exeunte sæculo XIII. exaratus est.

CCCLII.

Codex chartaceus, quo continentur R. *Schem Tob* filii *Joseph*, disputationes physicæ de anima & mundo, è variis Philosophorum scriptis collectæ.

CCCLIII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur R. *Gerson* filii *Salomonis* liber cujus titulus Porta cæli, tractatus physicus. Auctor fatetur in prologo nihil ibi repertum iri, quod ex aliorum fontibus non derivarit. In eo codice operis pars maxima desideratur.

CCCLIV.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi epistola de animantibus. Auctor Arabs Philosophus Mahumetanæ sectæ addictus, à quo sub epistolæ finem Moyses, Christus & Mahumedes summis laudibus efferuntur. Opus ab anonymo ex Arabica lingua in Hebraïcam conversum.

CCCLV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi tractatus, ubi de multis & variis aquarum generibus, de aëre ejusque affectibus, de vinis tum naturalibus, tum compositis, de diversis panum generibus, illorumque natura & salubritate.

CCCLVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continentur:

1.° Anonymi explicatio physica septem primorum Geneseos capitum. Auctor confutandas sibi proponit Philosophorum

illorum ſententias, qui mundum æternum eſſe ſtatuerunt.

2.° *Averrois* diſputationes tres de poſſibili & de mundi æternitate, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo quodam converſæ.

3.° Ejuſdem commentarii in Ariſtotelis Metaphyſica, in Hebraïcam linguam à *Calonymo* filio *Calonymi* converſi.

4.° *Abunaſar Alfarabi* de quadam Ariſtotelis ſententia in Metaphyſicis diſputatio, in Hebraïcam linguam ab anonymo converſa.

PHILOSOPHI.

In-octavo.

CCCLVII.

Codex membranaceus, olim Philberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus de Logica.

2.° Anonymi tractatus de Rhetorica.

MEDICI.

In-folio.

CCCLVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, initio & fine mutilus, ubi continentur:

1.° Hippocratis Aphoriſmi, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo converſi.

2.° Anonymi è Galeni & nonnullis Medicorum Chriſtianorum ſcriptis excerpta.

CCCLIX.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur Hippocratis Aphoriſmi cum Galeni commentariis: in Arabicam linguam convertit *Honain Iſaaci* filius, magni nominis Medicus Chriſtianus, qui in aula Califarum Bagdadenſium floruit ſæculo nono; Hebraïcè autem interpretatus eſt *Nathan* Hamathæus, Arabs Medicus.

CCCLX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continentur Hippocratis Aphoriſmi cum Galeni commentariis, ex Arabica in Hebraïcam linguam converſi, interprete *Nathan* Hamathæo.

CCCLXI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur Hippocratis Aphoriſmi, interprete *Nathan* Hamathæo.

CCCLXII.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, ubi continentur Hippocratis Aphoriſmi cum Galeni commentariis, ab *Honain Iſaaci* filio, è Græca lingua in Arabicam, & ex Arabica in Hebraïcam à *Nathan* Hamathæo converſi. Ad marginem legitur Aphoriſmorum interpretatio Latina.

CCCLXIII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur Galeni commentarii in Hippocratis Aphoriſmos. Interpretis nomen in noſtro hoc codice deſideratur.

CCCLXIV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur obſervationes medicæ anonymi cujuſdam è variis Galeni operibus collectæ.

CCCLXV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi de medendi arte opus ex Galeni doctrina expreſſum.

CCCLXVI.

Codex chartaceus, in Bibliothecam Colbertinam Vanſlebii opera illatus, ubi continentur anonymi de medicina tractatus è Græcorum, Syrorum, & Arabum ſcriptis collecti, Arabicaque lingua conſcripti, verum charactere Hebraïco.

CCCLXVII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Colbertinus, ubi continetur R. *Moſis Maimonidæ* compendium medicinæ in capitula, ſive Aphoriſmos diviſum.

CCCLXVIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, Conſtantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. opera Vanſlebii illatus, quo continentur:

1.° *Avicennæ* compendium medicinæ, una cum anonymi commentariis, & ejuſdem interpretatione.

2.° *Averrois* tractatus de anima, ex Arabica lingua in Hebraïcam converſus ab anonymo.

CCCLXIX.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper

in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur *Avicennæ* Canones medicinales, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversi. Interpretationis autem illius auctor ignoratur. Judæi enim complures in convertendo Avicenna operam posuerunt.

CCCLXX.

Codex chartaceus, elegantissimè scriptus, quo continetur *Avicennæ* Canon medicinæ, Hebraïcè ex Arabico conversus.

CCCLXXI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Avicennæ* Canonis liber primus.

CCCLXXII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continetur *Avicennæ* Canonis liber secundus.

CCCLXXIII.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Avicennæ* Canonis liber primus.

CCCLXXIV.

Codex membranaceus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur operum *Avicennæ* pars altera, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo conversa.

CCCLXXV.

Codex membranaceus, ubi continetur *Avicennæ* Canonis pars secunda, interprete *Zacharia* Ben *Isaac* Hispano. Initio præmittitur Lexicon simplicium, ad calcem vero subjicitur tractatus de ponderibus & mensuris, è libro *Alsachar*.

CCCLXXVI.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur Canonis *Avicennæ* pars prior, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo conversa.

Edita est totius Canonis interpretatio Hebraïca quatuor voluminibus anno 1492.

CCCLXXVII.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, ubi continetur *Avicennæ* Canonis medicinæ pars prior. Nomen interpretis Hebraïci non comparet.

CCCLXXVIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1°. *Avicennæ* tractatus de febribus, de venenis & illorum antidotis, de morsibus animantium venenatorum & remediis quibus ejusmodi morbis occurritur; item de pulchritudine corporis.

2.° Ejusdem tractatus de medicamentis simplicibus, ubi exponuntur eorum ratio, utilitas & nomina Hebraïca, quæ deinde Arabicè convertuntur ordine alphabetico in modum Lexici.

CCCLXXIX.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, ubi continentur:

1.° *Joannis Mesue* tractatus duo, quorum prior de re medica, alter de remediis simplicibus & compositis, uterque ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo conversus.

2.° *Avicennæ* Canonis medicinæ pars, Arabicè, verum characteribus Hebraïcis.

CCCLXXX.

Codex membranaceus, ubi continentur:

1.° *Joannis Mesue* opus medicum in tres libros divisum.

2.° *Avicennæ* artis medicæ compendium.

CCCLXXXI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continentur:

1.° *Joannis Mesue* tractatus de aromatum variis generibus, de quibusdam potionibus & emplastris, de multis catapotionum generibus, de unctionibus & oleis. Opus primum Arabicè conscriptum, deinde à Judæo quodam in Hebraïcam linguam conversum.

2.° Anonymi tractatus de aromatibus, herbis, floribus, seminibus & radicibus, quibus medici uti solent.

3.° Liber de febribus, Latinè primum ab *Antonio* quodam nomine *Panino* conscriptus, in Hebraïcam postea linguam à R. *Salomone Mosis* filio conversus.

4.° Anonymi ad artem medicam Isagoge, in dialogi modum.

5.° R. *Abrahami* Aben *Esræ* experimenta quædam medica.

CCCLXXXII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Alfarabi* opus inscriptum Sepher

haſchimuſch, id eſt, liber uſus, ſive Praxis, Arabicè primum ſcriptus, in Hebraïcam deinde linguam converſus opera R. *Schem Tob Iſaaci* filii. Reperias initio diſputationes duas, quarum prior de ſyderum figura & ordine, altera de illorum vi in humana corpora, & in remedia ægrotis idonea.

CCCLXXXIII.

Codex chartaceus, ubi continetur tractatus de medicina, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo converſus. Auctor *Zahrauri* magni nominis apud Arabas Medicus.

CCCLXXXIV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, quo continetur anonymi opus medicum, ubi de omni morborum genere, & illorum remediis quæ vel ex herbis vel ex animantibus peti poſſunt. In eo codice nonnulla deſiderantur.

CCCLXXXV.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi opus medicum, in quo de univerſa Judæorum medicina.

CCCLXXXVI.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. illatus, ubi continentur *Iſaaci* Iſraëlitæ opera ad artem medicam pertinentia.

CCCLXXXVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continetur opus de medicina in ſeptem partes diviſum, quarum prima de partium corporis humani figura. Secunda, de ſingulorum membrorum ratione. Tertia, de cauſis morborum. Quarta, de illorum ſignis & indiciis. Quinta, de cibis & cataplaſmatis. Sexta, de rebus nonnullis conſervandæ valetudini idoneis. Septima, de morborum ſingulorum remediis.

CCCLXXXVIII.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. opera Vanſlebii illatus, quo continetur *Muſallam* filii *Ronna Alzarabi* tractatus de morborum curatione, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo converſus.

CCCLXXXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, ubi continentur:

1.° Anonymi tractatus de variorum morborum remediis, ordine alphabetico diſpoſitus.

2.° *Joannis Meſue* de medicamentis ſimplicibus & compoſitis libri duo, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo converſi.

3.° Opus quod inſcribitur Karabadin, id eſt, tractatus omnia medicamentorum antidotorumque genera complectens. Quod ſi auctori fides, omnia ibi reperias quæ in medicorum Græcorum, Syrorum & Arabum ſcriptis occurrunt.

4.° Tractatus de febrium curatione, auctore Meſſer *Antonio* de Papia, quem in braïcam linguam convertit *Salomon* filius *Moſis Schalom* Hiſpani.

CCCXC.

Codex membranaceus, ubi continentur:

1.° *Bernhardi de Gordo* lilium medicinæ; cum autem in lilio ſeptem folia conſpiciantur, ea cauſa auctori fuit operis in ſeptem libros dividendi. Liber primus agit de omni genere febris, de morſu animantium venenatorum & rabidorum. Secundus, de alopecia & variis capitis morbis; de ſomno inſolito; de memoriæ amiſſione; de melancholia; de morbo comitiali; de oris diſtortione. Tertius, de morbis oculorum, aurium, narium, oris, dentium. Quartus, de variis pulmonum affectibus. Quintus, de ſtomachi morbis. Sextus, de morbis jecoris, lienis, renum. Septimus, de morbis partium genitalium. Hocce opus conſcriptum Montiſpeſſuli anno Chriſti 1300.

2.° Anonymi Sepher Ithboulah, ſive liber ſolertiæ, & Sepher gebulim, id eſt, liber terminorum. Ibi diſſeritur de victus ratione in morbis ſervanda, de indole & temperamento, & de morborum ſignis prognoſticis.

CCCXCI.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Lilium medicinæ auctore *Meir Joſeph* Anconitano, qui vulgo *Raſiel.* Ait ſcriptum à ſe hunc librum anno Chriſti 1436.

2.° *Iſaaci* Medici filii *Salomonis* Iſraëlitæ, liber de urinis.

CCCXCII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. illatus, quo continetur Ebn el Canouſi, alias *Honain* filii *Amram* Hieroſolymitani, de medicamentis ſimplicibus tractatus.

CCCXCIII.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi de purgationibus liber in partes LXXXV. divisus, quas enumerare nimis longum foret & fortasse supervacaneum. Præmittitur præfatio, quæ ostendit plura ab auctore promissa quam præstiterit.

2.° Tractatus de hæmorrhoïdibus, in septem partes divisus.

3.° *Salomonis Josephi* filii de eodem argumento dissertatio.

4.° R. *Mosis Maimonidæ* de sanitatis regimine ad Sultanum Babyloniæ, tractatus editus Lugduni anno 1535.

5.° Ejusdem tractatus illius principis rogatu conscriptus. Ibi nonnulla remedia tuendæ valetudini idonea.

6.° Anonymi disputatio de mulierum parturientium doloribus, & remediis quibus levari possint.

7.° Antiquissimorum Philosophorum præclarè dicta, è Græco Hebraïcè conversa, opera *Hananiæ* filii *Isaaci* Israëlitæ.

8.° R. *Jacob* filii *Judæ* regimen vitæ, quod septem lineis absolvitur, licet auctor multa polliceatur, quæ ibi frustra requiras.

9.° Sequitur sphærula cujus ope, adhibita arte numerandi literas è quibus constant ægrotantium nomina, deprehenditur victurine sint an morituri.

10.° De Chiromantia pagina una.

11°. *Eli* filii *Retsan* commentarii in Parvam Artem Galeni. Nonnulla sub finem desiderantur.

12.° Anonymi de Astrologia judiciaria tractatus, initio & fine mutilus.

CCCXCIV.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur tractatus anatomicus & chirurgicus, quo de totius corporis humani fabrica, & vulnerum curandorum ratione disseritur. Auctoris nomen latet, ait tamen operis initio se Philippi Valesii temporibus ad scribendum animum appulisse, illudque Parisiis.

MEDICI.

In-quarto.

CCCXCV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur Hippocratis Aphorismi cum Galeni commentariis. Utrumque opus è Græca lingua in Hebraïcam convertit *Honain* filius *Isaac*; at interpretis Judæi nomen ignoratur. Nonnulla in eo codice sub finem desunt.

CCCXCVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur Hippocratis Aphorismi cum Galeni commentariis. Anonymus ex Arabica lingua in Hebraïcam convertit.

CCCXCVII.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Anonymi quæstiones & responsiones in Hippocratis Aphorismos, Arabicè, charactere Hebraïco.

2.° *Joannis Versoris* Ethicæ compendium ad S. Thomæ mentem, Hebraïcè conversum.

3.° R. *Mosis* filii *Nachman* tractatus cujus titulus Portæ justitiæ, ubi de matrimonio pudicè servando disseritur.

4.° Explicatio vocabulorum ad Logicam pertinentium, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversa à R. *Josepho* filio *Josue* Messanensi.

5.° Ibn *Bochan* lapis Lydius

6.° Anonymi tractatus cujus titulus, Examen mundi.

CCCXCVIII.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. Vanslebii opera illatus. Ibi continetur Galeni Ars parva, adjunctis *Ali* Ibn *Rizuan* commentariis, quos ex Arabica lingua in Hebraïcam convertit R. *Juda* filius *Samuelis*.

CCCXCIX.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur *Ali* Ib *Rodouan* in loca difficiliora Artis parvæ Galeni commentarii, quos Arabicè scriptos in Hebraïcam linguam anonymus quidam convertit.

CCCC.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continetur medicinæ compendium, auctore R. *Juda* filio *Abraham* Toletano: opus lingua Arabica, sed characteribus Hebraïcis scriptum.

CCCCI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continentur:

1°. Anonymi introductio ad ea quæ Galenus de Medicina scripsit.

2.° Hippocratis Aphorismi, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo conversi.

3.° Anonymi tractatus de cohibendo sanguinis fluxu, quo mulieres interdum vexantur.

4.° Anonymi tractatus brevis de arte disserendi.

CCCCII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, quo continetur *Mosis* Ibn *Obeid* Cordubensis Medicinæ compendium, Arabicè, charactere Hebraïco.

CCCCIII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° *Honain Isaac* filii introductio ad Medicinam, Arabicè primum in modum dialogi scripta, ab anonymo postea Hebraïcè conversa.

2.° Tractatus de pulsuum ratione, cujus auctor *Pitratus* appellatur.

CCCCIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus, ubi varia experimenta, arcana & præcepta ad promovendam artem medicam idonea.

2.° Anonymi tractatus de febribus.

3.° Anonymi tractatus de Chiromantia.

4.° R. *Mosis Maimonidæ* capita octo de moribus instituendis.

5.° Pars libri Cosri.

CCCCV.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. Vanslebii opera illatus, quo continetur *Avicennæ* Medicinæ compendium, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversum à R. *Jacobo Casanton.*

CCCCVI.

Codex membranaceus, ubi continetur *Avicennæ* Canonis medicinæ liber primus, interprete R. *Joseph* filio *Josuæ Lurki.*

CCCCVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur excerpta è primo & secundo *Avicennæ* Canone.

CCCCVIII.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, quo continentur *Joannis Mesue* de Medicina libri duo, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversi.

CCCCIX.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur tractatus ad artem medicam pertinens, isque ex optimorum auctorum scriptis collectus : dividitur in partes tres, quarum prima agit de remediis simplicibus ad laxandam alvum idoneis. Secunda, de variorum morborum remediis. Tertia, de illis quæ ad cujusque membri morbos adhibenda sunt. Auctor hujusce operis vocatur *Joannes Maschki* filius *Massei.*

CCCCX.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus Orah chaiim, id est, semita vitæ : opus in quo de variis morborum generibus disseritur.

CCCCXI.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, quo continetur R. *Mosis Maimonidæ* de morborum causis & illorum curatione tractatus, Arabicè, charactere Hebraïco.

CCCCXII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continentur *Mosis Maimonidæ* epistolæ duæ de rebus ad artem medicam pertinentibus, Arabicè, verum charactere Hebraïco.

CCCCXIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continentur:

1.° R. *Mosis Maimonidæ* de curando asthmate tractatus, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversus.

2.° Ejusdem de diæta epistola ad virum quemdam principem, à quo fuerat ea de re interrogatus, anonymo interprete.

3.° Anonymi introductio ad Medicinam, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversa.

CCCCXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur tractatus multa ad varios morbos & dolores remedia complectens. Auctoris nomen divinare non ita facile, hujusce enim codicis initium & finis desiderantur.

CCCCXV.

CCCCXV.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. Vanslebii opera illatus, quo continetur anonymi tractatus ad medicinam pertinens, ubi ea potissimum remedia in medium afferuntur, quæ è rebus naturalibus peti possunt.

CCCCXVI.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, ubi continetur *Abu Walid* filii *Athagin* de medicina tractatus: Arabica lingua ab auctore scriptum, in Hebraïcam postea conversum esse verisimile est, sed interpretis nomen ignoratur.

CCCCXVII.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, ubi continetur *Abu Mursched* tractatus de medicina. Hujusce auctoris nomen parum mihi compertum.

CCCCXVIII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, quo continetur *Abubeker Muhamed* filii *Zechariæ*, tractatus de medicina, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo conversus. Floruit sæculo undecimo.

CCCCXIX.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur tractatus ad artem medicam pertinens, initio & fine mutilus; incipit enim à cap. xx. ubi de herbis, unguentis & pilulis quibus curantur & confirmantur dentes, vel etiam avelluntur nullo adhibito ferro: desinit in xxvi. quo enumerantur cibi & potiones ad curandos ægros idoneæ. Illud opus cujus auctor ignoratur, ex Arabica lingua in Hebraïcam à R. *Schem Tob Isaac* filio conversum est.

CCCCXX.

Codex membranaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. illatus, quo continetur de arte medica tractatus, cujus auctor fertur *Pictioncelli* quidam: ex Italica lingua in Hebraïcam convertit R. *Menachem*, alias ignotus.

CCCCXXI.

Codex membranaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, ubi continentur:

1.° *Abu Mervan* filii *Walid* liber secretorum artis medicæ, sive tractatus de morborum signis, & illorum curatione, Arabicè, charactere Hebraïco.

2.° *Avicennæ* libri quarti tractatus septimus, Arabicè, charactere Hebraïco.

CCCCXXII.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus. Ibi continentur:

1.° Anonymi, de variis medicamentorum compositorum generibus, ubi auctor Græcorum Arabumque medicorum doctrinam sequi se profitetur.

2.° Magistri *Petri* de Tusignano tractatus, ubi in morbi epidemici naturam inquirit, ab auctore Latinè scriptus: quis vero Hebraïcè interpretatus sit, parum compertum.

3.° Anonymi tractatus de morbis capitis, ex *Alzarabi* medici Arabis scriptis potissimum collectus.

CCCCXXIII.

Codex membranaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, quo continetur R. *Isaac* Israëlitæ filii *Salomonis* tractatus de febribus.

CCCCXXIV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Isaac* Israëlitæ liber de inspectione urinæ & judiciis inde faciendis, qui lucem publicam vidit Lugduni anno 1516.

2.° Anonymi, forte ejusdem *Isaac*, tractatus de perficienda natura & constitutione humana. In hocce opere illa præcipuè pertractantur, quæ ad conservandam valetudinem, & curandos morbos conducere possunt.

3.° Anonymi tractatus de medicina, versibus conscriptus ad instar scholæ Salernitanæ.

4.° Anonymi de universa medicina disputationes.

CCCCXXV.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur tractatus de ulceribus & inflammationibus, auctore R. *Isaac* filio *Salomonis*, qui anno Christi 94. diem supremum obiit. Illud autem opus ex Arabica lingua in Hebraïcam conversum est, ut constat ex ea formula, quæ ad nonnullarum sectionum calcem occurrit, *In nomine Dei miseratoris*, &c.

CCCCXXVI.

Codex membranaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. illatus, quo continetur R. *Isaaci* filii *Salomonis* tractatus de urinis, editus.

CCCCXXVII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Eben Malchi* tractatus de medicamentis simplicibus.

CCCCXXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi tractatus, ubi de vulneribus & ulceribus sanandis præcipuè disputatur. Ait auctor illa omnia quæ à se dicuntur, se accepta referre doctissimis, qui Lutetiæ, cum huc venit, degebant, medicis, præsertim vero Joanni de Passnano, vel Phasuano. Addit præterea huic operi manum ultimam impositam esse anno 1295.

CCCCXXIX.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, pessimè scriptus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus de variis unctionibus & emplastris.

2.° Magistri *Rogerii* fabrica mundi, opus medicum in Hebraïcam linguam conversum, verum interpretis nomen minimè compertum est.

CCCCXXX.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur anonymi tractatus de chirurgia, & delineatio instrumentorum quæ ad eam exercendam necessaria sunt.

CCCCXXXI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continentur varia remedia, ut & amuleta ad curandos morbos adhibenda. In hocce codice non pauca reperias de eodem argumento lingua Italica & Hispanica scripta.

MEDICI.

In-octavo.

CCCCXXXII.

Codex membranaceus, quo continetur liber inscriptus Iggheret bahale haiim, sive opusculum de animalibus, è majori opere Ahivan el Sepha, id est, fratrum sinceriorum excerptum, & ex Arabica lingua in Hebraïcam à R. *Calonymo Calonymi* filio conversum.

MATHEMATICI.

In-folio.

CCCCXXXIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continentur Euclidis elementorum libri quindecim, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversi à R. *Mose* filio R. *Samuelis* Aben *Tybbon* anno Christi 1270.

CCCCXXXIV.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur Euclidis elementa, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo conversa.

CCCCXXXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1°. Euclidis arithmeticæ compendium, ex Arabica lingua in Hebraïcam à R. *Obadia* filio *Jacob Sphorno* Bononiensi, conversum.

2.° R. *Obadiæ* Or ammim, id est, lux populorum, ubi de rebus ad theologiam pertinentibus. Floruit *Obadias* sæculo decimo quarto.

CCCCXXXVI.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. illatus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus de arithmetica.

2.° Anonymi tractatus de astrolabio.

CCCCXXXVII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Unius è *Mosis Maimonidæ* discipulis ad illum epistola, in qua variæ quæstiones ad geometriam spectantes, nempe de temporis divisione, puncto, linea, &c. una cum *Mosis* ad interrogata responso.

2.° *Josephi* filii *Judæ* Logicæ compendium. Ait auctor sibi propositum Hippocratis methodum & genus orationis imitari.

3.° Anonymi commentarius in difficiliora quædam More nevochim loca, nempe in caput LVII. partis primæ, in caput XXX. partis secundæ, & in septem capita priora partis tertiæ, auctore *Elia Eliezeris* filio.

4.° Geometrica quædam ubi de angulis, ex Aben *Esræ* libris.

5.° R. *Josephi* disputationes philosophicæ & geometricæ, quibus Aben *Esræ* hisce

de rebus sententias sibi confutandas proponit.

6.° *Schabtai* explicatio mystica somnii Jacob, in quo scalæ species illi per visum objicitur.

7.° Disputatio de natura subjecti cujusque scientiæ in genere, cujus auctor nuncupatur *Revelans arcana*.

8.° Tria capita ex opere R. *Josephi* de Logica, cujus mentio supra; item anonymi de Logicæ subjecto disputatio.

9.° Officium & preces quæ die Paschatis fieri debent.

10.° Anonymus de sanctitate sabbathi.

CCCCXXXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Ptolemæi magna Syntaxis, vulgo Almagestum, è Græca lingua in Arabicam, & ex Arabica in Hebraïcam ab anonymo quodam conversum.

2.° *Averrois* Astrologica quædam, interprete *Jacobo* filio *Samsonis Antoli*. Vixit *Jacobus* sæculo decimo tertio.

CCCCXXXIX.

Codex membranaceus, olim Augusti Thuani, postea Colbertinus, quo continetur Ptolemæi Almagestum, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversum à Rabb. *Jacobo* filio R. *Abrahami* filii *Samson Antoli*.

CCCCXL.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, ubi continetur Ptolemæi Almagestum, Arabicè, verum characteribus Hebraïcis scriptum.

CCCCXLI.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur R. *Isaaci* Israëlitæ Jesod olam, id est, fundamentum mundi, in quinque partes divisum, quarum prima, de astrologia & geometria, quatenus disciplinarum istarum cognitio ad fastos & intercalandi rationem requiritur. Secunda, de figura, forma & dispositione totius mundi, de orbium cælestium numero, situ, revolutione, & varietate dierum, noctium & horarum, secundum regionum diversitatem. Tertia, de sphæra solis & lunæ, de quatuor anni cardinibus, & de noviluniis. Quarta, de intercalatione & de temporis dimetiendi ratione à priscis Judæis usurpata, ubi nonnulla exponuntur Talmudis loca quæ difficiliora videri possunt. Quinta, explicatio tabularum ad calendarium perpetuum spectantium, juxta rationes R. *Addæ* & Rab. *Samuelis*. Ibi fit enumeratio Rabbinorum, quorum ope traditio propagata est à Mose ad postrema usque tempora. Sequitur calendarium secundum annos Judæorum, Arabum, & Christianorum complectens.

CCCCXLII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur R. *Abraham* Ben *Haiiæ* Hispani, tractatus de sphæra, Hebraïcè & Latinè Basileæ editus.

CCCCXLIII.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, ubi continetur anonymi tractatus de anni Judaïci intercalatione, noviluniis, aliisque rebus ad idem argumentum pertinentibus. Hujusce operis liber quintus totus versatur in exponendis tabulis astronomicis quæ ad codicis calcem reperiuntur:

CCCCXLIV.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, quo continentur:

1.° R. *Immanuelis* filii *Jacobi* tabulæ astronomicæ, una cum introductione ad astronomiam.

2.° *Abu Achmed Algazali* de philosophorum opinionibus libellus, sive Logices & Metaphysices, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversus, una cum commentariis R. *Mosis* Narbonensis.

CCCCXLV.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Immanuelis* filii *Jacobi* methodus inveniendi momentum ipsum quo luna nascitur, solis & lunæ defectiones, una cum sex tabulis quas alas aquilæ auctor appellavit. Hinc *Immanuel* passim in hocce opere alarum auctorem sese nuncupat.

2.° R. *Mosis Isaïæ* filii commentarii in *Immanuelem*.

3.° R. *Nachson* periodus.

CCCCXLVI.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi de hominum nativitate, & stellarum in homines potestate tractatus.

CCCCXLVII.

Codex chartaceus, Constantinopoli in

Bibliothecam Colbertinam anno 1676. Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° R. *Mosis Maimonidæ* tractatus de anni intercalatione.

2.° Anonymi geometriæ practicæ compendium.

3.° Excerpta nonnulla, ubi de rebus astronomicis disputatur.

MATHEMATICI.

In-quarto.

CCCCXLVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi introductio arithmetica, ubi varia problemata ad illam disciplinam pertinentia solvuntur.

CCCCXLIX.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Abraham* Aben *Esræ* tractatus de arithmetica & geometria.

2.° Ejusdem tractatus cujus titulus, liber de nomine.

3.° *Avicennæ* liber de cælo & mundo. Scopus auctoris est ostendere, 1.° Materiam è qua constant cælestia corpora, alia quavis materia esse multo perfectiorem. 2.° Eadem cælestia corpora esse simplicia, & ab elementorum natura omnino discrepare. 3.° Nullum cælestibus corporibus inesse animum. 4.° Illa nec oriri, nec interire. 5.° Certis quibusdam finibus circumscribi. 6.° Unum omnino mundum à Deo conditum esse. 7.° Conversionem cæli ab oriente ad occidentem à nulla re corporea esse repetendam. 8.° Cæli figuram esse rotundam. 9.° Mundi figuram quoque rotundam. 10°. neque aliam esse terræ formam. 11.° Motum cæli esse ubique æqualem. 12.° Plures esse cælos. 13.° Aërem non calefieri cæli motu, sed syderum radiis. 14°. Cælum moveri in orbem, non autem sydera. Opus ex Arabica lingua in Hebraïcam anonymus convertit.

4.° De theologia longa disputatio, ex libro cujus titulus additamentum gratiæ, exscripta.

5.° R. *Immanuelis* filii *Jacob* tractatus de conficiendi astrolabii ratione.

6.°. Anonymi opus de memoria arte comparanda.

CCCCL.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi tractatus de arithmetica.

2.° R. *Joseph* filii *Isaac* compendium tractatus inscripti Jesod olam, id est, fundamentum mundi, non illius quidem integri, sed eorum duntaxat quæ ad syderum motus pertinent. In hocce compendio quod auctor in XII. capita tribuit, differitur, 1°. De mundi fabrica, & de illius partibus quæ incolas habent. 2.° De stellarum motu & ordine. 3.° De perpetua varietate ortus & interitus syderum. 4.° De noctium & dierum discrimine, & anni cardinibus. 5.° De dierum in locis habitatis differentia. 6.° De lunæ singulis mensibus ortu. 7.° De lucis lunaris momentis. 8.° De causa defectionis lunaris. 9.° De causis defectionis solis. 10.° De variis rationibus quibus fixi sunt cardines. 11°. De intercalationis quibusdam annis causa. 12°. De tabularum explicatione quæ in hocce compendio occurrunt, & quomodo illis sit utendum. Tabulæ desunt, quæ cum in fundamento occurrant, illinc repeti possunt.

3.° Præfatio libri cujus titulus Doctor discipulorum. Tractatus ipse desideratur.

4.° R. *Samson*, opus ubi differitur de methodo quam in interpretando & argumentando Talmudistæ secuti sunt, de successione doctorum & discipulorum, de auctoribus quorum sententiam in aliis rebus amplecti, in aliis deserere oporteat.

CCCCLI.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. Vanslebii opera illatus. Ibi continetur Almagestum Ptolemæi, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo conversum.

CCCCLII.

Codex chartaceus, ubi continentur:

1.° *Alfragani* elementa astronomica, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo conversa.

2.° *Avicennæ* disputationes duæ, in quarum priore Physicorum principia exponuntur, in altera vero illorum qui de natura Dei disputant.

CCCCLIII.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. Vanslebii opera illatus, quo continetur R. *Samuelis* filii *Jacob* introductio ad astronomiam, una cum tabulis.

CCCCLIV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini,

ubi continetur anonymi tractatus de Astronomia: dividitur in duas partes, quarum priore septem planetarum ratio & motus explicantur; in altera, de fixis disputatur, adjunctis amplissimis in partes singulas commentariis.

CCCCLV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continetur anonymi tractatus de Astronomia, tanta incuria scriptus, ut legi vix possit. Is liber Arabem quemdam auctorem habet, verum Hebraïcis characteribus exaratus est.

CCCCLVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Abraham Zacut* tractatus de stellarum motu & ordine, item de anni cardinibus, è variis auctorum Hebræorum scriptis collectus.

CCCCLVII.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Abraham* filii *Hiiæ* Hispani, liber de cognoscendis & subducendis syderum conversionibus.

2.° *Alfragani* elementa astronomica, ex Arabica lingua in Hebraïcam conversa à R. *Jacob* filio Abba *Mori*, opus notissimum.

3.° Anonymi tractatus inscriptus, initium sapientiæ. Auctoris scopus astrologiæ, quam judiciariam vocant, principia exponere.

4.° Tractatus cujus titulus liber rationum, qui totus in explicandis astrologiæ judiciariæ principiis versatur. Hocce opus à multis R. Aben *Esræ* tribuitur.

5.° Anonymi tractatus, qui inscribitur de rebus eligendis. Is quoque ad astrologiam judiciariam pertinet. Ibi multis disputatur de via & ratione, quam quis in rebus eligendis ex syderum præscripto sequi debeat. Si nostro codici fides, Aben *Esra* hujusce operis auctor.

6.° Aben *Esræ* Sepher olam, id est, liber mundi, ubi etiam de astrologia judiciaria.

CCCCLVIII.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. Vanslebii opera illatus. Ibi continetur anonymi de sphæra syderumque motibus tractatus.

CCCCLIX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continetur R. *Isaac* filii *Salomonis* Hispani, tractatus cujus titulus via strata. Ibi complures tabulæ astronomicæ, quarum ope syderum eclipsim, conjunctionem & varios aspectus cognoscere licet. Hocce opus est quoddam quasi compendium Auctoris Alarum.

CCCCLX.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. opera Vanslebii illatus. Ibi continentur:

1.° Explicatio tabularum astronomicarum R. *Jacob Fual.*

2.° Anonymi animadversiones in Almagestum Ptolemæi.

CCCCLXI.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *Abraham* filii *Chiia* Hispani, insignis Astronomi, qui duodecimo sæculo floruisse dicitur, tractatus de forma terræ, Hebraïcè & Latinè, jam pridem editus.

2°. R. *Gerson* filii *Salomonis* liber cujus titulus Porta cæli, de quo antea.

CCCCLXII.

Codex membranaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. illatus, quo continentur:

1°. *Abul-Hacen Adib* filii *Sahih* tractatus de calendario, ubi cursus solis aliaque ad astronomiam pertinentia explicantur.

2.° Anonymi tractatus de medicamentis simplicibus & compositis, Arabicè & Hebraïcè.

CCCCLXIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continentur:

1.° Anonymi calendarium perpetuum, ad usum Judæorum accommodatum.

2.° Anonymi calendarium aliud, ubi cabbalistica quædam & chiromantica reperiuntur.

CCCCLXIV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi tractatus de astrologia, omnia illius disciplinæ principia complectens.

2.° Galeni tractatus de anima, in Hebraïcam linguam ab anonymo conversus.

3.° Fragmentum tractatus cujusdam de Sphæra.

4.° R. *Abraham* filii *Hiiæ* Hiſpani, tractatus de cognoſcendis & ſubducendis ſyderum converſionibus. Auctor inquirit in varios nationum computos, orbium cæleſtium diviſiones & fractiones.

5.° Anonymi diſputatio de quibuſdam circuli fractionibus, exſcripta partim ex Almageſto, partim ex Euclide.

6.° Anonymi tractatus de cognoſcenda ſolis & lunæ conjunctione.

7.° R. *Abraham* Aben *Eſræ* ſententiæ quædam, ad mores informandos pertinentes.

8.° Ejuſdem explicatio myſtica tabernaculi à Moſe in deſerto extructi.

9.° R. *Joſeph* Aben *Caſpi* opus cujus titulus Orbes argentei, ubi nonnullis difficultatibus quæ in libro Eſther occurrunt, auctor reſpondere conatur.

10.° R. Aben *Eſræ* liber inſcriptus Arca ſapientiæ & hortus ſermonis. Ibi de orationis partibus diſſeritur.

11.° Ejuſdem liber de nomine.

12.° Anonymi explicatio cabbaliſtica punctorum vocalium, de qua ſupra.

13.° Anonymi commentarius in librum Jetſirah.

14.° Anonymi alius tractatus cabbaliſticus.

15.° R. *Benjamin* filii *Judæ* grammaticæ Hebraïcæ rudimenta.

16.° Appendix ad librum R. *Abraham* de aſtronomia.

CCCCLXV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi de aſtrologia judiciaria tractatus. Dividitur in partes decem, ubi auctor illa omnia perſequitur quæ ab commentitiæ illius diſciplinæ ſcriptoribus pertractari ſolent.

2.° Ptolemæi Centiloquium, ex Arabicâ lingua in Hebraïcam ab anonymo converſum.

3.° *Abu Ruceph Elkindi* epiſtola, ubi de aſtrologia judiciaria.

CCCCLXVI.

Codex membranaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Tractatus cujus titulus Kaneſes neſcharim, ſive alæ aquilarum. Opus ad aſtrologiam judiciariam potiſſimum ſpectans, ubi de ſtellarum conjunctione, adjunctis tabulis compluribus. Illius auctor *Immanuel* Ben *Jaaquob.*

2.° R. Ben *Schelomon* Hiſpani, in eaſdem tabulas aſtronomicas & aſtrologicas commentarius.

Is codex dicitur exaratus ad flumen Rhodanum, quo videtur indicari Avenio oppidum.

CCCCLXVII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi tractatus de arte divinandi futura ex aſtrologiæ judiciariæ & geomantiæ præceptis. Initio nonnulla deſiderantur.

CCCCLXVIII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi cujuſdam Arabis de arte divinandi tractatus, in quo multa de ſorte jacienda, notandiſque in terra aut alia re punctis. Is liber Hebraïcis characteribus eſt exaratus.

MATHEMATICI.

In-octavo.

CCCCLXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, eleganter & accuratè ſcriptus, quo continentur Euclidis elementa, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo converſa. Deſideratur liber primus.

CCCCLXX.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus de arithmetica.

2.° Ptolemæi Tetrabiblon de ſyderum affectionibus, ex Arabica lingua in Hebraïcam converſum à R. *Juda* filio *Salomonis* Toletano.

3.° Ejuſdem Centiloquium, adjunctis commentariis *Abu Jafari* filii *Joſephi* filii *Ibrahimi.*

4.° Anonymi fragmentum de ſortibus.

5.° R. *Jacob* filii *Iſaac Alkindi* epiſtola de nativitatibus.

CCCCLXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur R. *Immanuelis* filii *Jacob* liber alarum, ubi de rebus ad aſtronomiam pertinentibus diſputatur. Videtur floruiſſe ſæculo decimo ſexto.

GRAMMATICI.

In-folio.

CCCCLXXII.

Codex membranaceus, elegantissimè scriptus, olim Mazarinæus, ubi continetur Sepher miklol, id est, liber perfectionis, in duas partes divisus; prior, quæ tota in tradendis Hebraïcæ grammaticæ regulis versatur, nostro hoc volumine reperitur, auctore R. *David* Ben *Joseph Kimchi.*

CCCCLXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Maroun* filii *Jaunahi*, vel potius R. *Jonæ* filii *Gannach*, Hebraïcæ linguæ grammatica, Arabicè scripta, verum in Hebraïcam linguam conversa à R. *Juda* Aben *Tybbon.* Hocce opus magno semper in pretio fuit apud Judæos. Videas enim ab iis omnibus fermè laudatum, qui grammaticæ præcepta literis mandarunt.

CCCCLXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, ubi continetur R. *Davidis Kimchi* grammatica Hebraïca, una cum Latina interpretatione.

Ad calcem codicis, hæc leguntur: *Scriptus est liber Miclol hic pro Principe sapienti Eduardo Leo Legato fideli regni Angliæ ad Dominum nostrum Cæsarem Carolum Regem Hispaniæ, & Romæ magnificantem fidem nostram sanctam, & consummatus est die septima duobus diebus mensis Novembris, per manum Alfonsi de Zamora in oppido Alcala de Henares in anno mille & quingentesimo & vigesimo septimo numero salutis nostræ, cum Concilio*, &c.

CCCCLXXV.

Codex membranaceus, olim Huralti Boistallerii, postea Mazarinæus, quo continetur R. *David* filii *Joseph Kimchi* Hebraïca grammatica.

Is codex exaratus est anno Christi 1292.

CCCCLXXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, ubi continetur R. *Davidis Kimchi* grammatica Hebraïca, una cum Latina interpretatione, à priori omnino diversa.

CCCCLXXVII.

Codex chartaceus, olim Augusti Thuani, postea Colbertinus, quo continetur R. *Davidis Kimchi* grammatica Hebraïca.

CCCCLXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur R. *Davidis Kimchi* liber radicum.

CCCCLXXIX. & CCCCLXXX.

Codex chartaceus, duobus constans voluminibus, quo continetur *Eliæ* Levitæ Sepher hazzieronot, id est, liber recordationum, nempe locupletissimum Hebraïcæ linguæ dictionarium, servato radicum ordine, adjunctisque ad explicationes confirmandas librorum sacrorum locis.

Opus Georgio Selvæ Vaurensi episcopo, & Regis Christianissimi apud Venetos legato, inscribitur.

CCCCLXXXI.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur R. *Menachem* filii *Serach* dictionarium, jam pridem editum. Ibi laudatur *Judas* filius *Karisch*, qui simili operi manum admovisse dicitur.

CCCCLXXXII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur lexicon Hebraïcum, auctore *David Kimhi.*

CCCCLXXXIII.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. *David* Ben *Joseph* libri perfectionis pars utraque, sive lexicon Hebraïcum.

2.° Liber inscriptus Keter Schem Tob, id est, corona nominis boni, ubi nomen Dei tetragrammaton explicatur juxta doctrinam R. *Schem Tob.* Auctor R. *Abraham* filius *Akaleu* Coloniensis.

CCCCLXXXIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, elegantissimè scriptus, quo continetur ejusdem operis pars secunda.

Inscribitur liber radicum: nihil aliud est quam lexicon Hebraïcum.

CCCCLXXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, ubi continentur glossæ Hebraïcæ, sive explicationes vocum obscuriorum quæ occurrunt in quibusdam Veteris Testamenti libris.

CCCCLXXXVI.

Codex chartaceus, quo continetur anonymi dictionarium, ubi voces singulæ

Gallicè characteribus Hebraïcis exponuntur. Nonnulla initio, ut & in medio codice, desiderantur.

GRAMMATICI.

In-quarto.

CCCCLXXXVII.

Codex chartaceus, ubi continetur Perfecti duran maasse Ephod, id est, opus Ephod in triginta capita divisum. Ibi disseritur de natura vocis, sive potius orationis, de illius fine, de causa efficiente, & de organis corporis ad orationem, quibus præmissis auctor in exponenda linguæ Hebraïcæ vi & indole totus versatur.

CCCCLXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° R. Aben *Esræ* grammatica Hebraïca, cujus titulus liber elegantiarum.

2.° Anonymi septem conjugationes Arabicæ.

CCCCLXXXIX.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur R. *Judæ Lion* opus inscriptum Pavimentum sapphiri, quod totum in tradendis Hebraïcæ grammaticæ præceptis versatur.

CCCCXC.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur grammatica *Maroun* filii *Genah Abu Walid.* Idem prorsus est cum R. *Jona* filio *Gannach*, magni nominis grammatico. Vide doctissimi Wolfii Bibliothecam Hebraïcam tomo 3. pag. 371.

Auctor Arabica lingua scripsit, in Hebraïcam vero ab anonymo postea conversum est opus.

CCCCXCI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur grammatica, cujus auctor appellatur R. *David Domno Jachiia* Neapolitanus. Idem fortasse cum R. *David* filio *Salomonis Jachii*, cujus grammatica edita Constantinopoli anno 1542.

CCCCXCII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur R. *David Kimchi* grammatica Hebraïca.

CCCCXCIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continetur R. *David Kimchi* grammatica Hebraïca.

CCCCXCIV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi grammatica Hebraïca.

2.° R. *David Kimhi* grammatica.

3.° Anonymi disputatio physica, cujus titulus Ruach chen, id est, spiritus gratiæ, de qua supra.

4.° Anonymi in huncce tractatum commentarius.

5.° R. *Salomonis* brevis grammatica.

CCCCXCV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, elegantissimè scriptus, quo continetur anonymi grammatica Hebraïca.

CCCCXCVI.

Codex membranaceus, ubi continetur anonymi grammatica Hebraïca perbrevis.

CCCCXCVII.

Codex membranaceus, olim Claudii Hardy, postea Colbertinus, quo continentur:

1.° Tractatus de nominibus æquivocis. Auctor ignoratur, deest enim initium.

2.° Anonymi opusculum de particulis, quarum aliqua significatio.

3.° Anonymi de verbis quæ à nominibus derivantur disputatio.

4.° Aben *Esræ* opus quod inscribitur, liber elegantiarum.

5.° Ejusdem liber de præceptis. Ibi circa medium de literis, sub finem vero de accentibus disseritur.

6.° R. *Eliæ* Levitæ *Bilaux*, opus ad grammaticam pertinens.

7.° Anonymi tractatus de grammatica, ubi juxta methodum Latinorum singula pertractantur. Desunt non pauca.

CCCCXCVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi dictionarium, ubi voces Arabicæ, Turcicæ & Persicæ, Hebraïcè & Turcicè explicantur.

CCCCXCIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo

quo continetur lexicon, Hebraïcè-Latinum.

D.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. Vanslebii opera illatus, ubi continetur Lexicon Arabicum Turcicè expositum, vocibus singulis secundum trium vocalium ordinem dispositis, auctore *Haly* filio *Nasoræ* filii *Daoud*. Opus characteribus Hebraïcis scriptum.

D I.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1676. Vanslebii opera illatus, ubi continetur R. *Isaaci* Levitæ filii *Eliezer* grammatica, quam inscribit R. Aaroni filio Abraham.

POETÆ.

In-folio.

D I I.

Codex chartaceus, quo continentur Cantica Hebraïca, philosophica & theologica, una cum anonymi commentariis.

D I I I.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi opus rhythmicum, in quo singularum vocum quique rhythmi colliguntur, illudque ordine alphabetico. Attamen postremæ duæ alphabeti literæ in nostro hoc codice desiderantur.

POETÆ.

In-quarto.

D I V.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, ubi continetur R. *Levi* filii *Abraham* liber inscriptus Inaures. Auctor ibi collegit carmina varia quæ de omni fermè disciplinarum genere quondam scripserat. Quin & illorum complura soluta oratione exponuntur.

D V.

Codex chartaceus, elegantissimè scriptus, quo continetur R. *Judæ* filii *Salomonis* Hispani, Melekct Jehuda, id est, opus *Judæ*, complectens epistolas 50. & multa variis de rebus carmina, eo consilio scripta, ut cuilibet de Hebraïci sermonis vi & copia constare posset.

D V I.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, ubi continentur:

1.° Melekct Jehuda, id est, opus *Judæ*. Initio unum aut alterum folium desideratur.

2.° Anonymi liber de sortibus, & ratione divinandi per sortes.

3.° Anonymi tractatus cabbalisticus de decem Sephirot.

4.° Anonymi opus quod in pluribus librorum sacrorum locis exponendis versatur.

POETÆ.

In-octavo.

D V I I.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Anonymi excerpta varia ad medicinam spectantia, versibus Hebraïcis, ubi de morborum signis, de aëris natura, de judiciis ex urina faciendis, de sudoribus, de nimia sanguinis & fellis copia, de odorum usu & vi, item de morbis qui sanguinis emissione curandi sunt.

2.° Hippocratis Aphorismi ex Arabica lingua in Hebraïcam conversi.

FABULÆ ROMANENSES.

In-quarto.

D V I I I.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Historia Hai filii Jokton, ex Arabica lingua in Hebraïcam à R. *Mose* filio *Josue* Narbonensi conversa, adjunctis illius commentariis.

2.° Opus inscriptum destructio destructionum Algazelis, auctore *Averroe*.

D I X.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur fragmentum historiæ Hai filii Joktan, ex Arabica lingua in Hebraïcam ab anonymo conversum, una cum anonymi illius commentariis.

FABULÆ ROMANENSES.

In - octavo.

D X.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Liber inscriptus Sandabar, sive ludicra historia, ex opere cujus titulus Calil we damna, adjunctis ethicis & politicis observationibus.

2.° Traditiones Talmudicæ, ubi de animalium mactandorum ratione differitur.



CODICES SAMARITANI.

VETUS TESTAMENTUM.

In-folio.

Codex Primus.

Codex membranaceus, jussu Nicolai Peirescii emptus Damasci anno Christi 1628. Ibi continetur Pentateuchus Samaritanus.

De illo codice sic Joannes Morinus: Secundus codex est trilinguis, at charactere Samaritano exaratus: in medio est Arabica versio, à lateribus Hebræus textus & Samariticus, sed ingentibus lacunis, seu multorum foliorum dilacerationibus passim scatet. Textus qui superest, magna cum diligentia & elegantia exaratus est. Ab initio pessimè mutilatus est XXIV. capitibus, & alibi sæpissimè duobus, tribus, aut pluribus. Æra scriptionis ad finem Exodi notatur annus Ismaëliticus 624. mensis Rabie alter, hoc est annus Christi 1227. Eadem æra annotatur in fine libri Numerorum.

II.

Codex membranaceus, olim Nicolai Peirescii, ubi continetur Pentateuchus Samaritanus, antiquitate præcipuè commendabilis.

De nostro hoc codice sic Joannes Morinus: Omnium antiquissimus, ut vel ex ipsis membranis & detrito charactere non est difficile judicare; cæteris est minore forma, sed desunt ab initio Genesis priora septemdecim capita, & à fine totum Deuteronomium, exceptis sex prioribus capitibus & septimi initio, una etiam aut altera lacuna alibi, sed multo minus hiante.

LIBRI RITUALES.

In-folio.

III.

Codex chartaceus, olim Nicolai Peirescii, ubi continentur:

1.° Magni Samaritanorum Sacerdotis ad Josephum Scaligerum epistola, una cum interpretatione Latina. Ibi docti illius viri de Samaritanorum fide & ritibus quæsitis respondet.

2.° Samaritanorum in Ægypto degentium ad eumdem Scaligerum epistola, una cum Latina interpretatione.

Utriusque epistolæ historiam videas apud Gassendum in vita Peirescii.

LIBRI RITUALES.

In-quarto.

IV.

Codex chartaceus, olim Nicolai Peirescii, ubi continentur orationes in Samaritanorum synagogis recitari solitæ.

HISTORICI.

In-quarto.

V.

Codex bombycinus, olim Nicolai Peirescii. Ibi continentur:

1.° Chronicum Samaritanum ab orbe condito ad annum Hegiræ 322. quo Radhi Chalifa imperabat, illudque sub finem dynastiæ Tolonidarum, auctore *Meslen* filio *Josephi* filio *Ibrahimi* Samaritano, è Josephi stirpe. In eo codice nonnulla desiderantur: à Barak etenim & Gedeone Israëlitici populi ducibus exordium sumit.


2.° Synopsis præceptorum legis Mosaïcæ, juxta Samaritanorum doctrinam, auctore *Aboulfarage* Ben *Isaak* Ben *Kenar*.

GRAMMATICI.

In-quarto.

VI.

Codex chartaceus, olim Nicolai Peirescii, anno Christi 1476. scriptus, quo continetur Lexicon Samaritanum. E duodecim quaternionibus, quibus primum constabat noster hic codex, duo primi exciderunt. Desiderantur præterea folia nonnulla.



CODICES SYRIACI.

VETUS TESTAMENTUM.

In-folio.

CODEX PRIMUS.

CODex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur plerique Veteris Testamenti libri eo ordine dispositi, Pentateuchus, Job, Josue, Judices, Samuelis liber primus, alterius caput primum, Reges, Paralipomena, Proverbia, Ecclesiastes, Sapientia, Ruth, Susannæ historia, Isaïas, duodecim Prophetæ minores, Jeremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, una cum paraphrasi capitis ubi de quatuor monarchiis, duo Esdræ libri, Ecclesiasticus, liber primus Machabæorum; agmen claudit Tobias.

Is codex parum antiquus.

II.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur Veteris Testamenti libri omnes. Desiderantur tamen Judices, & primi Regum principium. Hujusce codicis adjumento, quem Abrahami Echellensis manu descriptum ferunt, prodiit Polyglottorum Parisiensium interpretatio Syriaca.

III.

Codex bombycinus, satis antiquus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Vetus Testamentum: desiderantur tamen Esdræ & Machabæorum libri. Rejectæ ad codicis oram lectionum diversitates nonnullæ, ut & scholia ad sensum allegoricum pertinentia, collecta pleraque è *Jacobi* Syri, *Jacobi* Edesseni, *Severi* Antiocheni, *Nili* & *Maximi* scriptis. Hinc non immeritò quis conjiciat catenæ illius auctorem Jacobitarum sectæ addictum fuisse.

2°. Expositiones morales quorumdam Veteris Testamenti librorum. Auctoris nomen ignoratur.

IV.

Codex bombycinus, è Syria in Bibliothecam regiam nuper illatus, manu antiqua, illaque eleganti scriptus, quo continentur duo Geneseos, & totidem Exodi libri, divisi in lectiones ad usum Ecclesiæ Syriacæ accommodatas. Singulis lectionibus subjiciuntur homiliæ, quæ in exponendo sensu morali præcipuè versantur.

Is codex Arabica lingua conscriptus est charactere Syriaco; initio, ut & sub finem, folia nonnulla desiderantur.

V.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, antiquitate insignis, exaratus enim dicitur anno Alexandri 1031. Christi 710. Ibi continentur:

1.° Liber quartus Regum & Daniel, uterque è Græca lingua in Syriacam conversus, & divisus in lectiones pro diversis anni festis, juxta ritum Syrorum Jacobitarum. Præmittuntur indices.

2.° Observationes nonnullæ in eosdem libros, quarum *Eusebius* Pamphili & sanctus *Epiphanius* auctores feruntur.

VI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Psalmi Davidis, adjuncta interpretatione Arabica.

2.° Cantica omnia tam Veteris quam Novi Testamenti, Syriacè & Arabicè.

3.° Sancti *Ephræmi* carmen de sapientia.

4.° Sancti *Jacobi* Nisibeos episcopi carmina de pœnitentia, & secundo Domini adventu, Arabicè & Syriacè.

5.° Sancti *Ephræmi* & *Isaaci*, quædam ad mores pertinentia, Arabicè & Syriacè.

6.° De Alexandro Magno & porta quam dicitur statuisse adversus Gog & Magog narratiuncula, auctore *Mor Jacobi*.

7.° Anonymi methodus qua dies festi & jejunia nullo negotio inveniri possunt.

VETUS TESTAMENTUM.

In-quarto.

VII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, charactere Nestoriano-Syriaco antiquo scriptus. Ibi continentur Psalmi Davidis, & utriusque Testamenti cantica.

VIII.

Codex bombycinus, anno Christi 1533. scriptus, ubi continentur:

1.° Davidis Psalmi; quæ interpretatio Psalmorum Syriaca ab editis diversa, ad

Græcam versionem propius accedit.

2.° Preces centum quinquaginta quotidie horis diurnis & nocturnis recitandæ, juxta ritum Jacobitarum. Opus illud Arabicè scriptum, sed charactere Syriaco.

3.° Sancti Chrysostomi homiliæ è Græca lingua in Arabicam conversæ, charactere tamen Syriaco.

IX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1550. scriptus. Ibi continentur Psalmi Davidis & utriusque Testamenti cantica, una cum interpretatione Arabica interlineari.

Hujusce codicis initio, ut & sub finem, folia nonnulla desiderabantur, quæ recentiori manu suppleta sunt.

X.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, elegantissimè scriptus, ubi continentur:

1.° Psalmi Davidis, & utriusque Testamenti cantica.

2.° Precationes variæ quarum auctores feruntur *Ephræmus, Isaac* Ninivita, *Philoxenus* Mabugensis, sive Hierapolitanus, ad usum Syrorum Jacobitarum.

VETUS TESTAMENTUM.

In-octavo.

XI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, elegantissimè scriptus, ubi continentur:

1.° Psalmi Davidis.

2.° Duo Mosis cantica.

3.° Symbolum concilii Nicæni primi, Arabicè, verum manu recentiori.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-folio.

XII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1254. scriptus, quo continentur:

1.° Evangelia quatuor divisa in lectiones ad usum Syrorum Jacobitarum. Ad calcem hujusce codicis legitur historia mulieris adulteræ, quæ in versione Novi Testamenti Syriaca non occurrit.

2.° Epistola Regis Abgari ad Christum Dominum, & Christi ad eumdem Regem responsum.

XIII.

Codex membranaceus, à Paulo Lucas in Bibliothecam regiam illatus. Hunc in antiquiorum numerum reponendum esse illud ostendit, quod duo Presbyteri ad calcem exemplaris emtum à se anno Christi 1188. testentur. Ibi vero continentur Novi Testamenti libri. Exaratus is codex à Jacobita quodam, desiderantur enim secunda & tertia Petri & Joannis, Judæ Epistola, & Apocalypsis. Præmittitur index.

XIV.

Codex membranaceus anno Christi 1193. scriptus. Ibi continentur Novi Testamenti libri apud Jacobitas recepti: in illorum enim exemplaribus, ut in hoc nostro, desiderantur secunda & tertia Petri, Joannis secunda & tertia, Judæ quoque Epistola & Joannis Apocalypsis.

Is codex, cui index præmittitur, exhibet lectiones quæ totius anni decursu in Ecclesiis Syrorum usurpari consueverunt.

XV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, charactere Nestoriano-Syriaco antiquo exaratus, ubi continentur Evangelia quatuor. Desiderantur folia nonnulla sub finem Evangelii secundum Joannem.

Is codex, quantum è scriptura conjicere licet, ad sæculum nonum vel decimum referendus videtur.

XVI.

Codex bombycinus, olim Nicolai Peirescii, anno Christi 1485. elegantissimè scriptus, ubi continentur Evangelia quatuor, distributa in lectiones quibus Maronitæ totius anni decursu uti solent. Pauca quædam ibi reperias ex Arabica Evangeliorum versione depromta.

XVII.

Codex chartaceus, elegantissimè scriptus, ubi continentur Evangelia quatuor, servato lectionum ordine à Maronitis usurpari solito. Capiti primo adjuncta interpretatio Arabica & Latina. Exaratus is codex anno Christi 1521. à Maronita quodam Elia appellato, Abrahami filio, temporibus Petri Maronitarum Patriarchæ, in gratiam Cardinalis Placentini Bernardini Lupi de Carvajal.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-quarto.

XVIII.

Codex membranaceus, Constantinopoli

nuper in Bibliothecam regiam illatus, charactere Estranghelo, sive Syriaco antiquo scriptus. Ibi continentur Novi Testamenti, si Apocalypsim exceperis, libri omnes, iique in lectiones divisi ad usum Ecclesiæ Syriacæ.

Is codex inter antiquissimos numerandus.

XIX.

Codex membranaceus, charactere Syriaco antiquo scriptus anno Christi 1190. & à Paulo Lucas illatus in Bibliothecam regiam. Ibi continentur Evangelia quatuor, in lectiones divisa ad usum Jacobitarum. Præmittuntur indices.

XX.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, charactere Estranghelo, sive Syriaco antiquo scriptus. Ibi continentur Evangelia quatuor, in lectiones tributa ad usum Ecclesiæ Syriacæ.

Is codex magnam præ se fert antiquitatem.

XXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, charactere Syriaco antiquo scriptus decimo, ut videtur, sæculo. Ibi continentur Evangelia quatuor, in lectiones divisa ad usum Syrorum Jacobitarum, conjectis ad marginem notis quibusdam, concordantiis & harmonia Evangelica. Hujusce codicis initio desiderantur folia 70. & sub finem alia non pauca.

XXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, charactere Syriaco antiquo scriptus anno Christi 1128. quo continentur Evangelia quatuor, in lectiones divisa ad usum Ecclesiæ Syriacæ. Præmittuntur index & lectionum illarum tituli.

XXIII.

Codex membranaceus, anno Christi 1192. scriptus, Nicosiaque in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur Evangelia quatuor, in lectiones divisa ad usum Jacobitarum. Præmittuntur canones, harmoniæ Evangelicæ & tabulæ lectionum.

Syriacæ illius interpretationis auctor *Philoxenus* Hierapolitanus episcopus & Jacobitarum antesignanus, qui ad Græcorum exemplarium fidem Novum Testamentum anno 507. convertit. Quod *Philoxeni* opus emendatius prodiit cura *Thomæ* Heracleensis anno 616. Is vero duobus exemplaribus quæ in Monasterio Sancti Antonii asservabantur, usum esse se profitetur.

XXIV.

Codex membranaceus, quo continentur Evangelia quatuor in lectiones divisa, una cum indicibus qui initio præmittuntur. Ad calcem hujusce libri annotatum reperias scriptum illum esse in monasterio divæ Mariæ ad montem Edessæ anno Christi 1194. temporibus Michaëlis Patriarchæ Antiocheni, Joannis Alexandrini & Athanasii Edessæ Metropolitæ.

XXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, charactere Syriaco antiquo, illoque elegantissimo scriptus, ubi continentur Evangelia quatuor, divisa in lectiones ad usum Syrorum Jacobitarum. Primum folium desideratur.

Librarius huncce codicem à se exaratum esse testatur tempore Gregorii Abulpharagii. Is autem decimo tertio sæculo floruit.

XXVI.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo tertio, quantum conjicere licet, sæculo in oppido Mesopotamiæ Mardin exaratus. Ibi continentur Evangelia quatuor, divisa in sectiones juxta Syrorum ritum.

XXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Christi 1398. scriptus. Ibi continentur Acta Apostolorum, Pauli Epistolæ tredecim, Jacobi, Petri & Joannis una, idque servatis sectionibus juxta quas in Ecclesiis Syrorum legi consueverunt.

XXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, charactere Syriaco antiquo scriptus anno Christi 1483. ubi continentur Acta Apostolorum, Epistolæ Petri, Pauli, Joannis & Judæ, divisæ in lectiones ad usum Syrorum Jacobitarum. Præmittitur index.

XXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1492. scriptus, ubi continentur Acta Apostolorum, una cum Epistolis Pauli, Petri, Joannis, Jacobi, & Judæ.

Præmittuntur index & tituli lectionum quæ totius anni decursu in Ecclesiis Syrorum Jacobitarum usurpari solent.

XXX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1176. charactere Syriaco antiquo, illoque elegantissimo scriptus. Ibi continentur Pauli Epistolæ, una cum illarum Arabica interpretatione.

XXXI.

Codex chartaceus, anno Christi 1582. scriptus. Ibi continentur primæ Petri Epistolæ fragmentum, secunda ejusdem Apostoli integra, prima & secunda Joannis, Judæ Epistola. Legitur etiam historia mulieris adulteræ, quæ in vulgatis Syrorum exemplaribus non occurrit.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-octavo.

XXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, charactere Syriaco antiquo scriptus, ubi continentur:

1.° Evangeliorum & Epistolarum lectiones, cantica & orationes quæ in Ecclesiis Syrorum Jacobitarum, servato festorum feriarumque ordine, totius anni decursu recitari consueverunt.

2.° Liturgiæ *Jacobi* fratris Domini, *Cyrilli* Alexandrini, *Eustathii* Antiocheni & *Severi* hæretici, qui eamdem sedem occupavit.

3.° Kalendarium ad festa mobilia & jejunia invenienda accommodatum.

Desiderantur in medio codicis duo folia.

NOVI TESTAMENTI INTERPRETES. *In-folio.*

XXXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1173. scriptus. Ibi continetur *Dionysii Barsalibæ* episcopi Amideni, commentarius in Evangelia quatuor. Præmittitur ejusdem auctoris tractatus ubi de præcipuis religionis christianæ fundamentis, divisus in capita XLV.

XXXIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1446. scriptus. Ibi continentur *Dionysii Barsalibæ* Amidæ in Mesopotamia è Jacobitarum secta episcopi, commentarii in quatuor Evangelia. Præmittuntur nonnulla de Christo Domino, ut & aliæ quæstiones quas auctor ad faciliorem textus intelligentiam necessarias existimavit. Floruit iste *Barsaliba* sæculo decimo quarto.

XXXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur *Mosis Barcephæ* episcopi Ninivitani, quæstiones in Evangelia, variis diebus festis apud Syros recitari solita. Occurrunt præterea ejusdem disputationes in nonnullos ritus à Christianis omnibus usurpatos.

LIBRI RITUALES.

In-folio.

XXXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, scriptus anno Christi 1517. Ibi continentur Liturgiæ nonnullæ juxta ritum Syrorum Jacobitarum, auctoribus, ut fertur, *Jacobo* fratre Domini, *Joanne* Evangelista, *Petro* Apostolo, *Xisto* summo pontifice, *Eustathio* Antiocheno, *Proclo* Constantinopolitano, *Dioscoro* Alexandrino, *Joanne* Carrensi, *Joanne Barechuchan*, *Moyse Barkifa*, *Dionysio* Amidensi, vulgo *Barsaliba*, & *Severo* Antiocheno.

XXXVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, charactere Syriaco antiquo, illoque elegantissimo scriptus. Ibi continentur lectiones ex Evangeliis desumtæ, quæ dominicis & festis diebus, cùm in matutinis & vespertinis orationibus, tùm in celebranda Liturgia apud Syros Jacobitas legi solent.

XXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, elegantissimè scriptus, quo continentur preces Ecclesiæ variæ ad primam Liturgiæ partem recitandæ tempore quadragesimali, juxta ritum Syrorum.

XXXIX.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera anno 1673. illatus, elegantissimè scriptus. Ibi continetur liber cujus titulus Beït gaza, id est, thesaurus precum Ecclesiasticarum quæ totius anni decursu in Ecclesiis Syrorum Melchitarum recitari solent.

Is codex antiquos inter numerandus videtur. Desiderabantur folia aliquot, quæ recentiori manu suppleta sunt.

XL.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Liber inſcriptus Beït gaza, id eſt, theſaurus precum eccleſiaſticarum.

2.° Kalendarium Syriacum, in quo ſinguli dies feſti annotantur.

In noſtro hoc codice occurrunt orationes quibus Maronitæ, Chaldæi & Syri Jacobitæ promiſcuè uti ſolent. Ibi autem nonnulla *Jacobi* Edeſſeni & ſancti *Ephræmi* fragmenta reperias.

XLI.

Codex bombycinus, anno Chriſti 1179. ſcriptus, Vanſlebii opera illatus in Bibliothecam regiam. Ibi continetur precum eccleſiaſticarum pars, quæ in Eccleſiis Melchitarum ſive Syrorum Græci ritus recitari ſolent. Preces illæ è veteri horologia Græcorum in Syriacam linguam converſæ ſunt, ut indicat libri titulus.

XLII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Chriſti 1531. ſcriptus, illudque elegantiſſimè. Ibi continentur officium hebdomadis feriale in Eccleſiis Syrorum Jacobitarum recitari ſolitum, & orationes nonnullæ quarum auctores feruntur *Jacobus* Niſibeos epiſcopus, & *Ephræmus*.

XLIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur, officium à primo Paſchatis die ad dominicam uſque in albis recitari ſolitum; item officia aliarum dominicarum uſque ad Pentecoſten, Aſſumtionis beatæ Mariæ virginis, & Inventionis ſanctæ Crucis, juxta ritum Syrorum Jacobitarum.

XLIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ſcriptus anno Chriſti 1498. Ibi continentur preces diurnæ in Eccleſiis Syrorum Jacobitarum tempore paſchali recitandæ. Ibi præterea occurrit officium ſanctæ Crucis & Sanctorum aliquot. Decem priora folia deſiderantur.

XLV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continetur officium eccleſiaſticum juxta ritum Syrorum Jacobitarum recitandum dominicis & diebus feſtis, à dominica Dedicationis, quæ apud omnes Orientales eſt prima Adventus dominica, ad quadrageſimam uſque. Ibi præterea reperitur officium Barſumæ Monachi, Dioſcoridis diſcipuli, & hæreticorum anteſignani, cujus diem feſtum agunt Jacobitæ die tertia Februarii.

XLVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, elegantiſſimè ſcriptus, ubi continentur officia eccleſiaſtica tempore quadrageſimali, diebus feſtis Paſchatis, Aſcenſionis, Pentecoſtes & beatæ Virginis recitanda, juxta ritum Syrorum Melchitarum.

XLVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Chriſti 1553. ſcriptus. Ibi continentur officia eccleſiaſtica horis diurnis & nocturnis recitanda tempore quadrageſimali & per hebdomadem ſanctam, juxta ritum Syrorum Jacobitarum.

XLVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continetur officium quadrageſimale apud Syros Jacobitas receptum.

XLIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Chriſti 1510. ſcriptus, quo continentur:

1.° Officium inſtitutum in memoriam miraculi à Chriſto Domino Canæ in Galilæa patrati.

2.° Orationes recitari ſolitæ cum thus incenditur, toto tempore quadrageſimali & hebdomada ſancta.

3.° Hymni qui horis diurnis & nocturnis hebdomadis ſanctæ tempore canuntur. Hæc omnia juxta ritum Syrorum Jacobitarum.

L.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur varia apud Syros Jacobitas recepta officia, nempe octo dierum Paſchatis, Aſcenſionis Domini, feſti Virginis celebrati die Maii 15. ad ſatorum conſervationem, ut mos apud omnes Orientales invaluit, Nativitatis Virginis & Aſſumtionis, Pentecoſtes, Inventionis ſanctæ Crucis, SS. Petri & Pauli, & Transfigurationis. Ibi tantum reperiuntur orationes hiſce diebus recitandæ. Pſalmi indicantur.

LI.

Codex membranaceus, charactere Eſtranghelo, ſive Syriaco antiquo ſcriptus, ubi

continetur fragmentum officii hebdomada ſancta & feſto Paſchatis die in Eccleſia Syriaca recitari ſolitum.

Is codex maximam præ ſe fert antiquitatis notam.

L I I.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, anno Chriſti 1676. ſcriptus. Ibi continentur orationes recitari ſolitæ dum thus incenditur, idque ad ſingulas horas canonicas, conſuetudine apud Orientales omnes recepta. Orationes illæ primum Syriaca lingua conſcriptæ, deinde in Arabicam, ut facilius à plebe intelligerentur, converſæ ſunt. Noſter autem hic codex licet Arabicus, charactere tamen Syriaco exaratus eſt.

L I I I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Chriſti 1479. ſcriptus. Ibi continentur:

1.° Benedictio aquæ diebus dominicis juxta ritum inſtitutum & emendatum à *Jacobo* Edeſſeno.

2.° Benedictio palmarum.

3.° Officium lavandorum pedum feria quinta in cœna Domini.

4.° Benedictio ſolemnis die feſto Pentecoſtes . omnia ſecundum ritus Eccleſiæ Syrorum Jacobitarum.

L I V.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanſlebii opera illatus, ſcriptus anno Chriſti 1578. Ibi continentur:

1.° Benedictio lampadis ſanctæ, ſive orationes in benedicendo oleo, quod extremæ-unctioni inſervire debet, in Eccleſiis Syrorum Jacobitarum recitari ſolitæ. Ibi præterea multa de ſacramento pœnitentiæ, de confeſſione ſacerdoti facienda, de peccatis publicis & illorum abſolvendorum ratione.

2.° *Dionyſii Barſalibæ* epiſtola, qua de iis diſputatur in quorum gratiam ſacrificium miſſæ offerri poteſt, & de pœnis peccatoribus irrogandis, juxta conciliorum & SS. Patrum præſcripta. Hæcce Epiſtola Arabicè ſcripta eſt, verum charactere Syriaco.

L V.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, recentiori ſed elegantiſſima manu exaratus, ubi continentur orationes dum thus incenditur recitandæ. Illarum orationum antepenultima lingua Arabica ſcripta eſt: verum charactere Syriaco.

L V I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continetur officium in efferendis omnium ordinum mortuis recitari ſolitum, juxta ritum Syrorum Jacobitarum.

L V I I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, charactere Syriaco, illoque elegantiſſimo, anno Chriſti 1534. ſcriptus. Ibi continetur opus cujus titulus liber Circuli, ideo ſic appellatus, quod in eo reperiantur cantica, antiphonæ, troparia, aliaque id genus quæ totius anni decurſu à Melchitis feſtis diebus Sanctorum recitari ſolent.

L V I I I.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, ubi continetur Cyclus Orientalium, ſive Kalendarium perpetuum à *Joanne* Heſronita conſcriptum, Romæque editum.

In noſtro hoc codice reperitur priorum capitum interpretatio Latina, auctore *Claudio Hardy*.

L I X.

Codex bombycinus, Vanſlebii opera in Bibliothecam regiam anno 1672. illatus. Ibi continetur opus inſcriptum liber exequiarum defunctorum, quo varias preces reperias quæ apud Maronitas in efferendis epiſcopis, preſbyteris, diaconis, pueris & puellis virginibus, cæteriſque Chriſtianis fieri ſolent.

Is codex anno Chriſti 1545. exaratus eſt.

L X.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Chriſti 1559. ſcriptus. Ibi continetur Octoechon, ſive liber complectens officium quod ſingulis diebus in Eccleſiis Syrorum cani conſuevit, adjecta tonorum ſingulorum notitia.

L X I.

Codex bombycinus, charactere Syriaco antiquo ſcriptus, ubi continentur orationes, reſponſoria, antiphonæ, & lectiones quæ in Eccleſiis Melchitarum feſtis diebus cani ſolent, à menſe Septembri ad Auguſti uſque finem. Rubricæ omnes, ut & lectiones, Arabico charactere exaratæ ſunt.

L X I I.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli in

nuper in Bibliothecam regiam illatus, antiquus, ut videtur. Ibi continentur antiphonæ & cantus apud Græcos in Syria degentes recepti. Ad calcem codicis reperiuntur quædam ad antiqui kalendarii explicationem.

LXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, charactere Syriaco antiquo scriptus. Ibi continentur hymni, troparia & orationes mense Julio festis sanctorum diebus recitari solitæ, juxta ritum Syrorum Melchitarum.

LIBRI RITUALES.

In-quarto.

LXIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1452. exaratus. Ibi continentur:

1°. Liturgia sancti *Jacobi* fratris Domini:

2.° Liturgia sancti *Joannis* Evangelistæ.

3.° Liturgia *Xisti* Summi Pontificis.

4.° Liturgia *Matthæi* pastoris, qui sanctæ Praxedis virginis frater fuisse dicitur.

5.° Liturgia duodecim Apostolorum.

6.° Liturgia *Mosis Barcephæ* hæretici Jacobitæ.

7.° Liturgia *Philoxeni.*

Liturgiæ illæ omnes in usu sunt apud Syros Jacobitas.

LXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur Liturgiæ *Joannis* Evangelistæ, *Joannis* Haranitæ è Jacobitarum secta, *Dionysii Barsalibæi*, *Julii* Summi Pontificis, *Philoxeni* episcopi Mabugensis, *Eustathii* Antiocheni, *Joannis Chrysostomi*, *Matthæi* pastoris, *Jacobi* fratris Domini, cujus ibi duæ Liturgiæ reperiuntur, longior una, altera in epitomen à *Gregorio Abulpharagio* contracta, *Marutæ* Catholici Orientis, duodecim Apostolorum, cujus auctor fertur sanctus *Lucas*. Agmen claudit *Jacobi* Apostoli Liturgia.

LXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, elegantissimè scriptus, ubi continentur Liturgiæ *Jacobi* fratris Domini, *Joannis* Evangelistæ, *Jacobi Baradæi*, à quo Jacobitæ nomen acceperunt, *Cyrilli* Alexandrini, *Jacobi* Nisibeos episcopi, *Petri*, *Marci*, *Ignatii* Antiocheni, *Jacobi* cujusdam hominis alias ignoti, & *Joannis* Bar *Maadan* hæretici.

LXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur Liturgia à Chaldæis orthodoxis duodecim Apostolis adscripta. Ibi præter ritus omnes & cæremonias in peragendo missæ sacrificio servari solitas, occurrunt lectiones ex Evangeliis & Epistolis desumtæ, festisque solemnioribus totius anni decursu recitari solitæ.

LXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1400. exaratus. Ibi continentur:

1°. Liturgia *Gregorii* metropolitani.

2.° Liturgia *Mosis Barcephæ.*

3.° Liturgia *Thomæ* Heracleensis.

4.° Liturgia *Ignatii Barcahib*, Jacobitarum Patriarchæ.

5.° Liturgia *Philoxeni* Mabugensis.

6.° Liturgia *Ignatii* Bar *Maadan*, Jacobitarum Patriarchæ.

7.° Liturgia *Marutæ* metropolitæ Tacritensis.

8.° Liturgia *Joannis* cujusdam è Jacobitarum procul dubio secta.

9.° Liturgia *Joannis* Basorensis.

10.° Liturgia *Dioscori* junioris.

11.° Liturgia *Jacobi Baradæi.*

12.° Liturgia *Chrysostomi.*

13.° Liturgia *Jacobi* Serugensis.

14.° Liturgia SS. *Basilii* & *Gregorii* Nazianzeni.

15.° Liturgia *Dionysii* Areopagitæ.

16.° Liturgia *Ignatii* Antiocheni.

17.° Liturgia *Clementis* Romani.

Agmen claudit Liturgia quæ collectitia vocari solet.

LXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1379. scriptus. Ibi continentur:

1.° *Dionysii Barsalibæ* Amidensis episcopi, è Jacobitarum secta, commentarius in Liturgiam Syriacam sancti Jacobi. Quod opus à se susceptum auctor profitetur in gratiam Ignatii Patriarchæ Hierosolymitani, ut facilius objectionibus Francorum occurrere posset.

2.° Officium die festo Nativitatis beatæ Virginis recitari solitum, verum manu recentiori exaratum.

LXX.

Codex chartaceus, cujus hic titulus, Liturgiæ Nestorianorum & Syrorum è Mesopotamia, Constantinopolim primùm delatæ ad clarissimum virum Comitem d'Andresel Regis Christianissimi apud Turcas oratorem, tum Petro le Brun Oratorii Domini Jesu presbytero missæ ac dono datæ. Extant autem Syriacè & Latinè.

LXXI.

Codex bombycinus, Nicosia in Bibliothecam regiam illatus Vanslebii opera. Ibi continentur:

1.° Horologium brevius, sive liber precum quotidianarum, Psalmos ad singulas horas recitandos, orationes & absolutiones complectens, in quibus multa occurrunt Jacobitarum hæreseos vestigia; quæ codicis nostri pars à Moyse quodam Damasci anno Christi 1646. exarata est.

2.° Preces à quolibet Christiano variis temporibus recitandæ, quarum insigniores *Ephræmo*, *Athanasio*, *Basilio*, *Gregorio* Cyprio, *Isaaco* Ninivitæ, & *Philoxeno* Mabugensi tribuuntur. Altera illa codicis pars, quæ majorem præ se fert antiquitatem, Arabicè scripta est, sed charactere Syriaco.

LXXII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1386. scriptus. Ibi continetur officium feriale in Ecclesiis Syrorum Jacobitarum recitari solitum.

LXXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur officium feriale in Ecclesiis Syrorum Jacobitarum recitari solitum, juxta recensionem *Jacobi* Edesseni.

LXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, charactere Syriaco antiquo scriptus anno Christi 991. Ibi continetur officium ecclesiasticum apud Syros Jacobitas recitari solitum à dominica prima Adventus ad Pentecosten usque. Accedunt præterea sanctorum nonnullorum officia.

LXXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1522. scriptus. Ibi continetur officium à prima dominica Adventus ad Pentecosten usque in Ecclesiis Syrorum Jacobitarum recitari solitum. Accedunt precationes pro Communi Sanctorum & officio feriali. Desiderantur variis in locis folia nonnulla.

LXXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur officia hebdomadis sanctæ, Paschatisque, Ascensionis & Pentecostes; verum ibi leguntur tantum procemia & orationes, quæ inter cremandum thus in Ecclesiis Syrorum Jacobitarum recitari solent.

LXXVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, elegantissimè scriptus. Ibi continentur:

1.° Officium quoddam singulare feria secunda hebdomadis sanctæ recitandum.

2.° Officium ablutionis pedum feria quinta in cœna Domini.

3.° Officium osculi pacis, quod fit dominica Paschatis.

4.° Officium ferendæ crucis feria sexta in Parasceve.

5.° Officium adorationis dominica Pentecostes faciendum.

Hæc omnia juxta ritum Syrorum Jacobitarum.

LXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, antiquus, ut videtur. Ibi continentur:

1.° Ordo precum ecclesiasticarum juxta ritum Nestorianorum.

2.° Consecratio fermenti eucharistici, juxta eumdem ritum.

3.° Officium singulare consecrationis olei in ungendis infirmis adhibendi.

LXXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, charactere antiquo Syriaco exaratus. Ibi continetur triodium, complectens partem precum ecclesiasticarum quæ recitari solent juxta ritum Melchitarum; lectiones ex Evangeliorum & Epistolarum interpretatione Arabica desumtæ sunt, verum charactere Syriaco.

LXXX.

Codex chartaceus, Nicosia in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, scriptus anno Christi 1575. Ibi continentur:

1.° Preces quinquaginta è Psalmis excerptæ, Arabicè, charactere Syriaco.

2.° Ecclesiastici interpretatio Arabica, sed charactere Syriaco.

LXXXI.

Codex bombycinus, charactere Nestoriano ad antiquum Syriacum proxime accedente, scriptus anno Christi 1431. Ibi continentur preces à Nestorianis & Syris Jacobitis tempore Ninivitici, ut ipsi vocant, jejunii recitari solitæ.

LXXXII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur:

1.° Ea quæ clericus, sacerdote missam celebrante, juxta temporum diversitatem recitare debet.

2.° Officium quod per novem dies rogationum tempore in beatæ Virginis honorem recitatur, juxta ritum Syrorum Jacobitarum.

3.° Duo cantica, quorum prius de incarnatione, alterum de Christi resurrectione. Utrumque autem Arabice conscriptum, sed charactere Syriaco.

LXXXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1511. scriptus. Ibi continentur:

1.° Variæ orationes diversis horis recitari solitæ.

2.° Præcepta illis qui monasticum habitum mox induere volunt, servanda.

3.° Orationes nonnullæ asceticæ & morales, quarum auctores feruntur SS. *Ephræmus* & *Jacobus* Nisibeos episcopus.

In nostro hoc codice folia non pauca desiderantur.

LXXXIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1460. scriptus. Ibi continentur:

1.° Officium baptismi *Severo* Antiocheno tributum, & è Græca lingua in Syriacam à *Jacobo* Edesseno conversum. Præmittuntur præcepta quædam ad baptismi sacramentum spectantia.

2.° Officium lampadis sanctæ, sive extremæ-unctionis.

3.° Officium benedictionis nuptiarum: quæ omnia Syrorum propria, partim Arabicè, partim Syriacè conscripta sunt.

LXXXV.

Codex bombycinus, Nicosia in Bibliothecam regiam opera Vanslebii illatus, anno Christi 1497. scriptus. Ibi continentur:

1.° Ordo Baptismi apud Jacobitas receptus. Illius auctor *Severus* Patriarcha Antiochenus. Id opus Antuerpiæ lucem publicam aspexit.

2.° Lectiones ex Epistolis Pauli, quibus Syri tempore Paschali uti solent.

LXXXVI.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam Colbertinam illatus, anno Christi 1512. scriptus, illudque elegantissime. Ibi continentur:

1.° Ordo Baptismi duplex, prior prolixus, alter brevior & usurpari tunc solitus, cum infans morti proximus est, auctore, ut ferunt, sancto *Basilio*.

2.° Ritus desponsationis ac benedictionis nuptiarum.

3.° Preces recitandæ cum puerpera primum ad ecclesiam accedit.

Hæc omnia juxta ritum Melchitarum. Ibi preces quædam Arabica lingua conscriptæ leguntur, verum charactere Syriaco.

LXXXVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, eleganter scriptus anno Christi 1667. ubi continentur:

1.° Officium Baptismi *Severo* Antiocheno tributum, & è Græca lingua in Syriacam à *Jacobo* Edesseno conversum.

2.° Officium puerperæ cum primum ad ecclesiam accedit.

3.° Ordo reconciliandæ ecclesiæ quæ ab impiis aut hæreticis profanata est.

4.° Ordo reconciliandi altaris ab impiis aut hæreticis profanati.

LXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, anno Christi 1668. exaratus. Ibi continentur:

1.° Officium Baptismi, juxta ritum Syrorum Jacobitarum.

2.° Officium dominicæ palmarum, juxta eumdem ritum.

3.° Officium ad processionem feriæ sextæ majoris, juxta eumdem ritum.

4.° Officium ablutionis pedum feria quinta in cœna Domini, juxta eumdem ritum.

5.° Variæ orationes ad diversa festa.

LXXXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur:

1.° Officium baptismi, cujus auctor fertur *Severus* Antiochenus.

2.° Officium benedictionis nuptiarum,

juxta ritum Syrorum Jacobitarum.

X C.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, eleganter ſcriptus, ubi continentur:

1.° Ritus baptiſmi, cujus auctor *Severus* Antiochenus hæreticorum anteſignanus.

2.° Officium benedictionis nuptiarum, ubi præcepta quæ ſponſis traduntur, Arabico ſermone conſcripta ſunt. Deſideratur initium.

3.° Officium aquæ benedicendæ die Epiphaniæ, auctore *Severo* Antiocheno, proindeque juxta ritum Syrorum Jacobitarum.

X C I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, eleganter ſcriptus, ubi continentur:

1.° Officium baptiſmi, quod apud Melchitas vulgo ſolet uſurpari.

2.° Officium baptiſmi brevius, quod ſancto *Baſilio* tribuitur.

3.° Officium benedictionis nuptiarum, juxta ritum eorumdem Melchitarum.

X C I I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, initio & fine mutilus, partim Syriacè, partim Arabicè ſcriptus. Ibi continetur benedictio olei ſancti, nuptiarum, aquæ fontis baptiſmalis, ad uſum Melchitarum. Occurrunt præterea orationes complures variis temporibus recitandæ.

X C I I I.

Codex bombycinus, Seida in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continentur:

1.° Fragmentum officii baptiſmatis.

2.° Officium brevius, quod uſurpatur in baptizando infante morti proximo.

3.° *Jacobi* Syri officium baptiſmale.

4.° Ordo unctionis-extremæ, ſive lampadis ſanctæ, juxta ritum Jacobitarum, Syriacè, cum rubricis & variis orationibus Arabico charactere exaratis.

X C I V.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, initio ſæculi decimi ſexti, ut videtur, ſcriptus; quod oſtendunt illorum nomina qui ordines ſacros anno Chriſti 1509. ſuſcepiſſe dicuntur. Ibi vero continentur:

1.° Ordo lampadis ſanctæ benedicendæ, ſive extremæ-unctionis, ſecundum ritum Syrorum Jacobitarum.

2.° Officium ſchematis ſancti, ſive induendi habitus monaſtici, quod ſancto *Antonio* tribuitur, & è lingua Coptica in Syriacam & Arabicam converſum eſt.

3.° Ordo tonſuræ ad faciendum monachum & monacham, juxta ritum Eccleſiarum Meſopotamiæ, & Monaſterii Edeſſeni.

4.° Liturgia ſancti *Jacobi*, & compendium ejuſdem Liturgiæ, auctore *Gregorio Abulpharagio*.

5.° Liturgiæ *Euſtathii* Antiocheni, *Cyrilli* Alexandrini, *Ignatii* Antiocheni, *Joannis* filii *Maadni*, duodecim Apoſtolorum, & *Joannis* Evangeliſtæ.

X C V.

Codex chartaceus, minus eleganter ſcriptus, Nicoſia in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, ubi continetur liber cujus titulus, liber Miniſterii, Romæ editus.

X C V I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Chriſti 1561. non una manu, eleganter tamen ſcriptus. Ibi continentur:

1.° Orationes recitari ſolitæ cum puerperæ ad eccleſiam accedunt: neque ingredi licet ante diem à partu 40. ſi maſculam prolem pepererint, 80. vero, ſi femininam, ex more apud hæreticos Orientales recepto.

2.° Officia baptiſmatis & extremæ-unctionis, juxta ritum Syrorum Jacobitarum, Arabicè & Syriacè, charactere tamen ubique Syriaco.

X C V I I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, elegantiſſimè ſcriptus, quo continentur:

1.° Officium puerperæ cum à partu primum eccleſiam ingreditur, juxta ritum Syrorum Jacobitarum.

2.° Ordo baptiſmi duplex, unus prolixior, alter breviſſimus. Prioris auctor vulgo habetur *Severus* Antiochenus. Rubricæ, ut & aliæ nonnullæ preces, Arabica lingua conſcriptæ ſunt, verum charactere Syriaco.

X C V I I I.

Codex bombycinus, in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus, officium exequiarum, ubi ritus apud Maronitas in efferendis defunctis obſervari ſoliti.

X C I X.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, eleganter ſcriptus, ubi continetur officium

in efferendis mortuis recitari solitum, juxta ritum Melchitarum.

Is codex Arabica lingua, precibus quibusdam & responsoriis exceptis, conscriptus est, verum charactere Syriaco.

C.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, elegantissimè scriptus, quo continentur preces in efferendis sacerdotibus usurpari solitæ, juxta ritum Melchitarum. Liber, si pauca quædam excipias, Arabicè conscriptus, charactere tamen Syriaco.

C I.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, anno Christi 1556. scriptus. Ibi continetur officium in efferendis feminis & infantibus recitari solitum, juxta ritum Syrorum Jacobitarum.

Is codex, si pauca quædam excipias, Arabico sermone conscriptus est, verum charactere Syriaco.

C I I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, antiquus, ut videtur. Ibi continentur procemia, & aliæ orationes secundum festorum & temporum rationem in Ecclesiis Syrorum Jacobitarum à dominica prima Adventus ad Pentecosten usque recitari solitæ.

C I I I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1483. scriptus. Ibi continentur nonnullorum martyrum & confessorum officia. Verum ibi tantum occurrunt antiphonæ, troparia & orationes in Ecclesiis Melchitarum recitari solitæ. Rubricæ & lectiones Arabico sermone conscriptæ sunt.

C I V.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, charactere Nestoriano-Syriaco antiquo scriptus. Ibi continentur cantus, hymni & responsoria ad singulos anni festos dies accommodata, juxta ritum Nestorianorum. Sub finem desiderantur pauca quædam.

C V.

Codex bombycinus, charactere antiquo Syriaco eleganti scriptus anno Christi 1548. Ibi continetur octoechus juxta ritum Syrorum Melchitarum.

C V I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur hymni, antiphonæ, responsoria & orationes quæ singulis anni festis in Ecclesiis Melchitarum recitari solent.

C V I I.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Cantus & responsoria quæ certis quibusdam festis diebus alternis canuntur in Jacobitarum Ecclesiis.

2.° Cantus alii pro mortuis, & cum agenda pœnitentia est, cani soliti.

3.° Cantus alii ejusdem argumenti, qui sancto *Jacobo* episcopo Nisibensi vulgo tribuuntur: minus recte tamen, cum ibi non pauca reperias, quæ Jacobitarum hæresim sapiant. Præterea deprehendas nonnulla quæ cantuum illorum auctorem sexto aut septimo sæculo floruisse persuadeant.

C V I I I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Christi 1515. exaratus. Ibi continetur Rituale in Melchitarum Ecclesiis usurpari solitum, ubi nonnulla Arabicè scripta reperias.

LIBRI RITUALES.

In-octavo.

C I X.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 929. scriptus, quo continentur orationes variæ, hymni, responsoria, & aliæ id genus precationes in Ecclesiis Syrorum Jacobitarum, dum thus pro more Orientalium incenditur, recitari solitæ. Ad finem codicis annotatum reperias anno Christi 929. exaratum esse.

C X.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur:

1.° Ritus in benedictione nuptiarum à Syris Jacobitis servari soliti, partim Syriacè, partim Arabicè, verum charactere Syriaco.

2.° Ordo lampadis sanctæ, sive extremæ-unctionis, Syriacè & Arabicè.

SANCTI PATRES.

In-folio.

C X I.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, anno Christi 1663 scriptus, ubi continentur:

1.° *Gregorii* Nazianzeni orationes viginti novem, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversæ, quæ in nostro hoc

codice charactere Syriaco scriptæ leguntur.

2.° *Gregorii* presbyteri oratio in laudem sancti illius præsulis. Verum cum librarius in exemplar ob antiquitatem parum integrum incidisset, locis affectis mederi coactus est. Ab illo præterea notæ interdum additæ, quibus vocabula quædam difficiliora exponuntur.

CXII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, inter antiquiores numerandus. Ibi continentur homiliæ variæ asceticæ & morales stylo rhythmico conscriptæ, quarum auctores SS. *Jacobus* Nisibeos episcopus & *Ephræmus* ejusdem ecclesiæ diaconus. Homiliarum illarum complures in epitomen contractæ singulis diebus à Maronitis, Chaldæis & Syris Jacobitis recitari consueverunt. Sub finem aliquot folia reperias, aut lacera, aut usu detrita.

CXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1°. Homiliæ variæ de mundi creatione, Adamo, Tara, Job, virga Mosis, morte Prophetarum, Christi genealogia, annuntiatione beatæ Virginis, Christi nativitate, &c.

2.° Tractatus inscriptus solatium & exercitium solitarii.

3.° Præcepta Christi ad sanctum Petrum, è cujus ore sanctus Clemens illa excepit.

4.° Raptus Pauli, liber apocryphus.

5.° Opusculum ubi de beata Virgine & variis illius miraculis.

Is codex Arabicè scriptus est, charactere tamen Syriaco. Initio, ut & sub finem, nonnulla desiderantur.

SANCTI PATRES.

In-quarto.

CXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, ubi continentur:

1.° *Ignatii* Antiocheni epistola ad sacerdotes, qua eos hortatur ut munus sibi commissum accuratè obeant.

2.° Variæ interrogationes & responsiones magistrum inter & discipulum, quæ versantur circa pœnitentiæ sacramentum.

3.° *Dionysii Barsalibæi* Amidensis episcopi collectio canonum qui ad jejunium, orationem, & sacram synaxim pertinent.

4.° Canones Apostolis & Patribus adscripti, quibus pœnitentia singulis peccatis peculiaris injungitur.

Hæc omnia Arabicè scripta, charactere tamen Syriaco.

CXV.

Codex bombycinus, in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, ubi continentur.

1.° SS. *Chrysostomi*, *Ephræmi* & aliorum homiliæ quædam.

2.° Anonymi tractatus de bello dæmonibus inferendo.

3.° Canones pœnitentiales Syrorum Jacobitarum, ubi casus varii conscientiæ per quæsita & responsa proponuntur. Illorum auctor fertur sanctus *Basilius*.

4.° Orationes nonnullæ tempore quadragesimali recitandæ. Tractatuum illorum pars major Arabicè conscripta, sed charactere Syriaco.

CXVI.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus, non una manu exaratus anno Christi 1572. Ibi continentur:

1.° *Joannis Chrysostomi* homiliæ variæ, nempe de pœnitentia, de communione, de filio prodigo, de Pharisæo & Publicano, de Samaritana, de peregrino Jerichuntino, de paralytico, de cœna mystica & lotione pedum.

2.° Sancti *Ephræmi* homiliæ duæ, quarum una de pœnitentia, altera de cæco nato.

3.° *Jacobi* Serugensis homiliæ de communionis utilitate erga vivos & mortuos, de latrone, de resurrectione.

4.° *Gregorii* Nysseni homiliæ de fine mundi, de animæ exitu.

5.° Anonymi, de oratione assidua, de dignitate & observantia diei dominicæ, de jejunio quadragesimæ.

6.° *Gregorii* Nazianzeni homilia de Christi tentatione.

CXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, ubi continentur:

1.° *Nili* monachi homiliæ quædam morales & asceticæ.

2.° Ejusdem epistolæ quadraginta octo. Utrumque opus è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversum est.

3.° Anonymi tractatus tres de vera scientia, ubi de moribus ad christianæ religionis

normam inftituendis. Notæ quædam ad oram codicis leguntur.

CXVIII.

Codex chartaceus, ubi continentur:

1.° Excerpta è regulis vitæ cœnobiticæ, Arabicè, charactere Syriaco. Finis defideratur.

2.° *Gregorii Abulpharagii* opufculum, ubi ad examen revocatur dictum illud Socratis, philofophiam, five fapientiam legi præftare. Verum librarius Jacobitis infeftus Gregorium multis maledictis profcindit.

3.° *Davidis* cujufdam *Pauli* filii, è Jacobitarum fecta, epiftola de moribus inftituendis ad filium fuum nomine Soterem.

THEOLOGI.

In-folio.

CXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, manu Gabrielis Sionitæ fcriptus, quo continentur *Jacobi* Edeffeni homiliæ tres de opere fex dierum. In prima de creaturis pure intellectualibus differitur. In fecunda de cælorum corporumque creatione, & quatuor elementis. In tertia, de terra, mari, montibus & fluviis celebrioribus, ubi pauca quædam defiderantur.

Auctor qui quarto fæculo floruit, ait hoc opus à fe fcriptum, ut amici cujufdam fui Conftantini nomine poftulatis fatisfaceret.

CXX.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam opera Vanflebii illatus, fcriptus anno Chrifti 1498. Ibi continentur:

1.° *Mofis Severi* vulgo *Barcephæ* tractatus de opere fex dierum; quo in argumento ita verfatur auctor, ut complures de cælo & rebus creatis quæftiones ad examen revocet, confutata operis initio Ariftotelis aliorumque Philofophorum de mundi æternitate fententia.

2.° Ejufdem tractatus de meteoris, ubi nonnulla fub finem defiderantur. Floruit *Mofes Barcepha* decimo fæculo.

CXXI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Chrifti 1393. fcriptus. Ibi continetur *Gregorii Abulpharagii* tractatus de præcipuis religionis chriftianæ fundamentis, divifus in partes duodecim, quarum prima de fcientia in genere. Secunda, de creatione mundi. Tertia, de theologia. Quarta, de incarnatione. Quinta, de angelis. Sexta, de facramentis. Septima, de dæmonibus. Octava, de anima rationali. Nona, de libero hominis arbitrio. Decima, de corporum refurrectione. Undecima, de ultimo judicio. Duodecima, de paradifo. Sub finem codicis occurrunt folia nonnulla recentiori manu exarata.

CXXII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continetur *Gregorii Abulpharagii* tractatus de moribus recte inftituendis, fecundum chriftianæ religionis præfcripta, è doctrina Patrum.

THEOLOGI.

In-quarto.

CXXIII.

Codex bombycinus, Conftantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ubi continetur liber infcriptus difputationes *Severi*, in quarum prima differitur de annuntiatione Zachariæ, adjunctis compluribus *Mofis Barcephæ* Ninives epifcopi notis. In fecunda, de Deiparæ annuntiatione, una cum ejufdem Barcephæ variis animadverfionibus. In tertia, de vifitatione. In quarta, de Joannis Baptiftæ nativitate, Epiphania Chrifti & Joannis baptifmo. In quinta, de Chrifti circumcifione & die fefto purificationis. In fexta de Chrifti jejunio. In feptima, de chrifmatis confecratione. In octava, de crucifixione, refurrectione, afcenfione Chrifti & Spiritus fancti adventu, de cruce & ipfius inventione. In nona, de ultimo Chrifti adventu, & de Antichrifto & quadragefima.

Omitti non debet *Severum* illum fuiffe Monophyfitarum antefignanum.

CXXIV.

Codex bombycinus, ubi continentur:

1.° *Jacobi* Edeffeni tractatus phyficotheologicus, ubi de creatione angelorum, de corporibus cæleftibus, fyderum ac planetarum motu, meteoris aliifque id genus differitur. Opus primùm Syriacè fcriptum; verum nofter hic codex exhibet tantum interpretationem Arabicam, illamque charactere Syriaco.

2.° Anonymi qui anno 1500. vivebat, kalendarium perpetuum.

CXXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Chrifti 1534. fcriptus. Ibi continentur:

1.° *Josuæ* Melitenes in Armenia episcopi, è Jacobitarum secta, de nonnullorum festorum & mysteriorum causis opus. Ibi acerrimè in Nestorianos invehitur.

2.° *Dionysii Barsalibæi* Amidensis episcopi, commentarius in Liturgiam Jacobi fratris domini, quem aggressus est ut Ignatii Patriarchæ Hierosolymitani votis satisfaceret.

3.° Anonymi carmen de peregrini infelicitate.

4.° *Andreæ* Cretensis homilia in laudem beatæ Virginis, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversa, verum charactere Syriaco exarata.

CXXVI.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus, scriptus anno Christi 1656. Ibi continentur:

1.° *Abukoræ* episcopi Harran, è Jacobitarum secta, historia disputationis habitæ inter hunc episcopum & Mahumedanum quemdam de religionis christianæ veritate, coram Almamone Califa.

2.° *Joannis* Carpathii capita ascetica centum ad monachos Indiarum, è Græca lingua ab anonymo conversa.

3.° Jacobitæ cujusdam defensio religionis christianæ adversus Mahumedanos.

4.° Excerpta ex historia religiosa monachorum Ægypti, cum notis quibusdam *Eusebii* Maniensis episcopi Jacobitæ.

CXXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, anno Christi 1609. exaratus. Ibi continetur tractatus quo defenditur religionis christianæ veritas adversus Mahumedanum quemdam Aschem nomine, qui variis argumentis illam impugnare conatus erat. Disputatio dicitur habita coram Almamone Califa, qui regnare incœpit anno Christi 820. Auctor hujusce operis apud Orientales celeberrimi *Jacobus Elkindi*, è Jacobitarum secta.

CXXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, anno Christi 1651. exaratus, ubi continetur *Gregorii Abulpharagii* liber cujus titulus candelabrum sanctitatis: opus ab auctore primùm lingua Syriaca conscriptum, in Arabicam postea à *Sergio* diacono conversum, quam illius interpretationem exhibet noster hic codex, verum charactere Syriaco.

CXXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, scriptus anno Christi 1343. Ibi continetur tractatus cujus titulus liber splendorum & confirmationum, quo præcipua religionis christianæ capita, adjunctis etiam quæstionibus multis ad philosophiam pertinentibus, explicantur: auctore *Gregorio Abulpharagio.* Quod opus idem omnino cum eo de quo prius, illud tamen inter utrumque discrimen, quod ibi brevitati studeat, liberiori campo in altero spatietur.

CXXX.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Gregorii Abulpharagii* carmina varia, ubi de christiana perfectione, mirabili cælorum & terræ creatione, de amore Dei & sapientia.

2.° Sancti *Ephræmi* carmen de peregrinationibus, adjuncta interpretatione Arabica, verum charactere Syriaco.

CXXXI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, eleganter scriptus, quo continetur tractatus cujus titulus, liber Ethicæ, sive de moribus secundum christianæ religionis normam instituendis, auctore *Gregorio Abulpharagio.* Opus in quatuor capita, & singula capita in varias sectiones dividuntur, ubi de cupiditatibus debellandis & virtutis comparandæ ratione.

Tractatus iste primum Syriacè conscriptus est: hunc deinde in Arabicam linguam convertit Ibn *Gorair* Damascenus presbyter, è Jacobitarum secta, quo adhuc superstite, ab uno ex illius discipulis exaratus dicitur anno Christi 1636.

CXXXII.

Codex bombycinus, ubi continetur tractatus inscriptus expulsio mœstitiæ, sive animi relaxatio: opus illud dividitur in tres partes, quarum prima agit de virtutibus & vitiis. In secunda referuntur dicta & facta ad mœrorem sedandum accommodata. Tertia, ex historiæ sacræ & profanæ fontibus exempla repetit, quæ ad idem propositum conducere possunt.

Hocce opus Arabicè scriptum, sed charactere Syriaco.

CXXXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, initio mutilus. Ibi continentur:

1.° Anonymi

1°. Anonymi tractatus de remediis adversus tristitiam.

2.° Anonymi historia Pilati, Josephi, Nicodemi, ubi de Christi resurrectione.

3.° Evangelium infantiæ Christi Domini.

4.° Historia captivitatis Babylonicæ temporibus Jeremiæ Prophetæ.

5.° Anonymi tractatus de mandatis Christi Domini, quæ auctor ait esse nonaginta novem.

CXXXIV.

Codex chartaceus, ubi continetur carmen de homine, auctore *Joanne Basjukita* Maronita, qui hocce exemplar Romæ anno Christi 1627. manu sua exaravit.

THEOLOGI.

In-octavo.

CXXXV.

Codex bombycinus, in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur *Gregorii Abulpharagii* tractatus inscriptus demonstrationes intellectuales, sive de præcipuis christianæ fidei fundamentis. Ibi auctor in epitomen contraxit quæ latius prosecutus erat in alio opere cujus titulus, candelabrum sanctitatis. Sub finem nonnulla desiderantur.

JUS CANONICUM.

In-folio.

CXXXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo, quantum conjicere licet, sæculo scriptus. Ibi continentur:

1.° Tractatus theologicus, quo plurima religionis christianæ capita conciliorum definitionibus confirmantur.

2.° Sancti Clementis canones ex ore divi Petri excepti.

3.° Apostolorum canones 81.

4.° Divi Petri monita.

5.° Sancti Pauli documenta.

6.° Concilii Nicæni canones 22.

7.° Concilii Ancyrani canones 23.

8.° Concilii Neocæsariensis canones 15.

9.° Concilii Ancyrani secundi canones 20.

10°. Concilii Antiocheni canones 24.

11.° Concilii Laodiceni canones 59.

12.° Concilii Constantinopolitani canones 4.

13.° Canones concilii cujus nomen codicis vetustate intercidit.

14.° Concilii Ephesini primi canones.

15.° Statuta imperatorum Constantini magni, Theodosii senioris, & Leonis primi 130.

16.° Homilia sancti *Chrysostomi* de jejunio.

17.° Quæstiones variæ ad religionem christianam pertinentes, una cum responsis.

18.° De mensibus Cophtorum, Syrorum & Persarum.

19.° Epistola *Thomæ* Cafar Thab in Aleppi territorio episcopi, qui Josephi monachi precibus adductus, hocce opus è Syriaca lingua in Arabicam convertit anno Christi 1059.

Is codex licet Arabicè scriptus, charactere tamen Syriaco exaratus est.

CXXXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, anno Christi 1680. scriptus, illudque elegantissimè. Ibi continetur opus cujus titulus liber directionis. Hujusce operis quod complectitur jus civile & canonicum apud Syros Jacobitas receptum, auctor *Gregorius Abulpharagius*, qui hanc suam canonum collectionem in titulos quadraginta tribuit. Tractatum illum à *Gregorio* Syriaca lingua scriptum, parum peritè in Arabicam convertit anonymus, cujus interpretatio ibi legitur charactere Syriaco.

CXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur:

1.° Nomocanon Syrorum Jacobitarum, ex conciliorum canonibus, Patrum scriptis & Patriarcharum constitutionibus collectus, studio *Gregorii Abulpharagii*, Arabicè, verum charactere Syriaco.

2.° Ejusdem *Gregorii* logica, physica & metaphysica, Syriacè, adjuncta è regione interpretatione Arabica.

3.° Ejusdem tractatus, ubi de divinis decretis, de animæ immortalitate, voluptate, miraculis, prophetiis, & corporum resurrectione, Syriacè, una cum Arabica interpretatione.

4.° *Hierothei* capitula moralia, cum ejusdem *Gregorii* commentariis.

Is codex exaratus est anno Christi 1654.

CXXXIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo

continetur Jus canonicum apud Syros receptum, è conciliorum canonibus & Patrum statutis conflatum. Ibi autem occurrunt canones apostolici, canones concilii Hierosolymitani cui sanctus Paulus & alii interfuere, canones excerpti ex epistola sancti Petri ad sanctum Clementem, canones Gangrensis concilii, canones concilii Carthaginensis secundi, canones concilii quarti Antiocheni, canones concilii primi Nicæni, canones concilii Laodiceni sexti, canones concilii Sardicensis, canones Julii primi, canones Basilii magni, statuta Imperatorum.

Is codex lingua Arabica scriptus est, verum charactere Syriaco. Exaratus autem in monte Libano, à sacerdote Maronita *Abrahamo de Ban* appellato, anno Christi 1473.

JUS CANONICUM.

In-quarto.

CXL.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus, eleganter scriptus. Ibi continetur *Gregorii Abulpharagii* liber directionis, sive Nomocanon in titulos quadraginta divisus, quorum 1.° de ecclesia ejusque regimine. 2.° de baptismo. 3.° de chrismate & confirmatione. 4.° de eucharistia & liturgia. 5.° de jejunio, diebus festis & orationibus. 6.° de precibus pro defunctis. 7.° de ordinibus ecclesiasticis. 8.° de nuptiis. 9.° de testamentis. 10.° de adeunda hæreditate. 11.° de emtione & venditione. 12.° de anticipata pretii solutione. 13.° de oppigneratione. 14.° de cessione bonorum. 15.° de reconciliatione litigantium. 16.° de anatolico. 17.° de fidei-jussione. 18.° de societate. 19.° de procuratione. 20.° de confessione testium. 21.° de deposito. 22.° de donatione utili. 23.° de donatione. 24.° de fideicommisso. 25°. de analogo, sive æqua pretii partitione inter socios. 26.° de negotiatione & usura. 27.° de arborum irrigatione. 28.° de cultura arvorum & terris incultis. 29.° de conductione operariorum. 30.° de re inventa. 31.° de infantibus inventis. 32.° de servis manumittendis. 33.° de latronibus & furtis. 34.° de graviorum criminum pœnis. 35.° de mactatione pecorum, piscatu, venatione, & ciborum delectu. 36.° de jurejurando. 37.° de votis. 38.° de judiciis. 39.° de testimoniis. 40.° de accusatione.

Singuli autem tituli in paragraphos tribuuntur.

JUS CANONICUM.

In-octavo.

CXLI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1500. exaratus. Ibi continentur *Dionysii Barsalibæi* canonum pœnitentialium collectio, ejusdem confessionis suscipiendæ & pœnitentes absolvendi ratio, orationes in absolutione pronuncianda recitandæ. Sequuntur præcepta singulis christianis servanda ex Evangelio. In nostro hoc codice occurrunt plurima Arabicè conscripta, charactere tamen Syriaco.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In-folio.

CXLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, anno Christi 1456. scriptus, quo continentur:

1.° Totius Veteris & Novi Testamenti historia & analysis. Auctoris nomen nusquam comparet, verum Jacobitam fuisse multa persuadent.

2.° Anonymi, nonnullorum Patrum ac conciliorum historia.

3.° Vocabulorum index, quæ Syriaca lingua Græcæ accepta refert.

4.° Anonymi de ponderibus & mensuris disputatio.

CXLIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno 1182. scriptus, ubi continentur vitæ sancti patris Pisæi, Macarii, Bohnan, Dioscori Patriarchæ Alexandrini, filiorum Rubim Hebri tempore Jeremiæ Prophetæ, Mariæ Ægyptiacæ, Demetrii & Calentini, Isaiæ Aleppensis, Abrahami, Serapionis, Joannis Alexandrini, cognomento Eleemosynarii, Joannis alterius prope Antiochiam degentis. Epistolæ sancti Dionysii Areopagitæ ad Timotheum; vitæ Eustathii, ejus conjugis & filiorum; Jacobi intercisi, Petri & Pauli; cujusdam virginis & pueri martyrium Alexandriæ; Archalidii, sanctæ Marinæ; Jacobi Nisibeos episcopi historia, ut & simulacri, quod Judæi in urbe Tiberiade erexerunt. Thanini & Euphrosinæ oratio habita feria sexta. Episcopi cujusdam qui Christum abnegavit, historia. Martyrum Homeritarum passio in urbe Arabiæ Nagra à Dunahan interfectorum; Petri usurarii sanctissimi pœnitentis vita; septem

Machabæorum, Marci mercatoris christiani, & Gasparis pagani, cujusdam viduæ sanctæ, & quinque ejus filiorum, Berenicis uxoris Claudii Imperatoris, Faustæ virginis, virginis cujusdam Hierosolymitanæ, Euphemiæ & Sophiæ ejus filiæ, quadraginta martyrum, Matthæi Evangelistæ, Andreæ Apostoli, Alexii Romani, virginis cujusdam quæ se fatuam simulabat, sancti Antonii, Macarii, Pacomii, solitarii cujusdam qui in arbore sedem posuerat.

Hujusce nostri codicis initio desiderantur folia viginti, decem in medio, & pauca quædam sub finem.

CXLIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Christi 1282. scriptus. Ibi continentur:

1.° Vita sancti Joannis Evangelistæ, cujus pars major desideratur.

2.° Vita sancti Abrahami Edesseni & sanctæ Mariæ illius neptis.

3.° Vitæ duæ sancti Alexii. In illarum una dicitur Edessæ mortuus; in altera Romam reversus, ibi supremum diem obiisse.

4.° Vita SS. Pauli episcopi, & Joannis presbyteri. Uterque prope Edessam diem supremum obiit.

5.° Vita sancti Sabæ.

6.° Vita SS. Maximi & Domitiani fratrum. Uterque Valentiniani Regis filius & monachus dicitur.

7.° Epistola Dionysii Areopagitæ ad Timotheum.

8.° Vita sancti Philippi Carthaginensium episcopi.

9.° Vita sancti Heraclidis Constantinopolitani.

10.° Vita sancti Joannis Calybitæ.

11.° Martyrium sancti cujusdam ex Martyribus appellati. Is passus sub Domitiano.

12.° Vita sancti Martiniani anachoretæ.

13.° Vita abbatis Zosimi, & filiorum Inudab.

14.° Vita sancti Joannis cognomento Parvi.

15.° Vita sancti Ephræmi.

16.° Vita Dioscori & Anthimi cœnobitarum.

17.° Vita sancti Jacobi cognomento Claudi.

18.° Vita Ananiæ, auctore *Jacobo* Syro.

19.° Vita sancti Danielis, auctore eodem.

20.° Vita sancti Serapionis.

21.° Vita Andronici & Athanasiæ uxoris.

22.° Vita sanctæ Anasimæ Ægypti Regis filiæ.

23.° Vita sanctæ Euphrosynæ.

24.° Vita cujusdam virginis Hierosolymitanæ.

25.° Vita sancti Domitii anachoretæ.

26.° Vita Dionysii Areopagitæ.

27.° Vita sancti Marci Antiocheni.

28.° Vita sancti Mosis Æthiopis.

29.° Vita Jacobi Baradii Monophysitarum antesignani.

30.° Vita septem Dormientium.

CXLV.

Codex bombycinus, Arabicè, verum charactere Syriaco eleganter scriptus, Vanslebii opera in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Excerpta è vitis anachoretarum, qui sanctitatis laude floruerunt, Antonii nempe, Arsenii, Agathonis, Ammonis, Paphnutii, Theodori, Isidori Pharanitæ, Isaaci, Macarii, Nili, aliorumque ascetarum.

2.° Duæ fidei expositiones Syrorum Jacobitarum propriæ.

3.° Sancti *Antonii* monita discipulis testamenti loco relicta.

4.° Ejusdem epistolæ asceticæ.

5.° Sententiæ selectæ è sermonibus abbatum *Isaiæ*, *Stephani* Tabiasitæ, *Isaaci*, *Macarii* magni & aliorum.

6.° Excerpta è sancti *Basilii* regulis.

7.° *Macarii* sermones quatuor, & opuscula quædam ad vitam asceticam pertinentia.

8.° *Abrahami* monachi sermones quinque de vita monastica.

9.° Excerpta è *Nili* asceticis.

10.° *Philoxeni* Mabugensis, è Jacobitarum secta, de vita recte instituenda, virtutibusque comparandis orationes, è Syriaca lingua in Arabicam conversæ.

11.° *Dorothei* sermones de ædificanda domo animæ, aliaque ex ejus operibus collecta.

12.° Excerpta ex *Isaaco* Syro de virtutibus & præcipuis vitæ monasticæ officiis.

Opusculorum illorum magna pars è Græca lingua in Arabicam conversa ab homine utriusque linguæ parum perito.

CXLVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, charactere Syriaco antiquo, illoque elegantissimo anno Christi 1511. scriptus. Ibi continetur Menæum quo uti solent Melchitæ.

Complectitur preces varias singulis mensis Januarii diebus à presbyteris recitandas.

CXLVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continetur Menæum Melchitarum peculiare, complectens menses Februarium, Martium & Aprilem, ad vigesimum quartum usque hujusce mensis diem.

CXLVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1565. scriptus, quo continetur Menæum mensis Martii, ubi præter sanctorum encomia, qui ad istum mensem pertinent, reperias antiphonas complures, quæ inter recitandum officium à Syris cantari solent.

CXLIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continetur Menæum apud Syros Melchitas receptum, complectens menses Maium & Junium.

Sub finem reperiuntur folia nonnulla, quæ recentiori manu exscripta sunt.

CL.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1483. scriptus ubi continetur Menæum ad usum Syrorum Melchitarum. Complectitur mensem Julium.

CLI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, charactere Syriaco antiquo scriptus anno Christi 1226. illudque elegantissimè. Ibi continetur Menæum mensem Novembrem complectens, ad usum Syrorum Melchitarum.

CLII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, à trecentis & amplius annis scriptus, ubi continetur duodecima & ultima Menæi Melchitarum pars. Aliquot occurrunt folia recentiori manu exarata.

CLIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, elegantissimè scriptus, ubi continetur Menæum Melchitarum peculiare, Decembrem mensem complectens.

CLIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo quarto, quantum conjicere licet, sæculo exaratus. Ibi continentur:

1.° Anonymi cujusdam è Jacobitarum secta, narrationes illarum non absimiles quæ occurrunt in vitis Patrum deserti.

2.° Disputatio adversus Armenorum errores. Auctor Severo Jacobitarum antesignano addictus, in concilium Chalcedonense acerrimè invehitur.

3.° Anonymi, vita Davidis fabulis insulsis scatens.

4.° Evangelium infantiæ.

5.° Historia captivitatis Babylonicæ temporibus Jeremiæ.

6.° Monita quædam ascetica, quorum auctor fertur sanctus *Antonius*.

7.° Historia apocrypha dormitionis beatæ Virginis.

8.° Epistola cælo delapsa temporibus Athanasii sedis Romanæ Patriarchæ.

9.° Sancti Gregorii raptus in cælum.

10.° Anonymus de sacris attente audiendis.

11.° Historia Jonæ missi in oppidum Niniven.

12.° De nativitate beatæ Virginis.

Is codex cujus initio nonnulla desiderantur, Arabicè scriptus est, verum charactere Syriaco.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In-quarto.

CLV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, ubi continentur *Eutychii*, Patriarchæ Alexandrini annales, initio ducto ab orbe condito ad sua usque tempora. Vixit auctor sæculo nono.

Is codex Arabica lingua conscriptus est, charactere tamen Syriaco.

CLVI.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ubi continentur:

1.° *Eutychii* confutatio illorum qui Maronem Monothelitam fuisse, & ejus discipulis Maronitarum nomen inditum in annalibus memoriæ prodiderunt, auctore *Stephano* episcopo Bostrensi, & Antiocheni Maronitarum Patriarchæ vicario.

2.° Ejusdem epistola ad D. de Villeneuve, Regis christianissimi ad Portam Othomanicam legatum.

CLVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi historia Salomonis, ubi multa commenta illorum similia quæ in Mahumedanorum scriptis occurrunt, Syriacè & Arabicè.

2.° *Jacobi* Nisibeos episcopi, homilia de animæ egressu è corpore.

3.° Anonymi, Helenæ Constantini Imperatoris matris historia, quam sequuntur sancti Alexii & aliorum quorumdam sanctorum vitæ.

4.° *Jacobi* Nisibeos episcopi, oratio de vita solitaria.

5.° Sancti *Ephræmi* de tranquillitate & peregrinatione homiliæ.

6.° Anonymi de denariis quos à Judæis proditionis mercedem Judas accepit.

7.° *Gregorii Abulpharagii* opuscula quædam philosophica & theologica.

8.° *Theodosii* Patriarchæ ad Abulpharagium epistola de moribus recte instituendis.

9.° Ejusdem varia carmina.

CLVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, non una manu exaratus, ubi continentur:

1.° Historia apocrypha de raptu sancti Petri, quæ sancto *Clementi* tribuitur.

2.° Anonymi historia Sibyllæ Ephesinæ.

3.° Officium benedictionis nuptiarum, partim Syriacè, partim Arabicè conscriptum, omnia tamen charactere Syriaco.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In-octavo.

CLIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ubi continentur:

1.° Vita sancti Marci Evangelistæ & Alexandrini Patriarchæ.

2.° Vita sancti Demetrii Patriarchæ Alexandrini.

3.° Vita Michaelis episcopi Taneos.

4.° Vita Abrahami Syri Alexandrini Patriarchæ.

5.° Vita Cosmæ Alexandrini Patriarchæ.

6.° Martyrium sancti Lucæ Evangelistæ.

7.° Martyrium sancti Matthæi.

8.° Certamen sancti Joannis Evangelistæ, auctore *Prochoro*, uno è septem diaconis.

9.° Sancti *Athanasii* episcopi urbis Nastri homilia.

10.° Sancti *Joannis Chrysostomi* de Joannis Baptistæ decollatione homilia.

11.° Martyrium sancti Thomæ.

Is codex ab Abrahamo quodam Cairi, anno 1553. exaratus, Gabriele Alexandrinam sedem, & Ignatio Abdalla Antiochenam obtinentibus.

CLX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, ubi continetur opus inscriptum liber confabulationum, ubi historiæ complures. Auctore *Gregorio Abulpharagio*, Arabicè, charactere tamen Syriaco.

PHILOSOPHI.

In-quarto.

CLXI.

Codex chartaceus, ubi continetur Porphyrii isagoge; adjectæ notæ quædam, quarum auctor *Abrahamus* Echellensis.

CLXII.

Codex bombycinus, ubi continetur tractatus inscriptus, ascensio intellectualis. Auctor *Gregorius Abulpharagius*, qui illud suum opus in duas partes divisit. Prior de globo cælesti agit, idque septem capitibus. In altera vero, cujus capita octo, de globo terraqueo, ejus divisione, variisque insulis differitur.

Ad calcem codicis annotatum reperias venditum à quodam presbytero Jacobita anno Christi 1483. quo anno noster hic codex antiquior fuerit oportet.

CLXIII.

Codex chartaceus, ubi continetur logices compendium, ex Avicennæ scriptis collectum, auctore *Abrahamo* Echellensi, à quo absolutum fuit anno Christi 1636.

CLXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ubi continentur:

1.° Anonymi tractatus de duodecim mensibus, ubi de ratione divinandi futura juxta doctrinam à Daniele Propheta traditam. Opus Arabicè scriptum, verum charactere Syriaco.

2.° *Isaiæ* presbyteri carmen in Tamerlanum.

3.° Martyrium sancti Georgii, Arabicè, sed charactere Syriaco.

4.° Martyrium sancti Bassi & sociorum

Apameæ interfectorum, ſermone Syriaco.

5.° *Jacobi* Edeſſeni opuſculum de opere ſex dierum, ſermone Syriaco.

6.° Epiſtola de cælo delapſa temporibus Conſtantini magni, Arabicè, charactere Syriaco.

7.° Anonymus de modo inveniendæ epactæ.

8.° Anonymi tractatus de grammatica, adverbiis, & decem categoriis, Syriacè.

9.° Hiſtoria captivitatis Judaïcæ Jeremiæ temporibus.

10.° Sancti *Jacobi* cantica duo, quorum prius de Abelis cæde, alterum de eccleſiis & monaſteriis in Oriente everſis.

11°. Vita ſancti Cyriaci, Arabicè.

12.° Anonymi tractatus de ſeptem ſacramentis in genere. Sub finem nonnulla deſiderantur.

PHILOSOPHI.

In-octavo.

CLXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, manu Gabrielis Sionitæ ſcriptus, ubi continetur veteris poëtæ Syri carmen de philoſophia.

GRAMMATICI.

In-folio.

CLXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, anno Chriſti 1226. ſcriptus, ubi continentur:

1.° *Gregorii Abulpharagii* grammatica, ad cujus lectionem illi tantum accedere debent, qui in addiſcenda lingua jam plurimum operæ poſuerunt.

2.° *Hebed Jeſu*, è Jacobitarum ſecta, Metropolitæ Sobæ carmina, ubi de rebus ad theologiam pertinentibus. Auctor vocabula difficiliora brevi commentario illuſtravit.

CLXVII.

Codex bombycinus, Seida in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, ubi continentur:

1.° Dictionarium Syriacum, è doctoris Honain & Joſuæ Marzavi lexicis collectum. Auctor *Joſue* filius *Heli* medici, qui voces difficiliores & peregrinas adhibitis aliis magis obviis, Arabicis præſertim, exponere nititur; ait autem manum à ſe huicce operi admotam, ut Abrahami cujuſdam amici ſui poſtulatis ſatisfaceret.

2.° *Gregorii Abulpharagii* ſcriptoris celeberrimi, grammatica Syriaca.

Is codex elegantiſſimè ſcriptus, à Maronita quodam Montis Libani incola anno Chriſti 1557. exaratus eſt.

CLXVIII.

Codex bombycinus, elegantiſſimè ſcriptus, ubi continetur dictionarium Syriacum ex Honain & Joſuæ Marzavi lexicis collectum. Auctor idem *Joſue* filius *Heli* medici; verum noſter hic codex in multis à priori diſcrepat.

GRAMMATICI.

In-quarto.

CLXIX.

Codex bombycinus, anno Chriſti 1488. ſcriptus, ubi continetur grammatica Syriaca, auctore *Ebdoco* quodam è Jacobitarum ſecta, Armeniæ oppido Melitene nato.

CODICES COPTICI.

VETUS TESTAMENTUM.

In-folio.

CODEX PRIMUS.

Codex bombycinus, inter præcipua Bibliothecæ regiæ, ſi characterum elegantiam ſpectes, ornamenta numerandus. Ibi continetur Pentateuchus, è Græca lingua in Copticam converſus, una cum interpretatione Arabica, quæ Copticæ præſertim reſpondet. Accedunt notulæ quædam ad marginem conjectæ.

Is codex manu Michaëlis monachi filii Abrahami, anno martyrum 1076. Chriſti 1360. exaratus dicitur.

II.

Codex bombycinus, elegantiſſimè ſcriptus, idque ſæculo decimo ſeptimo. Ibi continentur duodecim Prophetæ minores, & è majoribus Daniel, è Græca lingua in Copticam converſi; adjuncta interpretatione Arabica.

III.

Codex bombycinus, sæculo decimo septimo scriptus, ubi continentur psalmi Davidis, & Veteris Testamenti cantica, è Græca lingua in Copticam conversa, adjuncta interpretatione Arabica.

IV.

Codex membranaceus, Nicosia in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, elegantissimè scriptus. Ibi continentur psalmi Davidis. Is autem codex videtur inter antiquiores numerandus.

V.

Codex bombycinus, quo continentur psalmi Davidis.
Is codex inter antiquiores numerandus videtur.

VI.

Codex bombycinus, olim Nicolai Peirescii, postea Philiberti de la Mare, nunc regius. Ibi continentur lectiones è psalmis & evangeliis, ut & antiphonæ in ecclesiis Copticis à prima dominica Septembris ad ultimam usque Februarii recitari solitæ.

VII.

Codex bombycinus, ubi continentur lectiones è psalmis & evangeliis, actis apostolorum, & epistolis quæ præcipuis anni festis in ecclesiis Copticis recitari solent.

VETUS TESTAMENTUM.

In-quarto.

VIII.

Codex chartaceus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, ubi continentur psalmi & cantica in ecclesiis Copticis, habita festorum & temporum ratione, recitari solita.

IX.

Codex bombycinus, ubi continentur lectiones è psalmis, evangeliis & epistolis ad usum ecclesiæ Copticæ, adjuncta interpretatione Arabica.

X.

Codex bombycinus, Nicosia in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1671. illatus, ubi continentur lectiones è psalmis, evangeliis, actis apostolorum & epistolis, ad usum ecclesiæ Copticæ.

XI.

Codex bombycinus, ubi continentur psalmi, cantica, hymni & orationes festis beatæ Virginis & sanctorum in ecclesiis Copticis recitari solitæ, Copticè & Arabicè.

VETUS TESTAMENTUM.

In-octavo.

XII.

Codex bombycinus, olim Nicolai Peirescii, postea Philiberti de la Mare, ubi continentur psalmi Davidis, è Græca lingua in Copticam conversi: initio, ut & sub finem, nonnulla desiderantur.
Is codex inter antiquos numerandus videtur.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-folio.

XIII.

Codex membranaceus, elegantissimè scriptus, variisque picturis ornatus, ubi continentur evangelia quatuor, è Græca lingua in Copticam conversa.
Is codex manu Michaelis episcopi Damiatæ, anno Christi 1173. exaratus dicitur.

XIV.

Codex bombycinus, elegantissimè scriptus, ubi continentur evangelia quatuor, è Græca lingua in Copticam conversa, adjuncta è regione interpretatione Arabica.
Is codex ad sæculum decimum tertium referendus videtur.

XV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur evangelia quatuor in lectiones divisa, ad usum ecclesiæ Copticæ.
Is codex quem in antiquorum numero non immeritò reponas, manu Victoris cujusdam sacerdotis exaratus dicitur.

XVI.

Codex bombycinus, olim Philiberti de la Mare, decimo tertio sæculo scriptus, illudque elegantissimè. Ibi continentur evangelia quatuor Copticè conversa, una cum Arabica illorum interpretatione.

XVII.

Codex bombycinus, antiquus, & elegantissimè scriptus, ubi continentur sancti Pauli epistolæ, Copticè & Arabicè.

XVIII.

Codex bombycinus, elegantissimè scriptus, ubi continentur:

1.° Psalmi Davidis, ut & cantica quæ in libris sacris occurrunt.

2.° Hymni & orationes, quarum auctores feruntur *Athanasius & Severus* Alexandrini Patriarchæ.

Is codex ad sæculum decimum tertium referendus videtur.

XIX.

Codex bombycinus, ubi continentur lectiones ex evangeliis & epistolis, quæ tempore quadragesimali in ecclesiis Copticis recitari solent, Copticè & Arabicè.

XX.

Codex bombycinus, ubi continentur lectiones ex evangeliis & epistolis, ut & orationes nonnullæ quæ in ecclesiis Copticis tempore quadragesimali recitari solent.

XXI.

Codex bombycinus, ubi continentur lectiones ex evangeliis, actis apostolorum & epistolis, quæ quatuor à Paschate mensibus in ecclesiis Copticis recitari solent.

LIBRI RITUALES.

In-folio.

XXII.

Codex bombycinus, Nicosia in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, ubi continentur Theotokia, sive hymni in laudem beatæ Virginis juxta ritum ecclesiæ Copticæ Alexandrinæ cani soliti. Ibi quoque alios quosdam hymnos reperias, Copticè & Arabicè.

XXIII.

Codex bombycinus, ubi continetur interpretatio Theotokiorum, sive paraphrasis Coptica in hymnos ad Virginem. Hujusce operis auctor fertur *Joannes* Alexandrinus Patriarcha.

LIBRI RITUALES.

In-quarto.

XXIV.

Codex bombycinus, inter antiquos numerandus, Nicosia Vanslebii opera in Bibliothecam Colbertinam illatus. Ibi continentur liturgiæ sancti *Basilii* & aliorum, sed mutilæ, Copticè & Arabicè.

XXV.

Codex bombycinus, antiquus, ut videtur, Cairo in Bibliothecam regiam illatus, ubi continetur liturgia sancti *Basilii*, è Græca lingua in Copticam conversa, una cum interpretatione Arabica.

XXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, anno Christi 1400. scriptus. Ibi continentur:

1°. Liturgia sancti *Basilii*, è Græca lingua in Copticam conversa, una cum Arabica interpretatione.

2.° Liturgia sancti *Gregorii* Nazianzeni, item cum interpretatione Arabica.

3.° Liturgia sancti *Cyrilli* Alexandrini, cum eadem interpretatione.

4.° Ordo missæ cum rubricis Arabicè tantum scriptis.

XXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, anno 1633. exaratus, ubi continetur liturgia sancti *Basilii*, è lingua Græca in Copticam conversa, una cum Arabica interpretatione.

Is codex, ut initio annotatum reperias, ex exemplari carie penè absumto descriptus est, & collatus cum alio quod est penes D. Dauvergnes.

XXVIII.

Codex bombycinus, in Bibliothecam regiam anno 1671. Vanslebii opera illatus, ubi continentur:

1.° Liturgia sancti *Basilii*, una cum illius interpretatione Arabica.

2.° Liturgia sancti *Gregorii* Nazianzeni, cum eadem interpretatione.

3.° Liturgia sancti *Marci*, itidem cum Arabica interpretatione.

Tres illæ liturgiæ è Græca lingua in Copticam conversæ sunt.

XXIX.

Codex bombycinus, ubi continentur:

1.° Liturgia sancti *Basilii*, è Græca lingua in Copticam conversa, una cum Arabica interpretatione.

2.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni liturgia, è Græca lingua in Copticam conversa, una cum Arabica interpretatione.

XXX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, elegantissimè

elegantissimè scriptus. Ibi continentur:

1.° Liturgia sancti *Basilii*, è Græca lingua in Copticam conversa, una cum Arabica interpretatione & rubricis accuratissimis.

2.° Anonymi tractatus de ratione celebrandæ liturgiæ juxta ritum ecclesiæ Jacobiticæ Alexandrinæ.

XXXI.

Codex bombycinus, Nicosia in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Liturgia sancti *Basilii*, in epitomen contracta.

2.° Liturgia *Gregorii* Nazianzeni.

3.° Liturgia sancti *Cyrilli*. Desiderantur nonnulla.

Tres illæ liturgiæ è Græca lingua in Copticam conversæ sunt. Rubricæ vero Arabicæ.

XXXII.

Codex bombycinus, quo continentur orationes variæ in Copticis ecclesiis recitari solitæ, Copticè & Arabicè.

XXXIII.

Codex bombycinus, Nicosia in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1671. illatus. Ibi continentur hymni festis sanctorum in ecclesiis Copticis cani soliti.

XXXIV.

Codex bombycinus, olim Philiberti de la Mare, ubi continentur:

1.° Orationes & hymni in ecclesiis Copticis recitari soliti diebus beatæ Virgini, Michaëli, Gabriëli, Raphaëli & sanctis Martyribus sacris.

2.° Officium quadragesimale, hebdomados sanctæ & dominicæ resurrectionis.

3.° Orationes ante benedictionem nuptialem & in ipsa benedictione nuptiali, & illa peracta recitandæ.

4.° Apocalypsis è Græca lingua in Copticam conversa.

Is codex partim Copticè, partim Arabicè exaratus est.

XXXV.

Codex chartaceus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, ubi continentur psalmi quidam, theotokia, hymni in laudem sanctorum, omnia ad usum ecclesiæ Jacobitarum Alexandrinorum, Copticè & Arabicè.

XXXVI.

Codex bombycinus, ubi continentur:

1°. Officium quod hebdomadis sanctæ decursu in ecclesiis Coptitarum recitari solet, Copticè.

2.° Anonymi tractatus de sacerdotii dignitate, è Græco fortasse ejusdem tituli sancti Chrysostomi opere conversus, Arabicè.

XXXVII.

Codex bombycinus, quo continetur index orationum quæ singulis diebus festis in ecclesiis Copticis recitari solent.

XXXVIII.

Codex bombycinus, Nicosia in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Officium quod in efferendis singulorum ordinum mortuis in ecclesiis Copticis recitari solet.

2.° Orationes nonnullæ Arabicè scriptæ.

LIBRI RITUALES.

In-octavo.

XXXIX.

Codex bombycinus, antiquus & elegantissimè scriptus, quo continentur:

1.° Liturgia sancti *Basilii*, è Græca lingua in Copticam conversa, una cum interpretatione Arabica.

2.° Liturgia sancti *Gregorii* Nazianzeni, è Græca lingua in Copticam conversa, una cum Arabica interpretatione.

XL.

Codex bombycinus, ubi continetur liturgia sancto *Gregorio* Nazianzeno tributa, è Græca lingua in Copticam conversa, adjuncta Arabica interpretatione.

XLI.

Codex bombycinus, antiquus, ut videtur, quo continetur liturgia sancti *Cyrilli* Alexandrini, è Græca lingua in Copticam conversa. Dimidiam paginæ partem occupat Arabica interpretatio.

XLII.

Codex bombycinus, Nicosia in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1671. illatus, ubi continentur:

1.° Variæ preces & cantica, quorum pars Coptica lingua, pars Arabica scripta sunt.

2.° Apocalypsis, Arabicè.

GRAMMATICI.

In-folio.

XLIII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Grammatica Coptica, ut & nomenclator, tam secundum rerum, quam secundum litterarum Copticarum ordinem. Ibi præterea explicantur voces dialectis Sahiticæ & Maritimæ peculiares.

2.° Ebn *Assali* scala linguæ Græcæ & Copticæ, sive glossarium, quo voces Novi Testamenti difficiliores, servato librorum ordine, Arabicè exponuntur.

3.° Anonymi grammatica Coptica, cujus auctor fortasse *Petrus* episcopus Echmimensis.

4.° Grammatica alia Coptica.

In eo codice, qui videtur antiquus, nonnulla desiderantur.

XLIV.

Codex bombycinus, antiquus, ut videtur, ubi continentur:

1.° Scala, sive glossarium majus linguæ Copticæ, illius præsertim quæ apud Sahitas Thebaïdos superioris incolas recepta est. Ibi vero Arabicè exponuntur Novi Testamenti voces selectæ, illudque servato librorum ordine.

2.° Explicatio præcipuarum conjunctionum, particularum & variorum nominum, quæ in sacris libris occurrunt.

3.° Grammatica linguæ Copticæ, auctore, ut videtur, Ebn *Assalo.*

4.° Grammatica cujus auctor fertur *Athanasius* episcopus Kous in Thebaïde.

5.° Alia grammatica linguæ Copticæ præcepta juxta varias dialectos, Sahiticam nempe, Bechiriticam, sive Maritimam, & Behamuriticam complectens, adjuncto glossario.

GRAMMATICI.

In-quarto.

XLV.

Codex bombycinus, antiquus, ut videtur, & elegantissimè scriptus, ubi continentur:

1.° Anonymi grammatica Coptico-Arabica.

2.° Anonymi lexicon Coptico-Arabicum, ubi voces dialecto Sahiticæ peculiares exponuntur.

3.° Lexicon aliud Coptico-Arabicum, ubi de vocibus Novi Testamenti difficilioribus.

XLVI.

Codex bombycinus, antiquus, ut videtur, & elegantissimè scriptus, quo continentur:

1.° Grammatica Coptico-Arabica. Auctoris nomen ignoratur.

2.° Anonymi glossarium, ubi voces Novi Testamenti obscuriores Arabicè exponuntur.

3.° Anonymi scala, sive lexicon Coptico-Arabicum. Auctor fortasse Ebn *Assali.*

XLVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Anonymi grammatica Coptica.

2.° Anonymi lexicon Copticum, ubi voces obscuriores quæ in Novo Testamento occurrunt, Arabicè exponuntur.

XLVIII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Grammatica Coptica. Auctoris nomen amissum.

2.° Anonymi glossarium, ubi voces Copticæ Arabicè exponuntur. Auctore fortasse Ebn *Assalo.*

XLIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Anonymi grammatica Coptico-Arabica.

2.° Lexicon Coptico-Arabicum.

L.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Anonymi grammatica Coptico-Arabica.

2.° Lexicon Coptico-Arabicum, Auctore *Semnudeo.*

LI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, ubi continetur anonymi lexicon Coptico-Arabicum.



CODICES ÆTHIOPICI.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-quarto.

CODEX PRIMUS.

Codex chartaceus, Nicosia in Bibliothecam regiam Vansslebii opera illatus, ubi continentur Matthæi & Marci Evangelia, Æthiopicè, ita tamen ab editis diversa, ut paraphrasis potius haberi debeat.

THEOLOGI.

In-quarto.

I I.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Tractatus de divinitate ut sit munimentum infirmis, divisus in partes tres, quarum prima constat decem capitibus: Capite primo de tribus personis in una deitate, hominis conceptione & nativitate disseritur. Capite secundo & sequentibus, de Dei essentia & ejus incomprehensibilitate. Secundæ partis titulus navis animæ. Hujus undecim capita, ubi de nativitate Christi, vaticiniis ad illam spectantibus, adventu Magorum è Persia, persona Christi ejusque divinitate, quæ semper cum humanitate in uno individuo permanserit. Pars tertia inscribitur Marsa amin, id est, Portus fidei, ubi novem capitibus idem argumentum pertractatur, & Jacobitarum hæresis adversus concilii Chalcedonensis Patres defenditur.

2.° Tractatus cujus titulus munimentum animæ. Auctor in eo totus est, ut unam in Christo naturam, unam voluntatem & unam operationem astruat. Sequitur carmen rhythmicum de miraculo Christi nativitatis incomprehensibili.

Ludolphus cui excerpta illa debentur, tractatus de quibus hactenus ineptiis & nugis scatere pronunciat; allatos autem in Gallias suspicatur à quodam Tzaga-christos, qui Parisios venit circa annum 1635. & filius Jacobi Regis Æthiopiæ haberi voluit.

I I I.

Codex chartaceus, quo continetur opus inscriptum liber mysteriorum cæli & terræ. Auctore abbate *Beharle Micael*, Æthiopicè. Hocce opus manu Vansslebii è codice de quo supra, exaratum est.

I V.

Codex membranaceus, Æthiopica lingua scriptus, missusque ad Nicolaum Peirescium quasi pretiosum aliquod antiquitatis monumentum, ut pote quo continerentur Henochi revelationes; verum Auctore Joanne Ludolpho, illud opus inscribitur mysterium cæli & terræ, ubi multa tamen de Henocho commentitia & insulsa reperias. Est & alius in eo codice tractatus, cujus titulus de mysterio divinitatis.

V.

Codex membranaceus, quo continetur epistola *Adjam Segued* Æthiopiæ regis, quæ professionis fidei loco habenda est: ibi enim de trinitate, incarnatione, & præcipuis christianæ religionis capitibus disseritur. Data autem dicitur hæc epistola in oppido Æthiopiæ Goundar, anno ab orbe condito 7179. Christi 1679.

GRAMMATICI.

In-quarto.

V I.

Codex chartaceus, ubi continentur:

1.° *Mariani Victorii* Reatini, Chaldeæ, sive Æthiopicæ linguæ institutiones.

2.° Ejusdem omnium Æthiopiæ Regum, qui à diluvio ad nostra tempora imperarunt libellus. Utrumque opusculum Marcelli Cervini Cardinalis nomini inscriptum est.

V I I.

Codex chartaceus, quo continetur lexicon Æthiopicum, auctore abba *Gregorio* Habissino, ut contendit Joannes Ludolphus, qui huncce *Gregorium* in Germania viderat. Voces autem Æthiopicæ aliis ejusdem significationis Italica lingua scriptis respondent.



CODICES ARMENI.

VETUS TESTAMENTUM.

In-folio.

CODEX PRIMUS.

CODEX bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo quarto ſæculo ſcriptus. Ibi continentur pſalmi Davidis, una cum precibus quibuſdam apud Armenos recitari ſolitis.

VETUS TESTAMENTUM.

In-quarto.

II.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ſcriptus anno Chriſti 1686. Ibi continentur pſalmi Davidis.

VETUS TESTAMENTUM.

In-octavo.

III.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ſcriptus anno Chriſti 1527. Ibi continentur pſalmi Davidis in linguam Armenam converſi, & in ſectiones octo diviſi juxta conſuetudinem apud Armenos ſervatam. Deſiderantur tamen in noſtro codice preces quæ ſingulis ſectionibus ſubjungi ſolent.

IV.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ſæculo decimo ſexto ſcriptus. Ibi continentur:

1.° Pſalmi Davidis, una cum precibus quibuſdam eccleſiæ Armenæ peculiaribus.

2.° Officia varia apud Armenos quotidie recitari ſolita.

3.° *Gregorii* Narekenſis orationes duæ, quæ nocturno tempore recitari ſolent.

4.° *Nerſis* orationes viginti tres.

5.° Anonymi profeſſio fidei Monophyſitarum errores redolens, una cum quibuſdam ad confeſſionem ſpectantibus.

6.° Anonymi canticum in Apoſtolorum laudem.

V.

Codex membranaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo ſexto ſæculo ſcriptus. Ibi continentur:

1.° Pſalmi Davidis in octo ſectiones diviſi, juxta morem apud Armenos receptum. Singulis autem ſectionibus preces quædam ſubjiciuntur.

2.° Viginti tres orationes, quarum auctor fertur *Nerſes* Armenorum Patriarcha.

VI.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ſæculo decimo ſeptimo ſcriptus. Ibi continentur pſalmi Davidis in octo ſectiones diviſi, juxta morem apud Armenos receptum; ſingulis vero ſectionibus, adjecta ſunt cantica & preces in eccleſia Armena recitari ſolitæ. Sequuntur orationes viginti tres *Nerſi* ejus nominis quarto Armenorum Patriarchæ tributæ.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-folio.

VII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, litteris uncialibus ſcriptus, & maximæ proinde antiquitatis. Ibi continentur Evangelia quatuor. In Matthæo & Joanne deſiderantur quædam.

VIII.

Codex membranaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, litteris uncialibus ſcriptus, & maximæ proinde antiquitatis. Ibi continentur Matthæi, Marci & Lucæ Evangelia. In Matthæo quinque priora capita, in Luca tria poſtrema deſiderantur. Illud præterea animadvertendum eſt, in ultimo ſancti Marci capite duodecim verſus priores non occurrere.

IX.

Codex membranaceus, olim Memmianus, ubi continentur Novi Teſtamenti libri omnes. Unum latus Græcus textus occupat, alterum interpretatio Armena. Præmittuntur *Euthalii*, qui ſæculo quinto floruit, prologi & argumenta in acta apoſtolorum, epiſtolas Pauli, & epiſtolas Catholicas.

Is codex, quantum è ſcriptura conjicere licet, ſæculo decimo quarto exaratus eſt. Initio, ut & ſub finem, nonnulla deſiderantur.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-quarto.

X.

Codex bombycinus, decimo quinto sæculo scriptus, ubi continentur sancti Pauli epistolæ, una cum epistolis catholicis. Secundæ ad Corinthios subjuncta est presbyterorum Corinthiorum ad Paulum epistola, & apostoli ad ipsos responsum. Utraque edita est in lectionario Armeno & tomo primo historiæ criticæ Reipublicæ litterariæ, pag. 150. ubi hasce epistolas commentitias esse defenditur.

SCRIPTURÆ INTERPRETES.

In-folio.

X I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Commentarii in Proverbia, Ecclesiasten, & Sapientiam Salomonis. Auctor *Nerses* Lampronensis dictus, Tarsi in Cilicia archiepiscopus, qui sæculo decimo magnum doctrina & pietate sibi nomen peperit.

2.° In Cantica Canticorum, & Danielem commentarii, auctore *Vardan*, qui principem inter hæreticos Armenos locum doctrina obtinuit.

Is codex longè pulcherrimus sæculo decimo septimo exaratus est.

SCRIPTURÆ INTERPRETES.

In-quarto.

X I I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, scriptus anno Christi 1276. Ibi continentur:

1.° Doctoris *Vardan* animadversiones in quædam librorum sacrorum loca scriptæ jussu Haytoni Armeniæ Regis, qui sæculo decimo tertio diem supremum obiit.

2.° Doctoris *Vanakan* sæculo decimo tertio clari, de sancto Thadæo primo Armenorum apostolo quædam.

3.° Duorum Armenorum iter ad montem Sinai, ubi Moses & Elias ipsis se conspiciendos præbuerunt.

4.° *Vardan* epistola, qua jussu Haytoni objectionibus nonnullis ab Innocentii IV. legato propositis in Clementino respondet.

5.° Doctoris *Mikhitar* tractatus Haytoni jussu & rogatu Jacobi episcopi de Kortalone scriptus, ubi apostolos æquales esse, & sedes proinde apostolicas eumdem dignitatis gradum obtinere debere contendit.

6.° Ejusdem de Patriarchis Romanis, Alexandrinis, Antiochenis, Hierosolymitanis, Constantinopolitanis & Armenis disputatio.

X I I I.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, recentiori manu scriptus. Ibi continentur:

1.° Anonymi animadversiones in difficiliora quædam Veteris & Novi Testamenti loca, adjunctis nonnullis homiliis.

2.° Sanctæ Mariæ Magdalenæ vita fabulis putidis & insulsis scatens.

X I V.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus anno Christi 1416. Ibi continentur:

1.° Commentarii breviores in Proverbia, Ecclesiasten & Sapientiam Salomonis. Illorum auctor, quantum è stilo conjicere licet, *Gregorius* Tatheratsi, multis in Armenorum schismaticorum gratiam editis operibus sæculo decimo quinto celeberrimus.

2.° *Gregorii* Thateratsi scholia in Cantica canticorum, è Vardan commentariis in eumdem librum excerpta.

X V.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo quarto sæculo, ut videtur, scriptus. Ibi continentur *Andreæ* Cæsareæ in Cappadocia archiepiscopi, commentarii in Apocalypsim. In nostro autem hoc codice annotatum reperias huic operi quod imperfectum Andreas reliquerat, ultimam manum impositam ab *Aretha* illius in episcopatu Cæsareæ successore, emendatum postea à *Thelasio* Constantinopolitano Patriarcha, cui hanc provinciam demandaverat concilium quod iis temporibus Constantinopoli habebatur. Verum Andreæ & Arethæ commentarii, qui nunc omnium manibus teruntur, sunt omnino diversi, neque in catalogo Patriarcharum comparet Thelasii illius nomen; quod ostendit cautè legendos esse Armenorum scriptores. Annotatur præterea commentarios, de quibus sermo, è Græca lingua in Armenam conversos ab Hierapoleos Metropolitano, è cujus dictantis ore excepit Nerses Lampronensis: unde sequitur interpretationem illam ad sæculum duodecimum esse referendam.

XVI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ſæculo decimo quinto, ut videtur, ſcriptus. Ibi continentur *Joannis* Orotneſi commentarii in difficiliora quædam epiſtolarum Pauli & Catholicarum loca. Sub finem quædam deſiderantur.

XVII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ſæculo decimo ſexto ſcriptus. Ibi continentur *Joannis* Orotneſi ſchiſmaticorum, dum viveret, anteſignani, commentarii in ſancti Pauli epiſtolas, quas inter fictitia illa apoſtoli ad Corinthios.

XVIII.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo ſeptimo ſæculo ſcriptus. Ibi continentur commentarii in ſancti Matthæi Evangelium, quorum auctor fortaſſe *Gregorius* Tathevatſi.

SCRIPTURÆ INTERPRETES.

In-octavo.

XIX.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo quarto, quantum conjicere licet, ſæculo exaratus. Ibi continentur *Gregorii* doctoris & preſbyteri *Khoſroæ* filii, commentarii in Cantica Canticorum. Opus inſcribitur Regi Armeniæ, cujus nomen ſiletur, qui fortaſſe idem cum *Haytono* pietate, doctrina & ſingulari in eruditos homines amore celeberrimo. Hæc conjectura ſi vera eſt, *Gregorius* decimo tertio ſæculo floruerit oportet. Deſiderantur folia quædam.

LIBRI RITUALES.

In-folio.

XX.

Codex membranaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, litteris uncialibus ſcriptus, & maximæ proinde antiquitatis. Ibi continetur officium quod Hieroſolymæ ſanctis in locis ab Armenis recitari ſolet.

XXI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Chriſti 1380. ſcriptus. Ibi continentur Charaknots, ſive hymni & cantica in eccleſiis Armenorum cantari ſolita.

XXII.

Codex chartaceus, ubi continetur Miſſale Romanum, è lingua Latina in Armenam converſum anno 1381. ſtudio fratris *Boſii*, è Franciſcanorum ſodalitio, idque ad uſum Armenorum orthodoxorum. Is codex Bononiæ exaratus eſt à fratre Paulo Franciſcano, Urbano VIII. ſedem Romanam obtinente.

XXIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo quarto ſæculo ſcriptus. Ibi continentur:

1.° Officium ante & poſt ſolis ortum in eccleſiis Armenorum recitari ſolitum.

2.° Evangelia quatuor.

XXIV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Chriſti 1657. mira elegantia ſcriptus. Ibi continetur liturgia Armena, preces à preſbytero recitandas tantum complectens.

XXV.

Codex membranaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur officium eccleſiaſticum in Iberorum eccleſiis uſurpari ſolitum, Ibericè, verum characteribus Armenis.

Is codex cujus initium & finis deſiderantur, videtur inter antiquiores numerandus.

LIBRI RITUALES.

In-quarto.

XXVI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Chriſti 1400. ſcriptus. Ibi continetur Machetots, id eſt, Rituale apud Armenos receptum.

XXVII.

Codex chartaceus, Leopolii in Polonia anno 1574. ſcriptus, quo continentur:

1.° Liber cujus titulus Machetots, ſic dictus à Machetots Armenorum Patriarcha, qui nono ſæculo floruit. Complectitur vero ritus in adminiſtrandis ſacramentis ſervari ſolitos, una cum formula benedictionum apud Armenos recepta.

2.° Anonymi carmen rhythmicum de incommodis quibus viatores sunt obnoxii.

3.° Benedictio aquarum die Epiphaniæ ab Armenis fieri solita.

XXVIII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus anno Christi 1644. Ibi continetur Charaknots, sive collectio canticorum, quæ dominicis & diebus festis in ecclesiis Armenorum cani solent.

XXIX.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur precum & cæremoniarum, quibus Armeni in sua liturgia utuntur explicatio. Illius auctores sanctus *Nerses* Khosrove, *Nerses* ejus nominis quartus Armeniæ Patriarcha, & *Nerses* Lampronensis.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus, è quodam exemplari quod ad annum 1179. refertur, exscriptus dicitur, & is ex alio adhuc antiquiori, anni videlicet 952. ab Isaaco filio Khosrove exarato.

XXX.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo septimo sæculo, ut videtur, scriptus. Ibi continentur lectiones tam è Veteri, quam è Novo Testamento excerptæ, quæ diebus dominicis & præcipuis anni festis apud Armenos recitari solent.

XXXI.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Christi 1713. scriptus. Ibi continentur ritus in conferendis sacris ordinibus apud Armenos adhiberi soliti. Auctor *Arragel.*

LIBRI RITUALES.

In - octavo.

XXXII.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Christi 1321. scriptus. Ibi continetur Charaknots, id est, collectio canticorum quæ in Armenorum ecclesiis cani solent.

XXXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur præcipua ecclesiæ Armenæ cantica, una cum notis musicis.

Is codex manu doctoris Gregorii anno Christi 1431. in deserto quodam Manuel dicto, urbi Erzerum vicino exaratus, idque sedem Armeniæ Patriarchalem obtinente Theodoro Constantino ejus nominis quinto. *Tum temporis*, ait Gregorius, *Charon filius Lanctamour, id est, Tamerlanes, Samarcanda egressus urbem Tauris expugnavit, nullis sævitiæ exemplis in Turcas captivos editis. Armeni vero christiani fuga sibi consuluerunt.*

XXXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo quinto sæculo, ut videtur, scriptus. Ibi continetur Charaknots, sive hymnorum & canticorum collectio ad usum ecclesiæ Armenæ.

XXXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sub finem decimi quinti sæculi scriptus. Ibi continetur Charaknots, id est, hymnorum & canticorum collectio, quæ in ecclesiis Armenis cani solent.

XXXVI.

Codex bombycinus, Nicosia in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, scriptus anno Christi 1554. Ibi continetur Charaknots, id est, canticorum & hymnorum collectio, quæ in Armenorum ecclesiis cani solent.

XXXVII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sub finem decimi sexti sæculi scriptus. Ibi continetur Charaknots, sive collectio canticorum & hymnorum, quæ in Armenis ecclesiis cani solent.

XXXVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur Charaknots, id est hymnorum & canticorum collectio ad usum ecclesiæ Armenæ.

Is codex à Michaële quodam in urbe Thokhat nato, Constantinopoli anno Christi 1603. exaratus dicitur.

XXXIX.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sub

finem decimi ſexti ſæculi ſcriptus. Ibi continetur Machetots, id eſt Rituale Armenum.

XL.

Codex membranaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo ſexto ſæculo ſcriptus. Ibi continentur:

1.° Officium quod in Armenis eccleſiis recitari ſolet noctu.

2.° Cantica quæ certis quibuſdam feſtis cani conſueverunt.

XLI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ſcriptus anno Chriſti 1620. Ibi continetur liber cujus titulus Machetots, ſive Rituale Armenum.

XLII.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Chriſti 1642. ſcriptus. Ibi continentur officia varia quæ quotidie in Armenorum eccleſiis recitari ſolent. Initio nonnulla deſiderantur.

XLIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ubi continentur:

1.° Varia officia, quæ in Armenorum eccleſiis uſurpari ſolent.

2.° Preces nonnullæ confeſſioni & communioni præmittendæ.

Is codex anno Chriſti 1608. exaratus eſt.

SANCTI PATRES.

In-folio.

XLIV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, mole inſignis, ut pote qui viginti pollices longus ſit, latus tredecim, ſex ſpiſſus. Ibi continetur volumen ab Armenis D-Jarrintir appellatum, à vocibus ſcilicet D-Jarr, quæ homiliam, hiſtoriam, tractatum, & Intir quæ ſelectum ſignificant. In noſtro hoc codice occurrunt homiliæ 168. quarum auctores feruntur, *Antipater* epiſcopus Boſtrenſis, *Athanaſius* Alexandrinus, *Baſilius* Cæſareæ, *Cyrillus* Hieroſolymitanus, *Cyrillus* Alexandrinus, *David* philoſophus Armenus, *Dionyſius* Alexandrinus, *Eliſæus* doctor Armenus, *Epiphanius* Cypri, *Ephræmus* magnus, *Ephræmus* Nicomediæ epiſcopus, *Stephanus* epiſcopus Siunienſis apud Armenos, *Euſebius* Alexandrinus, *Euſebius* Cæſareæ, *Gennadius*, *Gregorius* Ardziroumenſium apud Armenos epiſcopus, *Gregorius* Nyſſenus, *Gregorius* Thaumaturgus, *Gregorius* Nazianzenus, *Hippolytus* Boſtrenſis epiſcopus, *Jacobus* Serugenſis epiſcopus, *Joannes Chryſoſtomus*, *Joannes* Mamikonum in Armenia epiſcopus, *Iſaacus* Armeniæ Patriarcha, *Iſaacus* de Van Armenus, *Moſes* grammaticus Armenus, *Proclus* Conſtantinopolitanus Patriarcha, *Severianus*, *Thadæus* apoſtolus, *Theodorus* Ancyranus, *Timotheus* Alexandrinus, & Meſrob. Armenus. Præter haſce homilias quarum complures ex Græca & Syriaca lingua in Armenam converſæ ſunt, reperiuntur fragmenta duo, unum de feſto die ſancti Philippi, alterum de ſancti Joannis-Baptiſtæ morte: neque omittendum aliud fragmentum, ubi de Imperatoribus Conſtantinopolitanis una cum vita Thodoſii magni.

Is codex uncialibus litteris exaratus eſt, & proinde in antiquiorum numero collocandus.

XLV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur D-Jarrintir in multis à cæteris diverſus. Ibi enim præter homilias & vitas ſanctorum, occurrunt,

1.° Explicationes feſtorum dierum, qui à Nativitate ad Pentecoſten uſque celebrantur, illudque juxta ritus quoſdam peculiares ab Armenis Hieroſolymis ſervari ſolitos.

2.° Opuſcula 19. ad diſciplinam eccleſiaſticam ſpectantia, è quorum numero unum epiſcopi Siunenſis de jejunio quadrageſimali, transfigurationis & aſſumtionis beatæ Mariæ. Illorum ſecundum ab apoſtolo Jacobo inſtitutum, tertium à muliere quadam cujus nomen reticetur. Ad homilias quod attinet, earum complures anonymæ, aliarum auctores feruntur *Joannes Chryſoſtomus*, *Ananias* doctor Armenus ſchiſmaticus, *Stephanus* Siunienſis epiſcopus, ſchiſmaticus quoque, *Zacharias* Armeniæ Patriarcha, & *Moſes* Grammaticus cognomine.

Is codex ex antiquiori deſcriptus dicitur anno Chriſti 1355. in monaſterio quodam vulgo Quamidjak appellato, idque temporibus Mikhitar Patriarchæ & Conſtantini Armenorum regis.

XLVI.

XLVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, mole insignis, ut pote qui sit pollices decem & octo longus, latus undecim, quatuor & amplius spissus. Ibi præter plures sanctorum vitas occurrunt homiliæ variæ, quarum nonnullæ illis de quibus supra tribuuntur. Aliarum auctores *Eusebius* Emesenus, *Ignatius* doctor Armenus, *Petrus* Siuniensis in Armenia episcopus, *Vahan* episcopus Mamikonensium in Armenia, *Zacharias* doctor Armenus.

Is codex ad sæculum decimum tertium vel decimum quartum referendus est, ut hæc quæ ibi leguntur verba argumento sunt, *Miserere Domine Regis modo mortui;* at ultimus Armenorum Rex fuit, qui Parisiis anno 1393. diem supremum obiit.

XLVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, mole insignis, ut pote qui duos & amplius pedes longus sit, latus pedem unum cum dimidio, & duodecim pollices spissus. Ibi continetur D-Jarrintir in tres columnas divisus, sed ab iis penes quos erat illud volumen, ita neglectus ut multum temporis iis sit insumendum qui homilias aliosque tractatus quibus constat, cognoscere voluerint.

In eo codice sæpenumero occurrit littera O. sæculo tantum decimo quarto apud Armenos recepta, quo sæculo exaratum esse verisimillimum est.

XLVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, litteris uncialibus scriptus, & proinde antiquissimus. Ibi continetur D-Jarrintir pars, nihil exhibens quod in aliis id genus voluminibus non reperiatur, si exceperis *Athanasii* episcopi ad Augustinum in Africa epistolam, quæ si vera est, alterius Athanasii sit oportet, Athanasio enim Alexandrino Patriarchæ tribui non posse temporum ratio ostendit.

XLIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, undecimo sæculo, quantum conjicere licet, scriptus. Ibi continetur D-Jarrintir pars complectens vitas sanctorum undecim, & homilias quas inter una *Sisinnii*.

L.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sæculo decimo quarto scriptus. Ibi continentur:

1.° Homiliæ quinquaginta septem.

2.° Collectio hymnorum & canticorum quæ in Armenorum ecclesiis recitari solent.

LI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Sancti *Gregorii* Illuminatoris orationes viginti tres.

2.° Historia suppliciorum quæ perpessus est Gregorius Illuminator, jussu Tiridatis Armenorum Regis adhuc pagani.

3.° *Gregorii* Illuminatoris oratio ad Tiridatem & Armenos, qua præcipua fidei christianæ capita ipsis exponuntur.

4.° Iter Gregorii Cæsaream, ubi à sancto Leontio episcopus consecratus. Sequitur historia conversionis Tiridatis & Armenorum.

5.° Iter Gregorii & Tiridatis Romam, ubi uterque fœdus inierunt cum sancto Sylvestro, summo Pontifice, & Imperatore Constantino.

6.° Historia successorum sancti Gregorii Illuminatoris ad Isaacum usque, quo Patriarchalem sedem obtinente characteres Armeni inventi dicuntur.

7.° Historia instauratæ ecclesiæ patriarchalis & sanctæ Ripsimæ in oppido Vagharsapat, seu Valarsapat, cura Komitæ Armenorum Patriarchæ anno 630.

8.° Series chronologica Patriarcharum Armeniæ, à sancto Gregorio Illuminatore, ad Eliam usque, qui Patriarchalem dignitatem adeptus est anno 704.

Is codex in oppido Krim exaratus dicitur anno 1251.

SANCTI PATRES.

In-quarto.

LII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur quæstiones nonaginta quinque, ubi de rebus ad morum doctrinam pertinentibus.

Is codex litteris uncialibus exaratus est, & proinde inter antiquissimos numerandus; initio, ut & sub finem, nonnulla desiderantur.

LIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo quinto, ut videtur, ſæculo ſcriptus. Ibi continentur quæſtiones à ſancto *Athanaſio* propoſitæ *Cyrillo* Hieroſolymitano, quæ totæ in rebus ad mores pertinentibus explicandis verſantur. Diſquirendum autem an illud opus genuinus ſit, vel Athanaſii, vel Cyrilli fœtus.

LIV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur *Evagrii* Pontici monita ad monachos, è Græca lingua in Armenam ab anonymo converſa.

Is codex ſcriptus dicitur in oppido minoris Armeniæ Arzingan, anno Chriſti 1300.

LV.

Codex bombycinus, anno Chriſti 1554. ſcriptus, ubi continentur:

1.° Anonymi oratio in honorem ſanctæ Crucis.

2.° Viſio beatæ Virginis de ſtatu damnatorum, quæ fabulis ſcatet.

3.° Colloquium ſancti *Gregorii* Illuminatoris cum angelo, de damnatorum ſtatu.

4.° Chriſti epiſtola reperta in eccleſia ſanctorum apoſtolorum Romæ.

5.° Oratio ſancto *Ephræmo* tributa, de ſervanda die dominica.

6.° Vita ſancti Alexii.

7.° Sancti *Ephræmi* oratio de compunctione animi, è Græca lingua in Armenam converſa.

8.° Oratio de precibus, lacrymis & confeſſione, auctore ſancto *Gregorio* Narekenſi, qui ſub finem decimi ſæculi floruit.

9.° *Theophili* oratio de confeſſione & lacrymis, è Græco, nî fallor, converſa.

10.° Acta ſanctæ Mariannæ fabulis ſcatentia, è Metaphraſte forte converſa.

11.° *Vardan* doctoris Armeni profeſſio fidei, ubi in vitia præcipue invehitur.

12.° Doctorum Armenorum de diebus abſtinentiæ pronuntiatum.

13.° Sancti *Ephræmi* adverſus maledicos oratio è Græco converſa.

14.° Anonymi oratio adverſus illos qui alicui mala precantur.

15.° Confeſſionis formulæ tam preſbyteris quam laïcis præſcriptæ.

LVI.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ſæculo decimo ſeptimo ſcriptus. Ibi continentur:

1.° *Gregorii* Illuminatoris colloquium cum angelo, ubi de ſtatu animarum poſt mortem. Opus commentitium.

2.° Homiliæ 31. quarum duæ ſancto *Joanni Chryſoſtomo*, una *Joanni* de Carni tribuuntur. In cæteris omnibus auctoris nomen deſideratur.

3.° Doctorum *Melirga* & *Ananiæ* tractatus de iis quæ Chriſtiani omnes circa divinitatem credere tenentur.

4.° Doctoris *Joannis* d'Eſnik monita.

5.° Viſio ſolitarii cujuſdam in inſula Cypro degentis.

6.° Homilia ſancti *Ephræmi*. Sequitur alia homilia abſque auctoris nomine.

7.° *Iſaaci* Patriarchæ, *Baſilii* & Apoſtolorum canones de preſbyteris.

8.° *Joannis* de Kozern viſio anno 1023. ubi de urbe Ani obſidione liberata & profligatis ab Imperatore Baſilio Macedone propè oppidum de Chiraka Iberis.

9.° Hiſtoria apocrypha miraculi ab Imperatore Veſpaſiano patrati.

10.° Hiſtoria Imperatoris Theodoſii.

LVII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Ephræmi* Syri orationes viginti ſeptem, in Armenum converſæ ab anonymo.

2.° *Nerſis* ejus nominis quarti epiſtola ad plebem ſibi commiſſam, cum Armeniæ Patriarcha anno 1166. renunciatus eſt.

3.° Vita ſolitariorum, cujus auctor parum recte fertur ſanctus *Athanaſius*.

4.° *Gregorii* Narekenſis monita, ubi de oratione, lacrymis, ſpe & caritate.

Is codex, quem non immerito ad decimum quartum ſæculum referas, à Thadæo quodam in gratiam monachi Cherubin appellati exaratus dicitur.

LVIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ſub finem ſæculi decimi ſeptimi ſcriptus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Joannis Chryſoſtomi* homiliæ 81. è Græco converſæ.

2.° *Eliſæi* Armenorum Patriarchæ homilia de precibus pro mortuo fundendis.

SANCTI PATRES.

In-octavo.

L I X.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Christi 1319. scriptus. Ibi continentur varia sancti *Gregorii* Nazianzeni opera, è lingua Græca in Armenam conversa. Desideratur initium, proindeque nomen interpretis.

L X.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sæculo decimo quarto scriptus. Ibi continentur commentarii in librum de Hierarchia cælesti, cujus auctor vulgo fertur sanctus Dionysius Areopagita. Disquirendum num commentarii, de quibus nunc sermo, è Græca lingua in Armenam conversi sint.

L X I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sæculo, ut videtur, decimo quarto scriptus. Ibi continentur:

1.° Anonymi oratio in opus sex dierum. Initium desideratur.

2.° Anonymi opusculum de quadragesimæ institutione.

3.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de amore Dei, in Armenum conversa.

4.° Anonymi homilia in psalmum 45. Desideratur pars major.

L X I I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo quinto, ut videtur, sæculo scriptus. Ibi continentur:

1.° Anonymi de homine disputatio, ad doctrinam morum pertinens.

2.° Anonymi homilia ubi de pœnitentia. Desideratur initium.

3.° Anonymi oratio in Christi resurrectionem.

4.° Anonymi tractatus de quorumdam animalium natura & proprietatibus.

L X I I I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus anno Christi 1406. Ibi continentur:

1.° Anonymi opusculum de baptismo.

2.° Sancti *Athanasii* symbolum, ubi hæc verba desiderantur, *immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus*.

3.° *Nersis* Armenorum Patriarchæ fidei professio, ubi Spiritum sanctum à Patre tantum procedere statuit.

4.° Anonymi opusculum adversus Theodoretum, in hæc Evangelii verba; *Pater confiteor tibi, quia semper me audis*.

5.° Responsa *Timothei* Antiocheni Patriarchæ, ubi varia Novi Testamenti loca exponuntur.

6.° Anonymi opusculum, quo mysterii Trinitatis veritas Mosis, Davidis, sancti Joannis & Salomonis auctoritate adversus Mahummedanum quemdam astruitur.

7.° Tractatus de motu cælorum, anno 1286. in gratiam Baronis Vakhitanka scriptus à *Joanne* d'Esnik, qui tum commorabatur in urbe Tiphikis, regni Iberiæ metropoli. Joannes autem in eo tractatu Peripateticorum doctrinam sequitur.

8.° Sanctorum doctorum quæsita & responsa, ubi de Adamo, Elia, Enocho & Christo Domino.

9.° *Gregorii* Nazianzeni opus, quo respondet variis quæstionibus sibi à sancto Basilio propositis, ubi de igne, terra, universo, & sole. Opus commentitium.

10.° Anonymi disputatio, ubi de auctoribus canticorum & ritualis Armeni differitur.

L X I V.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus sub finem sæculi decimi sexti. Ibi continentur:

1.°. Variæ homiliæ, quarum auctores feruntur sanctus *Ephræmus*, *Joannes Chrysostomus*, *Theophilus*, *Joannes* de Mandagouni Armenus, beatus *Elisæus* Armenus, doctor *Elisæus* Armenus, doctor *Vardan* Armenus, doctor *Georgius* Armenus, & doctor *Gregorius* Armenus.

2.° Canones & præcepta ad matrimonium spectantia, digna quæ legantur.

L X V.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Christi 1634. scriptus. Ibi continentur:

1.° Historia Antichristi, & illorum quæ eventura sunt dum in terris versabitur. Auctoris nomen ignoratur.

2.° Anonymi cantica duo in honorem beatæ Virginis.

3.° Colloquium sancti *Gregorii* Illuminatoris cum angelo.

4.° Urbs ahenea, fabula romanensis, ex

Arabica lingua in Armenam conversa. Fabulæ illi altera subjungitur cujus desideratur initium.

5.° *Joannis* d'Esnik monita ad doctrinam morum pertinentia.

6.° Sancti *Gregorii* Agrigentini vita, è Græco, ut videtur, in Armenum conversa.

7.° Paralyticus sanatus à Christo, multos post Ascensionem annos Hierosolymam reduci. Opus commentitium.

8.° Historia sanctæ Mariæ, sub nomine fratris Masini notæ, ab Armeno quodam è Græco, ut videtur, conversa.

9.° Historia sanctæ Euphrosynæ, è Græcis quoque fontibus.

10.° Historia unionis Græcos inter & Armenos institutæ, imperante Michaële Palæologo.

11.° Visio doctoris *Joannis* de Carni.

12.° Quæstiones ad logicam, moralem & physicam spectantes, ex Aristotelis scriptis excerptæ.

13.° Historia vestis Christi.

14.° Historia variarum peregrinationum quas Martyr d'Esnik in Armenia episcopus, sex aut septem annorum decursu suscepit.

15.° Patriarcharum Abrahami, Isaaci, Jacobi & Josephi historia.

LXVI.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sub finem sæculi decimi septimi scriptus. Ibi continentur:

1.° Narratio fabulosa ingressus Christi in urbem Hierosolymam.

2.° Historia passionis Christi, & judicii ea de causa adversus Pilatum ab Imperatore Tiberio pronuntiati. Opus apocryphum.

3.° Quæstiones variæ multa fabulosa de Christo & apostolis complectentes.

THEOLOGI.

In-quarto.

LXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo quarto, ut videtur, sæculo scriptus. Ibi continentur anonymi tractatus ad theologiam pertinentes, in sex divisi sectiones, quarum prima, secunda & tertia desiderantur. In reliquis tribus disseritur de Deo, angelis, opere sex dierum, Adami & Evæ creatione. Sequuntur 82. quæstiones in Pentateuchum, quarum 54. desunt.

LXVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo quinto, quantum conjicere licet, sæculo scriptus. Ibi continentur *Gregorii* Tathevatsi orationes sexdecim, quas inter una in laudem Theodori martyris militum præfecti.

LXIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Christi 1614. scriptus. Ibi continentur:

1.° *Joannis* de Carni monita ad doctrinam morum pertinentia.

2.° Sancti *Jacobi* Serugensis episcopi homilia, è lingua Syriaca in Armenam ab anonymo conversa, ubi de sede Antiochena ab apostolis Petro & Joanne instituta.

3.° Pharmani filii Zermanazani Syriæ Regis historia, inter romanenses fabulas numeranda.

4.° Monita *Khikar* sapientis ad Nathavem filium, fabula quoque romanensis.

5.° Somniorum interpretatio, cujus *Daniel* auctor temerè fertur.

6.° Historia commentitia, ubi de septem Diocletiani præceptoribus.

LXX.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Christi 1666. in urbe Dierbekir scriptus. Ibi continentur:

1.° *Gregorii* Tathevatsi homiliæ tres.

2.° *Joannis* Orotnesi commentarii in Evangelium sancti Joannis.

3.° *Gregorii* Tathevatsi scholia in Canticum canticorum.

4.° Ejusdem homiliæ quatuor.

5.° Anonymi historia sanctæ Crucis, & quomodo illius partem uxor Sionensis principis impetravit.

6.° Epistola qua sanctus Sylvester & sanctus Gregorius Illuminator fœdus inter se contrahunt.

7.° Prophetia *Nersis* magni, de evertendo Armeniæ regno.

8.° Doctoris *Vardan* commentarius in Canticum canticorum.

LXXI.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus sæculo decimo sexto. Ibi continentur *Joannis* Orotnesi, & *Gregorii* Tathevatsi

tractatus theologici, quorum primus & secundus adversus Muhammedanos; tertius de Deo, angelis & dæmonibus; quartus de opere sex dierum; quintus de hominis creatione; sextus in Pentateuchum; septimus in Josuam, Judices & quatuor libros Regum; octavus de incarnatione; nonus de ecclesia; decimus de iis quæ ad alteram vitam spectant.

LXXII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus anno Christi 1701. Ibi continentur:

1.° *Vardan* tractatus de aqua calici non immiscenda.

2.° Anonymi tractatus, ubi probare nititur Spiritum sanctum à Patre tantum procedere.

3.° Anonymi tractatus, ubi astruitur Christo unam naturam, unam voluntatem & unam operationem inesse.

LXXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Christi 1300. scriptus. Ibi continetur *Joannis* Odinetsi schismaticorum antesignani, de una tantum in Christo natura tractatus. Is *Joannes* Armenorum Patriarcha renunciatus est anno 718. Desideratur initium.

Is codex descriptus ex alio quem sua manu exaraverat Gregorius mortuo Joanne, cujus discipulus fuerat, Armenorum Patriarcha renunciatus. Ad calcem vero hæc amanuensis verba leguntur. *Ego Eutropius Georgianus, qui incolo verticem montis Armeni in deserto sancti Joannis, tractatum illum in Bibliotheca magni monasterii de Skenrra repperi & descripsi.*

LXXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, antiquus, ut videtur. Ibi continentur:

1.° *Pauli* de Taron doctoris & philosophi oratio, qua acerbè invehitur in concilium Chalcedonense.

2.° Anonymi tractatus, ubi de modo illis respondendi, qui duas in Christo operationes intrinsecas admittendas esse defendunt.

3.° *Stephani* Siuniensium episcopi oratio adversus illos qui duas in Christo naturas agnoscunt.

4.° Anonymi oratio adversus concilium Chalcedonense.

5.° *Stephani* Siuniensis episcopi responsum ad epistolam Antiocheni Patriarchæ de admittendis duabus in Christo naturis, voluntatibus & operationibus.

6.° Doctoris *Vardan* tractatus, ubi de rebus ad geographiam spectantibus.

7.° Anonymi geographiæ compendium.

8.° Anonymi tractatus de cæremoniis in officio ecclesiastico servari solitis.

9.° Anonymi historia septem primorum œcumenicorum conciliorum, ubi de episcopis qui interfuere, & dogmatibus quæ in singulis definita sunt.

10.° Tractatus de sacerdotio.

11.° Anonymi opusculum de admittenda una in Christo natura, operatione & voluntate.

LXXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi fragmentum, ubi de Christi Incarnatione Catholicorum more differitur.

LXXVI.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Nersis* Lampronensis Tarsi episcopi, tractatus de Trinitate, Incarnatione, hierarchia ecclesiastica, liturgia, aliisque rebus similis prope argumenti. Hujusce tractatus pars dimidia & amplius desideratur.

2.° *Dionysii* quædam de usibus in ecclesia receptis. Is *Dionysius* idem fortasse cum illo, qui de hierarchia ecclesiastica scripsit.

3.° *Nersis* Lampronensis observationes, ubi memoriæ prodidit tractatum de quo supra, à se inchoatum anno ætatis vigesimo quarto. Alia quædam ad horumce temporum historiam reperies.

4.° *Nersis* alterius, à quo exscriptus ille tractatus anno 1207. observationes, ubi nonnulla ad historiam pertinentia.

5.° Nersis Lampronensis elogium auctore *Gregorio* presbytero, qui Nersis presbyteri, Nersis alterius propinqui precibus adductus operi manum admovit. Ad calcem legitur Nersem Lampronensem anno Christi 1200. mortuum esse.

6.° *Gregorii* ejus nominis tertii Armenorum Patriarchæ epistola ad quosdam presbyteros Armenos in Mesopotamia degentes, qui naturam Christi divinam passibilem esse defendebant. Hæc autem epistola à *Nerse*

quarto Gregorii avunculi jussu scripta dicitur.

7.° *Nersis* quarti Armenorum Patriarchæ ad Manuelem Comnenum Imperatorem epistola de variis fidei capitibus in Armenia receptis.

8.° *Nersis* oratio jussu Gregorii quarti habita in concilio Tarsensi anno Christi 1179.

9.° Leges fœderis Græcam inter & Armenam ecclesias ineundi, à Græcis propositæ, una cum Armenorum ad singula capita responsis.

10°. Conditiones Græcis propositæ, ut pax inter utramque ecclesiam sanciretur.

11.° Carmen in laudem Nersis quarti Armenorum Patriarchæ, auctore *Nerse* sororis filio.

THEOLOGI.

In-octavo.

LXXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sub finem decimi quinti sæculi exaratus. Ibi continetur summa sancti *Thomæ* initio & fine mutila. Incipit à quæstione secunda, desinit ad quæstionem 95. Interpretationis illius auctorem crediderim Dominicanum quemdam, ex eorum numero qui schismatis debellandi causa in Armenia domicilium olim collocarunt.

LXXVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo quarto sæculo exaratus. Ibi continentur:

1.° *Gregorii* Narekensis orationes 95. rogatu cœnobitarum Narekensium scriptæ, quibus illos ad tuendam instituti sui sanctitatem hortatur. Floruit *Gregorius* sub finem decimi sæculi.

2.° Doctoris *Vardan* carmen Nerse Armenorum Patriarcha postulante scriptum, ubi acerbè invehitur in diabolum lapsus primi parentis auctorem.

3.° Ejusdem aliud carmen, ubi de naturæ humanæ infirmitate conqueritur.

4.° *Nersis* preces viginti tres, quæ psalterio subjungi solent. Quatuor ultimæ desiderantur.

5.° *Gregorii* Narekensis commentarius brevis in Cantica canticorum.

LXXIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo quinto, ut videtur, sæculo scriptus. Ibi continetur tractatus de una in Christo natura, una voluntate & una operatione. Desideratur initium.

LXXX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, cujus pars major sæculo decimo sexto exarata est. Ibi continentur:

1°. *Thomas* à Kempis, de imitatione Christi, è Latina lingua in Armenam ab anonymo conversus anno 1670.

2.° Epistola sancti *Leonis* ad Flavianum adversus Eutychem, una cum decreto concilii Chalcedonensis adversus Monophysitas.

3.° Catalogus nominum, ut & errorum qui in scriptis occurrunt schismaticorum quindecim, qui Eutychianorum partes majori cum doctrinæ laude in Armenia foverunt.

4.° Poëma in laudem sancti cujus nomen reticetur, auctore *Joanne* Edesseno.

5.° Forma & nomen notarum musicarum quibus in canendis hymnis Armeni utuntur.

6.° Anonymi lexicon Armenum, quo voces hujusce linguæ obscuriores aliis magis obviis exponuntur.

7.° Nominum Hebraïcorum quæ in Veteri Testamento occurrunt interpretatio.

8.° Anonymi carmen de expugnata Constantinopoli à Mahumede II. Turcarum Imperatore.

9.° Historia mortis Mouchet, Armenorum ducis, qui sæculi quinti initio vivebat. Sequuntur alia duo opuscula, in quorum priore recensentur varia loca ubi Armenorum Patriarchæ consecrati sunt. In altero narratur ingens illa fames quæ Armenos vexavit anno 952. Omnia ex historia Arna Matthæi exscripta sunt.

10.° Historia ubi narratur quomodo Arabum exercitus Edessam usque pervenerit. Sub finem non pauca desiderantur.

LXXXI.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sub finem sæculi decimi septimi scriptus. Ibi continentur:

1.° *Mikhithar* doctoris Armeni, è schismaticorum numero, tractatus theologici octodecim. Novem primis auctor sedis Romanæ primatum oppugnat, octo sequentibus Catholicorum sententiam de duabus in Christo naturis evertere conatur. Ultimus tractatus adversus illos est qui Christi corpus

dolori obnoxium fuisse contendunt. Floruit *Mikhithar* decimo tertio sæculo, magna apud suos ingenii & doctrinæ laude celebris; linguarum enim Græcæ, Arabicæ, & Persicæ peritissimus habebatur.

2.° Doctoris *Vardan* scriptum, quo jussu Constantini Patriarchæ respondet epistolæ Innocentii IV. summi Pontificis, ad Haytonem Armeniæ Regem.

3.° Opuscula quædam ubi Monophysitarum errores defenduntur.

4.° Epistolæ *Nersis* Lampronensis Armenorum Patriarchæ, ad Manuelem Palæologum Imperatorem, & ejusdem *Manuelis* ad Nersem litteræ.

5.° Anonymi epistola, ubi de unione Græcos inter & Latinos instituta Martini IV. temporibus.

6.° Catalogus Patriarcharum Armeniæ ad Nersem usque nomine quartum.

7.° Anonymi canticum in laudem beatæ Virginis, adjunctis notis.

LXXXII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus decimo septimo sæculo. Ibi continentur:

1.° Patris *Joannis* Holove, è sancti Antonii sodalitio, tractatus theologicus. Dividitur in duas partes; prior est de Dei unitate & Trinitate personarum in Deo; altera de Jesu-Christo tanquam vero Messia agnoscendo.

2.° Ejusdem tractatus alter theologicus, ubi duarum in Christo naturarum veritas multis scripturæ & Patrum testimoniis astruitur.

LXXXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus anno Christi 1692. Ibi continentur:

1.° Epistola patris *Joannis* Holove Armeni, è sancti Antonii sodalitio, adversus illos qui Christum dolori non fuisse obnoxium contendunt.

2.° Fabula romanensis, è Gallica lingua in Armenam ab anonymo conversa, cujus titulus Equitis Paridis, & formosæ Viennæ Viennensis Delphini filiæ amores. Utrumque opus manu patris Holove exaratum est.

JUS CANONICUM.

In-quarto.

LXXXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur Kanonaghirq, id est liber canonum apud Armenos receptorum. Ibi occurrunt:

1.° Canones *Isaaci* primi Armenorum Patriarchæ, qui sæculo quinto floruit.

2.° Canones post illius mortem conditi, sedatis tandem dissidiis quæ in Armenia majore exorta erant.

3.° Epistola episcopi Sevandiæ. Quo tempore vixerit adhuc incompertum.

4.° Canones *Joannis* cognomine Philosophi, forsan *Joannis* de Mandakoun decimi quarti Armenorum Patriarchæ sub finem sæculi quinti.

5.° Epistola *Abrahami* episcopi Mamikonensium apud Armenos, ad Vadjakan Albaniæ Regem.

6.° Canones *Joannis* de Sioun.

7.° Canones *Sionis* trigesimi octavi Armenorum Patriarchæ.

8.° Canones conditi cura Vadjakani Albaniæ Regis in concilio ejusdem ecclesiæ.

9.° Canones concilii in oppido Devin habiti circa annum 520. Nerses Armenorum Patriarcha, & episcopi septemdecim quibus constabat illud concilium, ibi Monophysitarum errores stabiliverunt.

10.° Canones *Elisæi* quinquagesimi secundi Armenorum Patriarchæ.

11.° *Nersis* quarti decreta & canones, ad sanciendam disciplinam ecclesiasticam.

12.° Canones concilii de Carni, hodie Erzerum, jussu Imperatoris Justiniani habiti, quo in concilio Monophysitarum errores defensi.

13.° Canones *Simeonis* Albanorum Patriarchæ schismatici.

14.° Canones latrocinii Ephesini.

15.° Tractatus quidam, ubi de disciplina ecclesiastica.

16.° *Toib* presbyteri tractatus de non edendis animalibus immundis.

Is codex, quantum conjicere licet, sæculo decimo quinto exaratus est.

LXXXV.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno 1714. scriptus. Ibi continentur:

1.° Colloquium in concilio Chalcedonensi coram Imperatore Marciano habitum, Melitem inter Macedoniæ Metropolitam duarum in Christo naturarum defensorem, & Mosem grammaticum Davidemque philosophum, qui unam tantum naturam admittendam esse contendebant.

2.° Argumenta è libris sacris & Patribus petita, ad defensionem unius in Christo naturæ.

3.° Disputatio ubi probatur Christi ortum & baptisma uno & eodem die esse celebrandum.

4.° Patrum testimonia adversus illos qui agnum paschalem diebus festis paschatos à Christo non esse comesum asserebant.

5.° Anonymi disputatio adversus Arium & Nestorium instituta, qui in sacrificio missæ sal, oleum, & aquam, si auctori fides, adhibenda esse existimabant.

6.° Patrum testimonia, quibus astruitur voces illas *crucifixus es*, usurpandas esse.

7.° Adductum è concilio Nicæno secundo testimonium adversus illos qui nolebant agapis interesse.

8.° De sex Mariis quarum in Evangeliis mentio, & de apostolorum beatæque Virginis communione disputatio.

9.° Anonymi de septem conciliis generalibus; Nicæno videlicet primo, Constantinopolitano primo, Ephesino primo, Ephesino secundo latrocinii Ephesini nomine vulgo noto, Chalcedonensi, Constantinopolitano secundo, & Nicæno secundo. Tria autem postrema, ideo ab auctore repudiantur, quod duas in Christo naturas esse definiverunt. Sequuntur septem Armeniæ concilia, quorum primum in parte Orientali hujusce regni septem annis post mortem Isaaci secundi Patriarchæ, & proinde circa annum Christi 470. habitum esse dicitur. Interfuere episcopi 40. & magnus doctorum & optimatum numerus. Ibi confirmata decreta Gregorii Illuminatoris, & concilio Chalcedonensi anathema dictum. Secundum in oppido Carni habitum est, jussu Imperatoris Justiniani. Constabat episcopis Græcis, Latinis, Armenis, Albanis & Iberis. Ibi quoque concilio Chalcedonensi anathema dictum, damnataque sancti Leonis Papæ epistola. Huic concilio Isaacus secundus præfuisse dicitur, quod tamen cum Patriarcharum Armenorum chronologia consistere nequit. Tertium in urbe Devin, olim Artaxata habitum est anno 520. jussu Nersis Ædificatoris appellati. Interfuere episcopi 17. & ingens doctorum & optimatum numerus. Ait auctor tunc imperasse Constantinum, quod etiam rationibus chronologicis adversatur. Quartum concilium, quod vulgo magnum appellant, habitum in oppido Manazkert, anno Christi 724. jussu Joannis Odsnetsi schismaticorum antesignani, & Armenorum Patriarchæ. Quintum habitum est in oppido Bardau Albaniæ Metropoli, sedem hujusce regni patriarchalem obtinente Gregorio. Interfuit huic concilio Simon Armenorum Patriarcha. Sextum habitum est in Albania temporibus Vatchakani seu Vadjakani Regis, cujus precibus convenere episcopi & Armenorum optimates. Septimum in Albania quoque habitum est octavo sæculo. Præfuere Simeon Albaniæ & Elias Armeniæ Patriarchæ, qui paulo antea Nersen concilii Chalcedonensis defensorem sede patriarchali Albaniæ deturbarant.

Ex iis quæ hactenus allata sunt, obscurum est nemini scriptorem anonymum infensissimum ecclesiæ hostem fuisse; quare mirum videri non debet nullam ab eo mentionem fieri conciliorum quæ Catholicam doctrinam defenderunt, quorum primum numeratur concilium in urbe Carni jussu Heraclii Imperatoris habitum. Ibi Ezer Patriarcha Armenorum & ejusdem gentis episcopi Chalcedonense concilium susceperunt. Secundum ineunte sæculo decimo habitum. Ibi Zacharias quadragesimus septimus Armenorum Patriarcha & episcopi hæresim ejurarunt. Tertium in monte Ararat contra presbyteros qui Saracenorum ope episcopatus invadebant, habitum anno 1167. Interfuere maximus episcoporum, doctorum & optimatum Armeniæ numerus. Quartum Tarsi habitum, ubi de sancienda Græcam inter & Armenam ecclesias concordia.

10.° Opusculum ubi quæritur, quo sensu Petrus apostolorum caput dicendus sit.

11.° Quæstio an Armeni in excommunicatorum classem ideo referendi, quod à cæteris ecclesiis divulsi sint.

12.° Opusculum quo auctor probare conatur buccellam Judæ porrectam non esse Christi corpus.

13.° Disputatio adversus Occidentales, qui communionem sub una tantum specie administrant.

14°. Gregorii Tathevatsi vita.

15.° Catalogus hæreticorum à Simone ad Severianos usque.

16.° Historia Nicolai Armenorum in Polonia episcopi, imperantibus Ladislao & Casimiro.

17.° Historia fabulosa mortui cujusdam, qui cum efferretur damnatum se esse declaravit.

HISTORIA.

In-folio.

LXXXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper

nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur Aiſmavourq, ſive opus vitas ſanctorum complectens, quod apud Armenos Menologii & Martyrologii locum obtinet. Obſervandum autem eſt 1.° Armenos in ejuſmodi libris ſecus quam in aliis eorum monumentis, annum inchoare à die Auguſti noſtri undecima. 2.° Menſes quibus ibi utuntur, conſtare diebus triginta, rejectis ad anni finem quinque reliquis quos Aveliq appellant, id eſt, additos.

Noſtrum hunc codicem ſcripſit Simeon quidam preſbyter anno Chriſti 1316. temporibus Conſtantini ſecundi Cæſareenſis Armenorum Patriarchæ ſeptuageſimi quarti, & Ochini Regis Armeniæ. Addit Araqelem tum provinciæ Krim epiſcopum fuiſſe.

LXXXVII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ubi, ut in eo de quo ſupra, continetur Aiſmavourq, vitas ſanctorum & alia monumenta complectens Armeniæ & Syriæ peculiaria, de quibus aut nihil, aut pauca tantum Græci ſcriptores tradiderunt. Inter illa monumenta principem ſibi locum vindicant,

1.° Hiſtoria fundationis monaſterii ſancti Joannis de Glaka prope Euphratem; quod ſi auctori fides, Gregorius Illuminator ſedes epiſcopales 400. & amplius in Armenia inſtituit.

2.° Martyrium ſancti Stephani Oulnetſi & triginta illius ſociorum, imperante Juliano Apoſtata.

3.° Martyrium ſancti Atom, & ejus ſociorum, ſub Iſdegerde Perſarum Rege.

4.° Vita ſancti Iſaaci magni ejus nominis ſecundi, decimi Armenorum Patriarchæ.

5.° Vita ſanctorum interpretum Iſaaci ſecundi & Meſropi, qui characteres Armenos anno Chriſti 1440. excogitaſſe fertur.

6.° Martyrium SS. Oſki & ſociorum, ſub Artaxerxe Armeniæ Rege.

7.° Vita ſancti Jacobi Serugenſis in Syria epiſcopi.

8.° Vita SS. Thathoul, Vari & Thomæ diſcipulorum ſancti Nerſis ſexti Armenorum Patriarchæ.

9.° Martyrium ſancti Gregorii Albanorum Patriarchæ, filii Virthanis & nepotis Gregorii Illuminatoris.

10.° Martyrium ſancti Dozana epiſcopi de Vizandis, ſub Sapore.

11.° Vita ſancti Machetots quadrageſimi noni Armenorum Patriarchæ anno Chriſti 893.

12.° Martyrium ſancti Bardiſſo, ſub Sapore.

13.° Martyrium ſancti Kharethas Sabæ in Æthiopia, Juſtiniano imperante.

14.° Vita ſancti Simbat Armenorum ducis, qui Choſroïs juſſu feris expoſitus incolumis evaſit, & vixit ad Saporem uſque ejus filium.

15.° Vita ſanctorum Nino & Mane, qui prima religionis chriſtianæ fundamenta ſæculo tertio in Albania jecerunt.

16.° Martyrium Nohphor mulieris Armenæ, quæ diros à Turcis in Chriſtianæ religionis odium cruciatus perpeſſa eſt anno 1494.

17.° Martyrium SS. Yakith, Pigaſte & Anembeſte, ſub Sapore.

18.° Martyrium SS. Markhas & Koſphar in oppido Ciliciæ Sis.

19.° Martyrium SS. Moli epiſcopi, Bour & Chine quarto ſæculo apud Perſas interemtorum.

20.° Martyrium ſancti Belhſabæ epiſcopi Kertæ in Meſopotamia quarto ſæculo.

21.° Vita ſancti Nerſis ſexti Armenorum Patriarchæ, & Khada illius diaconi, qui ſub finem ſæculi quarti vixerunt.

22.° Martyrium ſancti Nerſan epiſcopi, ſub Sapore.

23.° Hiſtoria litterarum Armenarum à ſancto Meſropo inventarum in oppido Balou prope Euphratem.

24.° *Moſis* grammatici oratio, qua deflet ademtum Arſacidis Armeniæ regnum.

25.° Vita ſancti Tiridatis Armeniæ Regis.

26.° Vita Stephani cujuſdam è Monophyſitarum ſecta, qui Imperatoris Conſtantini Copronymi temporibus floruit.

27.° Martyrium SS. Abrahami & Khorone, ſub Iſdegerde.

28.° Vita Joannis de Carni, è Monophyſitarum ſecta, multis operibus clari.

29. Vita Stephani doctoris Armeni filii Ouſkan, quem Monophyſitis addictum fuiſſe veriſimile eſt. Vixit enim decimo tertio ſæculo, quo Armenia fere omnis in ſchiſmaticorum partes tranſierat.

30.° Vita doctoris Kakhig filii principis Ivan, anno Chriſti 1384. mortui.

31.° Vita ſancti Euthymii in oppido Armeniæ Melitene nati, qui multa cœnobia inſtituit imperantibus Theodoſio & Gratiano.

32.° Martyrium SS. Iſaaci & Joſephi à Saracenis interfectorum imperante Nicephoro.

33.° Vita Barſumæ monachi in oppido Armeniæ Melitene nati.

34.° Vita SS. Epiphanii & Chalita, diſcipulorum ſancti Danielis chorepiſcopi in provincia Taron Armeniæ minoris.

35.° Martyrium ſancti Zonat presbyteri, ſub Sapore.

36.° Hiſtoria mortis Nerſis doctoris Armeni, è ſchiſmaticorum ſecta celeberrimi, qui anno 1284. in monaſterio de Kladſor ſupremum diem obiit.

37.° Martyrium ſancti Abrahami in oppido Perſiæ Ardevil nati, ſub Sapore.

38.° Vita doctoris Mikhitar ſchiſmatici, qui in monaſterio de Medzopa provinciæ Argis diem ſupremum obiit anno 1337.

39.° Martyrium Imar à Turcis anno 1416. interfecti.

40.° Martyrium ſancti Abdonis epiſcopi urbis Nerdoul in Perſia.

41.° Martyrium Avag Perſæ anno 1370. interfecti in oppido Bales.

42.° Martyrium ſancti Iſtibouzit anno 551. in crucem ſublati in oppido Devin, olim Artaxata, auctore *Nerſe* quodam, ſupplicii teſte oculato.

43.° Vita ſancti Eliſei doctoris Armeni & diſcipuli ſancti Iſaac decimi Armenorum Patriarchæ.

44.° Vita ſancti Gregorii de Nareka, doctoris Armeni, decimo ſæculo celeberrimi.

45.° Martyrium SS. Joannis & Barachiæ, ſub Sapore.

46.° Martyrium Vahanis Principis Kolthenes, anno Chriſti 730.

47.° Martyrium Davidis à Saracenis interfecti in oppido Devin anno 676.

48.° Martyrium ſancti Baſimi abbatis, ſub Sapore.

49.° Vita ſancti Khouſimi cœnobitæ in quadam Armeniæ regione Mokiq appellata, quæ aliter provincia Magorum vocatur.

50.° Martyrium ſanctorum Iſaaci & Hamazaſbis Armeniæ principum, anno 781.

51.° Martyrium SS. Adavi, Ormiſdanis & Benjamini, ſub Iſdegerde.

52.° Vita Joannis Odſnetſi ſchiſmatici octavo ſæculo Armenorum Patriarchæ.

53.° Martyrium ſancti Iſaaci, in oppido Perſiæ Chahaſtan, alias Tauris, à Mahumedanis interfecti anno 1417.

54.° Vitæ Joannis Orotneſi & Gregorii Tathevatſi ſchiſmaticorum.

55.° Martyrium ſancti Bati, ideo interfecti quod ignis & ſolis cultum ſuſcipere noluiſſet.

56.° Vita Georgii Kouri ex oppido Argis.

57°. Martyrium ſancti Theodori, ſub Tiridate.

58.° Martyrium SS. Abdavi & Abdichavi in Perſia interfectorum.

59.° Martyrium SS. Bardichavi, Iſaaci & Simeonis, ſub Sapore.

60.° Martyrium ſanctæ Yezanloukhid in oppido Bethoula provinciæ de Kermanik in Aſia minori prope Euphratem, imperante Sartan.

61.° Martyrium Principum Armenorum Davidis & Gorghen, anno 853. ab Arabibus interfectorum qui tunc Armeniam occuparunt.

62.° Vita Achozi, ſive Aſſozi Regis Armeniæ, pietate & rebus geſtis clariſſimi, qui imperare cœpit anno 961.

63.° Martyrium ſanctarum Theclæ, Eunemiæ, Marthæ & Mariæ virginum, ſub Sapore.

64.° Martyrium magni Armenorum numeri, à Turcis propter fidem interemtorum anno 918.

65.° Martyrium ſancti Barbachemen epiſcopi in Perſia.

66.° Martyrium ſancti Chriſtophori, ubi nulla ex iis fabulis quæ in Græcorum & Latinorum ſcriptis occurrunt. Ab auctore memoriæ proditum interemtum fuiſſe in Anthropophagorum regione: quod ſi doctori Vardan fides, Anthropophagi illi in territorio Sinopeo collocandi ſunt.

67.° Martyrium Joſephi à Saracenis in oppido Devin interemti anno 1167.

68.° Martyrium Zachariæ Patriarchæ Aghtamaris in Armenia anno 1393.

69.° Martyrium Choſroæ adoleſcentis in oppido Albaniæ Gandſa interemti.

70.° Martyrium Melchiſedechi & Karapetis, anno Chriſti 1403.

71.° Vita ſancti Nerſis Lampronenſis Tarſi epiſcopi; obiit anno Chriſti 1200.

72.° Martyrium ſanctæ Gorandoukhit, ſub Hormiſda Rege Perſarum.

73.° Vita Stephani Siunienſis epiſcopi, magni inter ſchiſmaticos nominis ſæculo ſeptimo.

74.° Martyrium ſanctæ Goharinæ illiuſque fratrum, Sebaſtæ à Saracenis interemtorum.

75.° Vita ſancti Gregorii ejus nominis ſecundi, ſexageſimi Armenorum Patriarchæ, qui ſub finem undecimi ſæculi floruit.

76.° Vita Melirik cœnobitæ in deſerto vicino urbis Sis in Cilicia.

77.° Martyrium sanctorum Leonidæ & Leontii presbyterorum Armenorum, jussu Isdegerdis, idque temporibus Josephi duodecimi Patriarchæ Armeniæ.

78.° Vita Nersis de Kla sexagesimi tertii Armenorum Patriarchæ, qui supremum diem obiit anno 1173.

79.° Martyrium sancti Vardan & sociorum sæculo quinto, cum Armenia in Persarum ditionem concessit.

Is codex sæculo decimo sexto antiquior esse non potest. Ibi enim occurrit martyrium mulieris cujusdam quod anno 1494. contigisse fertur. Exaratus autem, ut & Aismavourq de quo supra, ab homine Catholicis infenso, ut ostendunt tot schismaticorum vitæ.

LXXXVIII.

Codex bombycinus, quo continetur Aismavourq, vitas sanctorum complectens, quarum pleræque è Græcis conversæ sunt, paucæ tantum ad Armeniam ecclesiam pertinent. Reperiuntur prætcrea homiliæ quædam & orationes.

1.° Oratio sancti *Gregorii* Thaumaturgi in laudem Stephani protomartyris; verum de oratione illa altum apud Græcos scriptores silentium: non immerito igitur dubitari potest an germanus sit *Gregorii* fœtus.

2.° *Procli* Constantinopolitani Patriarchæ oratio in laudem sancti Lucæ Evangelistæ, quam frustra in editis Procli operibus requiras.

3.° *Nectarii* Constantinopolitani Patriarchæ in Theodorum martyrem militum præfectum oratio, Græcè edita inter sancti Chrysostomi homilias.

4.° *Gregorii* Narekensis oratio in duodecim apostolos.

5.° Epistola *Isaaci* Armenorum Patriarchæ ad Mosem grammaticum.

6.° *Chrysostomi* oratio in laudem sancti Gregorii Illuminatoris.

7.° *Mosis* grammatici oratio in laudem sanctæ Rhiphsimes.

8.° Epistola *Dionysii* ad Timotheum, de sanctorum Petri & Pauli morte, quod opus in apocryphorum classe collocandum.

LXXXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Aismavourq, vitas sanctorum complectens, non illorum solum quos Armenia, sed & aliæ ecclesiæ colunt.

X C.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Christi 1721. scriptus. Ibi continentur:

1.° Epitome historica & chronologica ab Adamo ad annum Christi 1193. è Syriaca lingua in Armenam ab anonymo conversa, auctore *Michaele* Syrorum Jacobitarum Antiochiæ Patriarcha.

2.° Anonymi de sacerdotio tractatus.

3.° *Michaëlis* Antiocheni Patriarchæ professio fidei.

4.° Anonymi, Romanorum, Alexandrinorum, Antiochenorum & Constantinopolitanorum Patriarcharum catalogus.

5.° Anonymi descriptio calamitatum quibus Armeni sæculo decimo tertio conflictati sunt.

6.° Catalogus Regum Armeniæ exscriptus ex opere *Mosis* Khorenensis.

7.° Fœdus initum inter sanctos Sylvestrum & Gregorium Illuminatorem.

8.° Variæ homiliæ.

X C I.

Codex chartaceus, Venetiis in Bibliothecam regiam nuper illatus. Ibi continetur Armenorum historia à diluvio ad annum usque Christi 920. auctore *Joanne VI.* qui Armenorum Patriarcha anno 900. renuntiatus est.

HISTORIA.

In-quarto.

XCII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus sæculo decimo quarto. Ibi continentur:

1.° Anonymi compendium historiæ Regum Armeniæ, ad annum usque Christi 1351.

2.° Duo calendaria, quorum prius ecclesiæ Romanæ, alterum ecclesiæ Græcæ.

3.° Anonymi tractatus, ubi de astrologia.

4.° Anonymi de ratione somniorum explicandorum.

5.° Opuscula varia, illaque brevissima, partim ad doctrinam morum, partim ad historiam Armeniæ spectantia.

6.° Sancti *Basilii* quæstiones, & ad illas sancti *Gregorii* Nysseni responsa.

XCIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli

nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus anno Christi 1233. Ibi continentur:

1.° Epistola ubi exponuntur rationes quibus adductus Manuel Comnenus, pacem Græcam inter & Armenam ecclesias, jam pridem dissidentes stabilire aggressus est.

2.° Græcorum fidei professiones duæ.

3.° Epistola *Manuelis* ad Gregorium tertium Armeniæ Patriarcham, & *Nersis* ad Manuelem responsum.

4.° Expositio doctrinæ quam profitentur Armeni, una cum defensione decretorum illius ecclesiæ, auctore *Nerse*.

5.° Epistolæ reciprocæ *Manuelis* Imperatoris & *Nersis*, & item *Michaëlis* Constantinopolitani, ut & *Gregorii* Armenorum Patriarchæ.

6.° Epistolæ *Manuelis* ad Gregorium, & *Gregorii* ad Manuelem.

7.° *Nersis* epistola jussu Gregorii tertii Armenorum Patriarchæ scripta ad sedanda dissidia quæ inter quosdam theologos de Christi passibilitate vel impassibilitate exorta erant.

Hujusce codicis initio, ut & ad calcem, occurrunt aliquot folia, undecimo, quantum conjicere licet, sæculo exarata. Ibi præter tres homilias & fragmentum de natura hominis, reperitur historia interpretationis Septuaginta, ex *Aristæa* Græco conversa.

X C I V.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus sæculo decimo septimo. Ibi continentur:

1.° Epistolæ & acta varia quæ spectant unionem Græcos inter & Armenos inchoatam imperante Manuele Palæologo.

2.° *Athanasii* tractatus de Verbi incarnatione, è Græco conversus.

3.° Ejusdem tractatus de fide ad Imperatorem Jovianum.

X C V.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sæculo decimo sexto, ut videtur, scriptus. Ibi continentur:

1.° Historia sancti Nersis ejus nominis primi, qui Armenorum Patriarcha anno Christi 370. renuntiatus est; subjungitur narratio principis Mouchet præfecti Armeniæ & Iberiæ, viri rebus bello gestis apud Armenos celebris. Auctor *Mesrop* presbyter, qui sæculo decimo floruit.

2.° Catalogus locorum variorum ubi Armenorum Patriarchæ consecrati sunt.

3.° Historia Armena ab anno Christi 954. ad annum 1083. auctore *Matthæo* monacho Edesseno, qui duodecimo sæculo floruit.

Una cum *Matthæi* præfatione præmittitur index eorum omnium quæ prosecutus est historicus ad annum scilicet Christi 1140. sed historiæ partem eam duntaxat descripsit notarius, quæ ad annum Christi 1083. pertingit.

X C V I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus anno Christi 1664. Ibi continentur:

1.° Genealogia Patriarcharum ab Adamo ad Christum usque.

2.° Chronologia Regum & Patriarcharum Armeniæ, adjunctis annis Olympiadum, Æræ Christianæ & Armenæ, quibus insigniora quæque contigerunt, auctore doctore *Samuele*, qui suam hanc chronologiam ad annum usque 1337. perduxit.

3.° Historia Tamerlani.

4.° Doctoris *Thomæ* historia Cyriaci, anno 1443. renuntiati Armenorum Patriarchæ, & duobus post annis in exilium pulsi.

X C V I I.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus anno Christi 1675. Ibi continetur vita Pii summi Pontificis ejus nominis quinti, è lingua vel Latina, vel Itala conversa à *Gregorio* Dzoridzor verbi Dei ministro. Sub finem desiderantur quædam.

X C V I I I.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Christi 1710. à Baptista quodam qui se parvum nuncupat, exaratus. Ibi continentur:

1.° Tractatus de septem orbis miraculis, è Græco, ut videtur, in Armenum conversus.

2.° Anonymi tractatus de duobus hortis voluptatis, quorum unus in terris, alter in cælo.

3.° Anonymi tractatus, ubi de cælorum motu, Angelis & Amazonibus.

4.° *Joannis*, de cujus ætate non constat, variarum orbis regionum historia in epitomen contracta.

HISTORIA.

In-octavo, &c.

XCIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo septimo, ut videtur, sæculo scriptus. Ibi continentur:

1.° Nersis ejus nominis primi Armenorum Patriarchæ vita, auctore *Mesrop*.

2.° *Matthæi* historia Armena ab anno 954. ad annum 1111.

C.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Brevis chronologia persecutionum quas Armeni religionis causâ in Crimæa perpessi sunt.

2.° Officium in ecclesiis Armenis recitari solitum, una cum illarum ecclesiarum liturgia.

3.° Preces quarum auctores feruntur *Gregorius* Narekensis, & *Nerses* ejus nominis quartus Armenorum Patriarcha.

4.° Monita quædam ad doctrinam morum pertinentia.

5.° Carmina & hymni quibus Armeni uti consueverunt.

6.° Anonymi tractatus geographicus, ubi de nonnullarum urbium longitudinibus.

7.° Fabula romanensis, ubi de Equitis Paridis amoribus.

8.° *Galeni* tractatus de humani corporis fabrica, è Græca lingua in Armenam ab anonymo conversus.

9.° Anonymi opusculum, ubi de quatuor paradisi terrestris fluminibus.

10.° Quæstiones variæ in Evangelia SS. *Basilio* & *Gregorio* Nysseno tributæ.

11.° Nonnullorum scripturæ locorum explicatio, auctore doctore *Vardan*.

12.° Hymni & cantica, Turcicè, verum characteribus Armenis.

CI.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus anno Christi 1615. Ibi continentur:

1.° Historia persecutionis, cujus auctor Vaivoda quidam Græcus, ut Armenos ecclesiæ Græcæ dogmata amplecti cogeret.

2.° Anonymi carmen in honorem martyris cujus ibi nomen non comparet.

3.° Anonymi carmen in laudem Davidis & sancti Jacobi apostoli.

4.° Canticum in Christi Nativitatem.

5.° Urbs ænea, & bellum Salomonis, fabulæ romanenses, ex Arabica lingua in Armenam ab anonymo conversæ. Sequuntur aliæ quædam id genus fabulæ.

CII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus anno Christi 1704. Ibi continentur:

1.° Historia eorum quæ Constantinopoli contigerunt cum Achmet in fratris Mustaphæ locum suffectus est.

2.° Historia eorum, quæ à Turcis Armeni Catholici passi sunt pravis artibus Avetiq Armenorum Patriarchæ, qui duobus post annis ipse in exilium amandatus est.

CIII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus anno Christi 1724. Ibi continentur:

1.° Tractatus unionis institutæ inter sanctum Sylvestrum & Constantinum, sanctum Gregorium Illuminatorem primum Armenorum Patriarcham, & Tiridatem Armeniæ Regem. Opus commentitium.

2.° Horæ, sive liber precum, è Latina lingua in Armenam conversus. Subjiciuntur orationes viginti tres *Nersis* ejus nominis quarti Armenorum Patriarchæ.

CIV.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sub finem decimi septimi, ut videtur, sæculi scriptus. Ibi continentur:

1.° Narrationes fabularum simillimæ, ubi de novem Imperatoribus Constantinopolitanis fit sermo. Auctor initium ducit à Constantino & definit in Tiberio.

2.° Anonymi de statu Armeniæ florentissimo temporibus Constantini magni.

3.° Historia Antichristi in Judæa visi imperante Constantinopoli Tiberio.

4.° *Gregorii* Tathevatsi tractatus, quo Catholicorum de duabus in Christo naturis doctrinam evertere conatur.

5.° Anonymi cujusdam de Incarnatione tractatus.

6.° Formulæ variæ in scribendis epistolis servandæ.

PHILOSOPHI.

In-octavo.

C V.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sæculo decimo quinto, ut videtur, scriptus, & ea quidem elegantia ut paucos pares habeat. Ibi continentur:

1.° *Davidis* logica, ubi nulli addictus sectæ modo Aristotelem modo Platonem refellit.

2.° *Porphyrii* isagoge, interprete *Davide*.

3.° *Aristotelis* categoriæ, interprete eodem.

4.° *Aristotelis* tractatus de interpretatione, una cum *Davidis* commentariis.

5.° *Aristotelis* liber de mundo ad Alexandrum magnum, interprete *Davide*.

6.° *Aristotelis* opusculum de virtute, ad Alexandrum magnum, quod in editis non comparet. Idem fortasse cum illo quod de virtutibus & vitiis inscripserat, & cujus fragmentum in eclogis Stobæi reperias.

7.° *Davidis* tractatus de definitione rerum, & entium divisione.

8.° Veterum philosophorum apophthegmata centum, ubi de rebus ad mores pertinentibus.

9.° Definitiones philosophiæ ordine alphabetico, è Davidis & aliorum doctorum Armenorum scriptis collectæ, opera *Mosis* cujusdam.

C V I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sæculo decimo quinto, ut videtur, scriptus. Ibi continentur:

1.° *Porphyrii* isagoge è Græca lingua in Armenam, conversa studio *Davidis* cognomine Philosophi, una cum illius commentariis. Floruit *David* sæculo quinto.

2.° *Aristotelis* tractatus de interpretatione, ab eodem conversus & commmentariis illustratus.

3.° *Aristotelis* tractatus de mundo, interprete eodem.

4.° *Aristotelis* tractatus de syllogismo, interprete eodem.

5.° Opuscula quinque ad theologiam pertinentia, quorum primo probatur tres tantum in Deo esse personas. Secundo, de Patris proprietatibus disputatur, & definitur quænam illæ sint. Tertio, beatam Virginem Christi matrem esse defenditur. Quarto, Spiritum Christi patrem non esse. Quinto, beatam Virginem in peccato originali conceptam, à cujus labe momento post mundata.

6.° *Davidis* tractatus de ente.

7.° Veterum philosophorum apophthegmata à *Davide* collecta.

8.° *Aristotelis* logica, ab eodem *Davide* in Armenum conversa.

9.° *Davidis* definitiones ad philosophiam pertinentes.

MEDICI.

In-quarto.

C V I I.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sæculo decimo septimo scriptus. Ibi continetur tractatus de febribus auctore *Mikhitar*, qui anno 1184. in urbe Armeniæ Her medicinam profitebatur. In plerisque Medicos Arabas & Græcos sequitur, utriusque enim linguæ peritissimus habebatur.

C V I I I.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sæculo decimo septimo scriptus. Ibi continetur anonymi tractatus de corporis humani fabrica, de generatione & iis quæ ad cibos pertinent. Auctor opus illud anno Christi 1473. absolutum esse tradit. Initio quædam desiderantur.

C I X.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sæculo decimo septimo scriptus. Ibi continetur anonymi tractatus chimicus de metallorum in aurum & argentum convertendorum ratione.

C X.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi fragmentum, ubi de animalium nonnullorum natura & proprietatibus differitur.

MEDICI.

In-octavo.

C X I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, cujus pars decimo septimo, pars decimo sexto

sæculo exarata est. Ibi continentur:

1.° *Galeni* tractatus anatomicus, è Græca lingua in Armenam ab anonymo conversus.

2.° Anonymi quæstiones 289. quibus exponuntur varia Veteris & Novi Testamenti loca, ut & aliæ res complures ad theologiam & liturgiam spectantes.

3.° Varii generis carmina, ubi de civitate Jerusalem, Christi ortu, sancto Jacobo filio Zebedæi, & Rege Abgaro.

4.° Index locorum Terræ Sanctæ quæ peregrino invisenda sunt.

MATHEMATICI.

In-quarto.

CXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo quarto, quantum conjicere licet, sæculo scriptus. Ibi continetur anonymi de astrologia quam judiciariam vocant tractatus; adjuncta ad codicis finem tabula, cujus ope qui dies fausti, qui infausti futuri sint nullo negotio inveniri potest.

CXIII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, circa finem decimi sexti, ut videtur, sæculi scriptus. Ibi continetur anonymi tractatus, cujus pars prior in explicandis astrologiæ quam judiciariam vocant mysteriis versatur. In altera parte reperiuntur preces variæ & lectiones in Evangelio exscriptæ, quarum ope mala depelli, bona procurari vulgus Armenorum superstitiosè existimat.

Hujusce codicis initio occurrunt epochæ quædam non contemnendæ. Prima, schisma Iberos inter & Armenos ortum ad annum Christi 615. refertur. Secunda, regnum Ani in Armenia à Turcis eversum dicitur anno 1066. Tertia, capta à Francis Hierosolyma statuitur anno 1098.

CXIV.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus decimo septimo sæculo. Ibi continetur calendarium ad usum Armenorum, editum ab *Anania* de Chirak, Armeno doctore, qui floruit desinente VII. sæculo. Punctum autem à quo decurrit hoc calendarium, sumitur à Paschate anni Christi 553. qui primus est æræ Armenæ.

MATHEMATICI.

In-octavo.

CXV.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo sexto, ut videtur, sæculo exaratus. Ibi continetur calendarium cujus ope Paschatos dies & festa mobilia inveniuntur. Auctor hujusce calendarii *Jacobus* quidam qui se doctorem de Krim, id est, doctorem Armenorum in Tartaria Krimæa degentium profitetur; quod opus ait à se susceptum rogatu Thomæ doctoris & monachi de Medzoba provinciæ Van. Ibi autem *Jacobus* differit,

1.° De triplici Paschatos festo, quorum primum ab Adamo, secundum à Mose, tertium à Christo institutum.

2.° De mensibus Armenorum, illorumque nominibus.

3.° De epochis Veteris Testamenti & Armenorum, quam Ananiæ de Chirak vestigiis insistens anno Christi 553. incepisse contendit.

4.° De cælorum motu.

5.° De mensura temporum.

6.° De anno bissextili.

7.° De luna.

8.° De æquinoctiis.

9.° De diebus intercalaribus.

10.° De jejuniis Armenorum.

11.° De magno Paschate.

12.° De signis Zodiaci.

13.° De die, mense & anno.

14.° De planetis & illorum cum sole conjunctione.

15.° De methodo ad inveniendum diem Paschatis adhibenda.

16.° De variis apud varias gentes calendariorum auctoribus. Judæi ad Mosem & Esdram suum referunt, Romani ad Aristacem Atheniensem, Ægyptii & Æthiopes ad Leonidam Origenis patrem, Græci & Syri ad Anatolium, Arabes & Macedones ad Origenem, Bithyni & Cappadoces ad Anghrem quemdam; tandem Andreas Byzantinus illa omnia in concordiam redegisse dicitur.

17.° De jubilæo & Hebræorum monetis.

18.° Auctor variis rationibus allegoricis & mysticis Christum natum sub scorpione, baptizatum sub ariete, & crucifixum sub leone statuit.

CXVI.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ſæculo decimo ſexto, ut videtur, ſcriptus. Ibi continetur calendarium cujus ope Paſchatos feſtum, ut & feſta mobilia ab anno 1553. ad annum 2075. inveniri poſſunt. Quod ſi auctori fides, Armeni ab Adamo ad diluvium numerant annos 2242. à diluvio ad extructam turrim Babel 521. ab extructa turri ad Abrahamum 417. ab Abraham ad exitum Iſraëlitarum ex Ægypto 505. ab exitu ad primum templum 480. à primo templo ad ſecundum 511. à ſecundo templo ad Chriſtum 517. à Chriſto ad ſanctum Gregorium Illuminatorem 312. à ſancto Gregorio ad æram Armenam 241. à Chriſto ad Mahumedem 638.

Is codex à Jacobo preſbytero ex præſtantiſſimo exemplari in urbe Marzouan deſcriptus dicitur.

CXVII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Chriſti 1649. ſcriptus. Ibi continetur calendarium, cujus ope feſtum Paſchatos & alia mobilia ab anno 1553. ad annum 2080. nullo negotio inveniri poſſunt.

CXVIII.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo ſexto, ut videtur, ſæculo ſcriptus. Ibi continetur tractatus de magia, ex Arabica lingua in Armenam ab anonymo converſus: dividitur in duas partes; Prior de taliſmanorum conficiendorum ratione, & quomodo illorum ope ea omnia quæ optaveris poſſis conſequi. Altera de ſortibus, ubi multa inſulſa & ſuperſtitioſa reperias.

CXIX.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ſcriptus anno Chriſti 1658. Ibi continentur:

1.° Parzatoumar, vel Barzatoumar, id eſt, calendarium cujus ope dies Paſchatos & feſta mobilia inveniuntur.

2.° Prognoſtica eorum quæ totius anni decurſu eventura ſunt, è præcipuis zodiaci ſignis ducenda.

3.° Prognoſtica eorum quæ ſingulis menſibus eventura ſunt.

4.° De ratione explicandorum ſomniorum.

5.° Quæ futuræ ſint quatuor anni tempeſtates, prognoſticon, è die hebdomados in quem cadit primus anni dies ducendum, & alia ſimilis monetæ.

CXX.

Rotulus bombycinus, longus tres ulnas, tres pollices latus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur variæ preces ſuperſtitioſæ, quibus nimis creduli Armenorum plerique mala averti, bona procurari judicant.

Rotulus ille anno Chriſti 1642. exaratus eſt.

CXXI.

Rotulus bombycinus, duas & amplius ulnas longus, latus tres pollices cum dimidio, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur poſtremæ novem è viginti tribus illis *Nerſis* ejus nominis quarti precibus, quarum magna apud Armenos auctoritas, quæque amuletorum inſtar geſtari ſolent.

Rotulus ille decimo ſeptimo ſæculo videtur exaratus.

GRAMMATICI.

In-folio.

CXXII.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur introductio ad linguam Armenam, Gallicè ſcripta.

CXXIII.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, recentiori manu ſcriptus. Ibi continetur lexicon vocibus circiter 55000. conſtans, & ad hujuſce linguæ intelligentiam imprimis neceſſarium.

GRAMMATICI.

In-quarto.

CXXIV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, initio decimi quinti, ut videtur, ſæculi ſcriptus. Ibi continetur anonymi grammatica Armena, ſub cujus finem regulæ quædam ad carmina pertinentes.

CXXV.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in

in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur introductio ad linguam Armenam, Gallicè scripta.

GRAMMATICI.

In-octavo.

CXXVI.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno 1597. scriptus. Ibi continentur:

1°. Interpretatio vocum Hebraïcarum quæ in Veteris Testamenti libris occurrunt.

2.° Lexicon quo Homeri in Armenam linguam olim conversi, ut & aliorum quorumdam scriptorum voces obscuriores exponuntur.

3.° Lexicon vocum difficiliorum quæ ad grammaticam pertinent.

4.° Vocum quarumdam Persicarum explicatio.

5.° Vocum quæ ad philosophiam pertinent, explicatio.

6.° Vocum difficiliorum quæ in interpretatione Galeni Armena occurrunt, explicatio.

CXXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo sexto sæculo, ut videtur, scriptus. Ibi continentur:

1.° Anonymi grammatica Armena brevis.

2.° Grammatica multo locupletior, auctore *Joanne* d'Eznik, qui hoc suum opus è doctiorum Armenorum scriptis collegit. Sæpius ibi laudatur Maghistros princeps Armenus, ita, ut videtur, ab eximia eruditione appellatus. Ad *Joannem* quod attinet, floruit sæculo decimo tertio.

3.° Anonymi homilia in Christi Resurrectionem. Desiderantur nonnulla sub finem.

CXXVIII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Simonis* Julfensis, doctoris Armeni, grammatica, ubi multa digna quæ legantur.

POETÆ.

In-folio.

CXXIX.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sæculo decimo sexto scriptus. Ibi continetur urbs ænea, fabula romanensis ex Arabica lingua in Armenam ab anonymo conversa. Sub finem nonnulla desiderantur.

POETÆ.

In-octavo.

CXXX.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sæculo decimo quinto, ut videtur, scriptus. Ibi continentur:

1.° *Nersis* quarti Armenorum Patriarchæ carmen de fine mundi, ultimo judicio, malorum pœnis & præmiis bonorum.

2.° Doctoris *Arraqel* elegia centum versibus constans, ubi de infelici peccatoris conditione.

3.° Ejusdem carmen de morte & extremo judicio.

4.° Ejusdem carmen de fugiendis peccatis.

5.° Ejusdem elegia in seipsum.

6.° Ejusdem elegia de pœnis peccatori infligendis.

7.° Anonymi carmen de confessione & pœnitentia.

8.° *Gregorii* carmen quo poëta à peccatis Christianos deterrere, & ad virtutem hortari conatur.

9.° Anonymi carmen de non propulsandis injuriis.

10.° Doctoris *Arraqel* carmen de patientia.

11.° Anonymi carmen de charitate & humilitate.

12.° *Nersis* carmen de jejuniis. Cum autem duo fuerint ejus nominis Poëtæ apud Armenos celeberrimi, unus qui duodecimo, alter qui decimo tertio sæculo floruit, utri illorum hocce carmen tribuendum sit, incertum est.

13.° Anonymi carmen de quadragesima.

14.° Doctoris *Arraqel* carmen in eleemosynam.

15.° Doctoris *Vardan* carmen de Christi adventu & extremo judicio.

16.° Anonymi carmen ejusdem argumenti.

17.° Anonymi carmen de confitendis peccatis.

18.° *Joannis* Plouz carmen de peccatis.

19.° Doctoris *Khatchatour* carmen, ubi à Deo petitur auxilium adversus mala spiritualia.

20°. Ejusdem carmen de turpitudine peccati.

21.° Doctoris *Nalass* de rerum humanarum contemptu.

22.° Doctoris *Karabec* carmen de peccatis deflendis.

23.° Anonymi carmen de pœnitentia.

24.° Anonymi carmen de extremo judicio & inferis.

25.° Anonymi carmen de malorum pœnis, & bonorum præmiis.

26.° *Josaphati* philosophi carmen, quo postulat à Deo ut se immunem à peccatis præstet.

27.° Anonymi carmen de anima.

28.° Doctoris *Arraqel* carmen de lapsu Adami.

29.° Ejusdem de extremo judicio.

30.° Anonymi carmen de paradiso terrestri, & primo homine.

31.° Anonymi carmen de confessionis utilitate.

32.° Anonymi carmen in Armenos principes pietate & fortitudine claros, quos inter Vazaka, Mouchel, & Hamazasb.

CXXXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus anno Christi 1673. Ibi continentur:

1.° Poëma cujus initium, Jesus filius Patris unigenitus, auctore *Nerse* Armenorum Patriarcha. Desiderantur quædam.

2.° Oppidum æneum, fabula ex Arabica lingua in Armenam conversa.

3.° Anonymus de locis Terræ Sanctæ, quæ peregrinus invisere debet.

4.° Trium Magorum historia apocrypha.

5.° Sanctus *Joannes* Damascenus de Trinitate & Incarnatione adversus Judæos, opus è Græca lingua in Armenam conversum.

6.° Viginti fabulæ quarum *Vardan* doctor Armenus auctor est.

7.° Vitæ nonnullorum Patrum deserti, è Græco, ut videtur, conversæ.

8.° Homiliæ complures.

CXXXII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo septimo, ut videtur, sæculo scriptus. Ibi continentur:

1.° *Nersis* hujus nominis IV. Armenorum Patriarchæ, poëma sic dispositum, ut singulis quatuor versibus ænigma proponatur, cujus significatio ad marginem rejecta est. In eo autem poëmate multa de viris Armeniæ illustribus, & quarumdam rerum naturalium proprietatibus.

2.° Schismaticorum quorumdam magni apud Armenos nominis opuscula, videlicet *Pauli* de Taron, *Stephani* Siuniensis episcopi, doctorum *Mikhithar*, *Vardan*, & *Gregorii* Tathevatsi.

3.° Doctoris *Vardan* scriptum, quo jussu Constantini Patriarchæ respondet epistolæ Innocentii quarti ad Haytonem Armeniæ Regem.

CXXXIII.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Doctoris *Arraqel* poëma, ubi de rebus gestis Alexandri Magni.

2.° Ejusdem carmen in laudem sancti Gregorii Illuminatoris.

3.° Ejusdem carmen in laudem sancti Nersis, Patriarchæ Armenorum numero sexti.

4.° Doctoris *Karabec* carmen, quo mores Christiani informare studet.

5.° Anonymi carmen in laudem beatæ Virginis.

6.° Anonymi carmen in Christi Nativitatem.

7.° Anonymi carmen de mari.

8.° Doctoris *Nalass* carmen de rerum humanarum contemptu.

9.° Anonymi carmen de morte.

10.° Doctoris *Nalass* carmen de spernendis divitiis & honoribus.

11.° Anonymi carmen de pœnitentia.

12.° Anonymi canticum quod vindemiarum tempore cani solet.

13.° Anonymi carmen in varias sanctorum classes.

14.° Doctoris *Nalass* carmen, ubi enumerantur varia incommoda quibus viatores obnoxii sunt.

15.° Anonymi ejusdem argumenti poëmation.

16.° Anonymi carmen in laudem Verbi æterni.

17.° Anonymi canticum quod diebus festis Paschatos cani solet.

18.° Anonymi carmen in Nativitatem Christi.

19.° Anonymi carmen in ebrietatem.

20.° Anonymi carmen in eos qui vino nimium dediti sunt.

21.° Anonymi carmen in laudem veris.

22.° Anonymi carmen in Annuntiationem beatæ Virginis.

23.° Anonymi carmen in sanctam Edehmiadsin.

24.° Anonymi carmen in urbem Hierosolymam.

25.° *Joannis* Thourkour carmen de vita sancti Alexii.

26.° Anonymi carmen de castitate.

Is codex viginti lineas longus, tres pollices latus, sub finem decimi quinti sæculi exaratus videtur.

CXXXIV.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus initio & fine mutilus, isque in duas quodammodo partes divisus. Prior fabellarum quarumdam ingeniose confictarum ope, homines ad virtutem amplectendam hortatur. In altera de peccatorum capitalium natura, & remediis ad illa sananda necessariis differitur.

Is codex sub finem sæculi decimi quinti exaratus videtur.

CXXXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus anno Christi 1615. Ibi continentur doctoris cujusdam Armeni nomine *Vardan*, fabulæ quarum pars ab ipso excogitata, pars è Græcis *Æsopi* conversa. *Vardan* autem floruit sæculo decimo tertio.

CXXXVI.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, sæculo decimo septimo exaratus. Ibi continentur:

1.° Fabula romanensis Gallicè olim scripta, cujus titulus Paridis Equitis & Viennæ Delphini Viennensis filiæ amores. Opus è Gallica lingua in Armenam Massiliæ ab anonymo conversum anno 1581.

2.° Anonymi poëma Armenum, ubi de martyrio.

3.° Alterius poëmatos breve fragmentum.

CXXXVII.

Codex chartaceus, decimo sæculo scriptus, quo continetur sententiarum brevitate & acumine maximè insignium collectio divisa in capita duodecim, quorum singula centum id genus sententias exhibent. Auctor Armenis vocibus Persicas non paucas immiscuit.

APPENDIX.

CXXXVIII.

Rotulus bombycinus, quo continetur *Davidis* Ispahanensis archiepiscopi, *Isaaci* archiepiscopi & Armenorum Patriarchæ coadjutoris, & *Stephani* episcopi epistola ad Ludovicum decimum quartum, ubi præsentiam realem in Armena ecclesia semper creditam esse defenditur.

CODICES ARABICI

Vel à Christianis scripti, vel ad Religionem Christianam spectantes.

VETUS TESTAMENTUM.

In-folio.

Codex Primus.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur Veteris Testamenti libri omnes. Præmittitur anonymi præfatio, qui descriptos à se testatur ex Ægyptio exemplari quod *Säidus* Pharumensis monachus Coptus, secutus septuaginta interpretes, è Græca lingua in Arabicam converterat. *Säidus* autem ille anonymo nostro dicitur vir eloquentissimus & sermonis Arabici peritissimus, ab eo tamen multa addita, demta non pauciora, quædam etiam immutata esse conqueritur: cui malo ut occurreret, complures errores, adhibito in consilium doctissimo quodam Rabbino, à se sublatos declarat: verum ejusmodi emendationes non ultra Genesim progrediuntur.

II.

Codex bombycinus, inter antiquos numerandus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur Pentateuchi Arabica interpretatio è codice Hebræo-Samaritano, cujus interpretationis, ut constat è præfatione, auctor *Abulbircat* filius Sahid Basorensis. Is autem cum multos in Saadiæ Judæorum doctoris conversione errores deprehendere sibi visus esset, novam

compluribus codicibus Hebraïcis & Syriacis ad examen revocatis, aggressus est: neque omittendum ad oram codicis occurrere notas nonnullas, quibus variæ lectiones indicantur.

III.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur Pentateuchus Arabicè conversus ex antiqua, nec planè cum vulgatis consentiente interpretatione, quæ propius inspecta, Judaïcis vel Syriacis potius quam Græcis codicibus consentanea videtur.

In præfatione de tradita Judæis Lege, ut & de traditione cujus ope ad eos pervenerit, multa reperias iis similia quæ in eamdem sententiam apud Judæorum magistros in Pirke Aboth Maimonidæ, & cæteris Hebræorum doctoribus leguntur.

Ad hujusce codicis oram, quem in antiquiorum numero non immerito reponas, occurrunt variæ notæ quæ plerumque ad mysticos scripturæ sensus, aut quædam doctrinæ Christianæ capita referuntur.

IV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur Pentateuchus ex Hebraïco Samaritanorum codice in linguam Arabicam conversus. Singulis commatibus præmittitur textus Hebraïcus litteris Samariticis, sed vocibus tantum initialibus designatus. Auctor hujusce interpretationis, ut constat è præfatione, *Abu Sahid* filius Hussein, qui tam arduo operi manum à se admotam ideo testatur, quod in Saadiæ versione apud Samaritanos recepta, præter multos errores ex Arabicæ linguæ imperitia natos, complures etiam blasphemias deprehendisset.

Is codex anno Christi 1563. exaratus est, si standum epochæ ad extremas paginas adjectæ, quæ tamen cum aliis comparatæ recentiori manu scriptæ videntur.

V.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Pentateuchus, è Græcis septuaginta interpretum in linguam Arabicam conversus. Hujusce conversionis in ecclesiis Orientalibus vulgo receptæ, auctor fertur *Hareth* filius Sinan.

VI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur Genesis, Exodus & Leviticus in Arabicam linguam conversi, quæ conversio diversa est ab illa quæ in obviis ecclesiarum Orientalium libris occurrit. Adjuncta est interpretatio, sive commentarius in tres illos Pentateuchi libros, è variis auctoribus tam Græcis quam Syris collectus, *Basilio* nempe, *Chrysostomo*, *Gregorio* theologo, *Gregorio* Nysseno, *Ephræmo*, *Jacobo* Edesseno, *Jacobo* Serugensi, & *Dionysio* Barsalibi Amidæ episcopo.

Is codex exaratus est anno Christi 1666.

VII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber Geneseos è Græcis septuaginta interpretum in linguam Arabicam conversus, adjunctis commentariis in homiliarum modum, quales solent apud Orientales ad populum ex ambone legi. Expositionis autem illius auctor fertur *Abulbircat* è Jacobitarum secta. In eo codice, quem antiquum non immerito pronunties, desiderantur folia nonnulla, quæ recentiori manu suppleta sunt.

VIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber Geneseos è Græcis septuaginta interpretum in linguam Arabicam ab anonymo conversus, una cum commentario morali in eumdem librum, è variis auctoribus ecclesiasticis tam Græcis quam Syris collecto.

IX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Psalmi Davidis, Arabicè juxta Copticam editionem conversi.

2.° Nonnullæ Alcorani Suratæ.

3.° Almanachus Turcica lingua scriptus, adjuncta anonymi latina interpretatione.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus est.

VETUS TESTAMENTUM.
In-quarto.

X.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Pentateuchus, è Græcis 70. interpretum in Arabicam linguam conversus ab *Aretha* filio Senan filii Sebat. Ad calcem leguntur notæ quædam ad genealogias pertinentes, recentiori manu scriptæ.

XI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, ubi continetur Pentateuchi Arabica conversio juxta septuaginta interpretes.

XII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Pentateuchi Arabica interpretatio ab editis valde diversa, & in multis illius similis, quæ *Hareth* filio Sinan tribuitur. Præmittitur præfatio de legis Mosaïcæ præstantia.

2.° Totius Pentateuchi synopsis.

XIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur Psalmi Davidis, Arabicè conversi. Præmittitur erudita in Psalmos præfatio excerpta ex *Abulfergio Ebn el Taib*, ubi de illorum numero & ordine, de locis quæ ad Christum referuntur, & de Psalmorum usu. Prætermittendum vero non est, ad oram codicis complures variasque lectiones reperiri.

XIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur Psalmi Davidis Arabicè conversi, quibus præmittitur elegantissima præfatio.

Is codex anno Hegiræ 691. die 15. mensis Atyr Coptici exaratus est.

XV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Psalterium in sectiones septem divisum, juxta morem in Melchitarum ecclesiis receptum.

2.° Testamenta duo ad doctrinam morum pertinentia, quorum prius *Salomoni*, alterum *Locmanno* tribuitur:

3.° Calendarium festorum totius anni, ad usum Melchitarum.

Is codex in oppido Syriæ Tripoli exaratus est anno Hegiræ 945.

XVI.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam Colbertinam illatus. Ibi continetur Psalterium divisum in sectiones septem, ad usum ecclesiæ Melchitarum. Desiderantur Psalmi fermè quinquaginta.

VETUS TESTAMENTUM.

In-octavo.

XVII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur Psalmi Davidis è Græca lingua in Arabicam conversi.

Is codex exaratus est anno Christi 1500.

XVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Psalmi Davidis, è Græca lingua in Arabicam conversi.

2.° Preces quædam ad Virginem, quæ sancto *Joanni* Damasceno tribuuntur.

XIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continetur Psalterium in septem sectiones divisum, juxta ritum ecclesiæ Melchitarum. Ad calcem vero libri decem cantica leguntur, adjuncta interpretatione Latina interlineari.

Is codex in urbe Syriæ Tripoli exaratus est anno Hegiræ 982.

XX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber Psalmorum in sectiones septem divisus, juxta morem apud Melchitas receptum.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1066.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-folio.

XXI.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1671. illatus. Ibi continentur Pauli, Jacobi, Petri, Judæque epistolæ, ut & acta apostolorum, è Coptica interpretatione in Arabicam linguam ab anonymo conversæ, & ad vetustos codices Syriacos emendatæ. Epistolis Pauli & actis apostolorum præmittitur præfatio.

Is codex exaratus est anno Christi 1340.

XXII.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1671. illatus. Ibi continentur:

1.° Epistolæ Pauli, Jacobi, Petri, Joannis & Judæ, è Coptica interpretatione in Arabicam linguam conversæ, & ad vetustos codices Syriacos ab anonymo emendatæ.

2.° Acta apostolorum Arabicè quoque conversa, adjuncta commatum distinctione, charactere Coptico.

Præmittuntur præfationes quæ vulgo in Orientalibus codicibus occurrunt.

XXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Apocalypsis è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversa.

2.° Commentarius in Apocalypsim, ubi sæpenumero Hippolytus Portuensis & alii patres laudantur. Quod si librario qui postremam paginam adjecit habenda est fides, hujusce commentarii auctor *Paulus el Bouschi* episcopus Aschmounin in Thebaïde, verum *Abu Isaaco Ebn Elassal* tribuendum esse ex aliis codicibus constat.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-quarto.

XXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, elegantissimè scriptus, ubi continetur Evangelium sancti Joannis Arabicè conversum.

XXV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur acta apostolorum, sancti Pauli epistolæ, ut & illæ quæ Catholicæ appellari solent.

Is codex exaratus est anno Christi 1583.

XXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Lectiones ex actis apostolorum & sancti Pauli epistolis, diebus dominicis & festis totius anni in ecclesiis Melchitarum recitari solitæ.

2.° Calendarium perpetuum Syrorum.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-octavo.

XXVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur Evangelia quatuor secundum vulgatam Coptorum versionem, cum præfationibus, canonibus harmoniæ Evangelicæ & notis marginalibus, ex emendatioribus codicibus cùm Syris tùm Græcis.

SCRIPTURÆ INTERPRETES.

In-folio.

XXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur commentarius brevis in Evangelia quatuor, secundum Evangelicæ harmoniæ seriem, è variis scriptoribus ecclesiasticis, Chrysostomo præsertim collectus. Illius auctor, quantum è stylo conjicere licet, *Abu Isaacus* cognomine *Ebn Elassal.*

XXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur sancti *Chrysostomi* commentariorum in Matthæum pars sexta, complectens homilias quindecim, nempe à septuagesima sexta ad nonagesimam primam usque. Desiderantur folia quædam.

XXX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur commentarius in sancti Joannis Evangelium, è variis auctorum ecclesiasticorum, *Clementis* præsertim, *Chrysostomi, Dionysii, Cyrilli* Alexandrini, & *Severi* Antiocheni Patriarchæ hæreticorum antesignani scriptis, ab *Abu Isaaco* cognomine *Ebn Elassal* Jacobita collectus.

SCRIPTURÆ INTERPRETES.

In-quarto.

XXXI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur Geneseos Arabica interpretatio in homiliarum modum, è SS. Patrum tam Græcorum quam Syrorum scriptis excerpta, ad usum Jacobitarum.

XXXII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur homiliæ in illam Evangeliorum partem quæ apud Jacobitas per hebdomadem sanctam legi solet.

Is codex exaratus est anno Christi 1597.

XXXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur homiliæ breves in ea Evangeliorum & epistolarum capita quæ dominicis & festis diebus in Coptorum ecclesiis recitari solent. Homiliæ autem illæ, quæ ex auctoris mente commentariorum loco haberi possunt, ad sex tantum primos anni menses pertinent. Præmittitur præfatio, ubi de commentatoris dotibus & legibus ab illo servandis.

XXXIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur homiliæ breves in ea Evangeliorum & epiſtolarum capita quæ dominicis & diebus feſtis in Coptorum eccleſiis recitari ſolent. Homiliæ autem illæ ad ſex ultimos anni menſes referuntur.

SCRIPTURÆ INTERPRETES.

In-octavo.

XXXV.

Codex chartaceus, olim Gallandianus, quo continentur anonymi obſervationes ad interpretationem libri Geneſeos Arabicam juxta Samaritanos.

LIBRI RITUALES.

In-folio.

XXXVI.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur lectiones è Prophetis per totam quadrageſimam in eccleſiis Melchitarum recitari ſolitæ, una cum aliis precibus, verſiculis & antiphonis.

XXXVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Ordo conficiendi ſacri chriſmatis juxta ritus eccleſiæ Copticæ Alexandrinæ; quo docetur qua ratione aromata præparentur, miſceantur & excoquantur. Tum habentur multa quæ ad diſciplinam conſecrandi apud Ægyptios chriſmatis pertinent.

2.° Officium conſecrandi chriſmatis juxta ritum Alexandrinum, Copticè & Arabicè. Opus à *Gabriele* Copto epiſcopo rogatu Jacobi Syrorum Jacobitarum Primatis ſcriptum.

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1378.

XXXVIII.

Rotulus bombycinus, quo continentur ritus ii tum cum quis epiſcopus ordinatur, ſervari ſoliti in eccleſia Orientali.

XXXIX.

Rotulus bombycinus, quo continentur ritus qui in eccleſia Coptica cum uxor ducitur, obſervari conſueverunt.

LIBRI RITUALES.

In-quarto.

XL.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continentur lectiones è Veteri Teſtamento, una cum pluribus antiphonis & verſiculis qui ante & poſt lectiones in Melchitarum eccleſiis recitari conſueverunt.

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1522.

XLI.

Codex bombycinus, ex inſula Cypro in Bibliothecam regiam anno 1671. Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur lectiones è Veteris & Novi Teſtamenti libris, ut & antiphonæ in eccleſiis Coptorum per hebdomadem ſanctam recitandæ.

Is codex anno Chriſti 1312. exaratus eſt.

XLII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber ritualis *Gabrielis* Jacobitarum Alexandrinorum Patriarchæ anno 1411. renuntiati. Complectitur autem officia, ſive rubricas & initia orationum in baptiſmo, abſolutione, matrimonio, extrema-unctione, ordine, exequiis & chriſmate uſurpari ſolitarum. Reperiuntur prætérea orationes quædam ad ſanctum Hubertum adverſus canis rabidi morſus. Reperiuntur quoque nonnulla de epactæ annorum Martyrum inveniendæ ratione.

XLIII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam opera Vanſlebii anno 1673. illatus. Ibi continentur hymni, cantica & preces diurnæ & nocturnæ quæ per hebdomadem in eccleſiis Melchitarum recitari ſolent.

XLIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam illatus. Ibi continetur Octoechus, ſive preces quarum præcipuus auctor fertur S. *Joannes* Damaſcenus; è Græca autem lingua primum in Syriacam, & ex ea in Arabicam converſæ ſunt.

LIBRI RITUALES.

In-octavo.

XLV.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1671. illatus. Ibi continentur lectiones ex Evangeliis & epistolis toto anni decursu diebus dominicis & festis in ecclesiis Jacobitarum Alexandrinorum recitari solitæ, sed lectionum illarum initia tantum & finis indicantur.

XLVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Variæ preces in Melchitarum ecclesiis recitari solitæ.

2.° Calendarium ejusdem ecclesiæ perpetuum.

Is codex exaratus est anno Christi 1596.

XLVII.

Codex partim bombycinus, partim chartaceus, ex insula Cypro in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1671. illatus. Ibi continentur:

1.° Preces diurnæ & nocturnæ in ecclesiis Melchitarum recitari solitæ.

2.° Excerpta nonnulla è libro qui à Græcis appellatur Geronticon.

3.° Orationes quædam diebus beatæ Virgini sacris usurpatæ.

XLVIII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Preces variæ in ecclesiis Melchitarum recitari solitæ.

2.° Catechesis ordine alphabetico disposita, quæ *Gregorii* Theologi nomen præ se fert.

3.° Commentarius in quosdam Davidis Psalmos. Auctoris nomen ignoratur.

XLIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur preces diurnæ & nocturnæ in Melchitarum ecclesiis recitari solitæ.

L.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Preces diurnæ & nocturnæ in Melchitarum ecclesiis à sacerdotibus recitari solitæ.

2.° Vita Jobi, ubi multa commentitia. Auctoris nomen ignoratur.

LI.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera anno 1673. illatus. Ibi continentur cantica & troparia in ecclesiis Melchitarum toto anni decursu usurpari solita, & è Græca lingua in Arabicam conversa. Neque omittendum est ibi annotatos reperiri dies, quibus vino & oleo uti monachis juxta ritum Græcorum concessum est.

SANCTI PATRES.

In-folio.

LII.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1671. illatus. Ibi continentur:

1.° Testamentum Adami, illiusque morti vicini ad Sethum filium monita.

2.° Anonymi de animalium proprietatibus quædam ad doctrinam morum accommodata.

3.° *Chrysostomi* de patientia & fine sæculi homilia, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversa.

4.° *Severiani* Gabalorum in Syria episcopi, de opere sex dierum tractatus. Interpretis Arabici nomen ignoratur.

5.° Vita S. Epiphanii, Græcè primum à *Joanne* Constantinopolitano presbytero scripta, & Arabicè postea ab anonymo conversa.

6.° Variorum homiliæ de Resurrectione Domini, Ascensione, Pentecoste, Assumtione beatæ Mariæ Virginis, & Crucifixione.

7.° *Theophili* Alexandrini de sacris mysteriis homiliæ.

8.° Summa capitum quatuor Evangeliorum, & præfatio in epistolas Pauli.

9.° *Cyrilli* Hierosolymitani catecheses 18. 13. 15. 16. 17. cujus finis desideratur.

Is codex exaratus est anno Christi 1330.

LIII.

Codex chartaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur *Clementis* constitutionum interpretatio Arabica, sed interpolata & ita depravata, ut tam à Græcis quam Orientalibus editionibus in multis discrepet.

Is codex exaratus est anno Christi 1665.

LIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur

continetur opus inſcriptum, liber ſecretorum, cujus auctor temerè fertur *Clemens* Romanus. Ibi quæ ad finem uſque mundi eventura ſunt, quaſi ex ore ſancti Petri excepta anno Chriſti 56. à Clemente litteris conſignantur. Illud autem opus cum ab apoſtolorum uſque temporibus delituiſſet, in inſula Cypro tandem repertum fingitur. Ad calcem leguntur præcepta quædam & monita ſancto Petro tributa, illiuſque juſſu à Clemente ad fideles miſſa.

Is codex anno Chriſti 1369. exaratus eſt.

L V.

Codex bombycinus, ex inſula Cypro in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera anno 1671. illatus. Ibi continentur:

1.° S. *Ephræmi* homiliæ quinquaginta duæ, partim aſceticæ, partim ad doctrinam morum pertinentes, è lingua Syriaca in Arabicam ab anonymo converſæ.

2.° *Gregorii* Nyſſeni oratio in laudem Ephræmi, Arabicè converſa.

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 980.

L V I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° S. *Ephræmi* homiliæ 51. ad populum & monachos habitæ.

2.° Ejuſdem vita, auctore anonymo.

3.° *Gregorii* Nyſſeni oratio in laudem S. Ephræmi.

4.° S. *Stephani* cœnobiarchæ oratio ad eos qui vitam monachalem profiteri volunt.

5.° Sancti *Chryſoſtomi* homilia.

6.° De ſanctæ cujuſdam feminæ in cælum raptu. Auctoris nomen ignoratur.

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1568.

L V I I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, ubi continentur:

1.° Sancti *Ephræmi* orationes quinquaginta duæ, aſceticæ partim, partim ad doctrinam morum pertinentes, è Syriaca lingua in Arabicam converſæ.

2.° *Gregorii* Nyſſeni oratio in laudem ſancti Ephræmi.

L V I I I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continentur ſancti *Baſilii* homiliæ viginti ſex, quarum decem & ſeptem in Pſalmos, reliquæ in nonnulla Scripturæ loca. Initio codicis, ut & ad calcem, aliquot folia deſiderantur.

L I X.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Sancti *Baſilii* homiliæ novem in opus ſex dierum, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo converſæ.

2.° Sancti *Gregorii* Nyſſeni homilia in diem ſextum, ubi de hominis creatione. Interpretis Arabici nomen ignoratur.

L X.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur ſancti *Chryſoſtomi* homiliæ 65. in Geneſim.

L X I.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur homiliæ in illas Evangeliorum ſectiones, quæ diebus dominicis & feſtis in eccleſiis Jacobitarum recitari ſolent. Harum autem pars maxima *Chryſoſtomo* tribuitur.

Is codex inter antiquiſſimos numerandus; ad illius enim calcem occurrit folium unum quinquaginta abhinc annis exaratum, quo cum cæteris comparato, vix erit dubitandi locus quin ad undecimum vel duodecimum ſæculum noſtrum hoc exemplar referri debeat.

L X I I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam illatus, quo continentur ſancti *Chryſoſtomi* homiliæ in epiſtolam ad Hebræos, è Græca lingua in Arabicam à quodam *Abdalla* Ebn Alfadi eccleſiæ Antiochenæ diacono, negligentius quàm par erat converſæ.

Is codex anno Chriſti 1237. exaratus dicitur, illudque ſumptibus Sophronii, qui epiſcopi munere in Thebaïde fungebatur.

L X I I I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam illatus, quo continentur nonnulla Patrum opera, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo converſa.

1.° Sancti *Chryſoſtomi* homiliæ decem, nempe de feria quarta & ſexta, de decem virginibus, de dominica in palmis, de ficu arefacta, de feſto Pentecoſtes, de Reſurrectione, de dominica in albis, de Aſcenſione, de ſancti Joannis nativitate ejuſque decollatione.

2.° Sancti *Epiphanii* homiliæ duæ, prior de dominica in albis, altera de sabbatho sancto.

3.° S. *Ephræmi* homiliæ duæ, una de Elia, altera de Transfiguratione Domini.

4.° *Theophili* Alexandrini homilia de cœna Domini mystica.

5.° S. *Athanasii* homilia de Pentecoste.

6.° Anonymi historia capitis sancti Joannis Baptistæ Emesam translati.

7.° Antiphonæ & prophetiæ quæ à prima quadragesimæ hebdomada ad ultimum usque mensis Augusti diem in Melchitarum ecclesiis recitari solent.

In nostro hoc codice folia nonnulla desiderabantur, quæ à Gregorio archiepiscopo Harran ex alio codice descripta sunt anno Christi 1651.

LXIV.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1671. illatus. Ibi continentur:

1.° *Evagrii* Pontici capita ascetica triginta quinque, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversa. Præmittitur *Lucii* abbatis epistola, quo hortante Evagrius ad hocce opus scribendum animum appulit.

2.° Sancti *Joannis* Climaci scala. Interpretis Arabici nomen ignoratur.

3.° *Nili* capita quædam ascetica Arabicè conversa, una cum quadraginta quinque illius epistolis.

LXV.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1671. illatus. Ibi continentur:

1.° *Nili* epistolæ quadraginta octo, & alia quædam opera ad vitam asceticam spectantia. Interpretis Arabici nomen ignoratur.

2.° Officium à monachis monasterii Schmudæ in Ægypto recitari solitum die festo qui cadit in feriam secundam hebdomadæ secundæ quadragesimalis, partim Copticè, partim Arabicè.

LXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, inter antiquiores numerandus. Ibi continentur:

1°. S. *Gregorii* Papæ dialogi, è Latina lingua primum in Græcam, & è Græca deinde in Arabicam conversi ab *Antonio* monacho, abbate cœnobii sancti Simeonis Stylitæ propè Antiochiam, illudque anno Christi 779.

2.° Excerpta è vitis anachoretarum, ubi varia illorum miracula præclarèque dicta colliguntur. Auctoris nomen ignoratur.

LXVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum Sollam Elsadâi, id est gradus virtutum, sive *Joannis* Climaci scala paradisi, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversa. Præmittitur ejusdem epistola ad Joannem præpositum monasterii Raithu, cujus rogatu opus illud aggressus est.

LXVIII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Antiochi* Pandectes, Jacobitis interpretibus, qui iis omissis quæ ad religionem Catholicam astruendam valebant, multa ad suæ sententiæ confirmationem addiderunt.

2.° Sententiæ è præcipuis asceticæ vitæ magistris collectæ.

3.° Canon paschalis.

4.° Oratio ad sacerdotes, cujus sanctus *Basilius* auctor fertur.

Is codex exaratus est anno Christi 1235.

SANCTI PATRES.

In-quarto.

LXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur *Joannis Chrysostomi* homiliæ 85. servato temporum ordine quibus in ecclesiis Jacobitarum Alexandrinorum legi consueverunt. Videntur autem potius excerpta esse quàm integræ conciones.

LXX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, antiquus, ut videtur. Ibi continentur S. *Clementis* recognitiones, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversæ.

LXXI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Oratio in laudem Patriarcharum Abrahami, Isaaci, & Jacobi, cujus auctor fertur sanctus *Athanasius*.

2.° Sancti *Ephræmi* de Transfiguratione Domini oratio.

3.° Oratio de obitu Anba Matthæi Patriarchæ Alexandrini, ut & de agone Martyrum qui, illo ſedente, pro Chriſtianæ religionis defenſione occubuerunt.

4.° De fabrica ædium ſacrarum, quæ in Ægypto cujuſdam Viziri Chriſtiani temporibus ſub invocatione divæ Barbaræ & ſancti Sergii extructæ ſunt.

5.° S. *Ephræmi* oratio de ingreſſu Abrahami in Ægyptum cum Sara uxore.

6.° *Jacobi* Serugenſis epiſcopi oratio de bono Latrone.

7.° S. *Ephræmi* oratio de charitate, pœnitentia & judicio.

8.° Ejuſdem oratio de miraculis ſanctæ Crucis, cujus feſtus dies 17. menſis Thot celebratur.

9.° Sancti *Cyrilli* Patriarchæ Alexandrini oratio de feſto ſanctæ Crucis.

10.° Narratio hiſtorica de Fikiah uxore Jeſu filii Sirach qui, imperante Salomone, ſupremus regni adminiſter fuit.

11.° Vita S. Argenii, ſive Eugenii, ut & Mariæ ejus filiæ, cujus feſtum in diem 15. menſis Meſori incidit.

12.° Oratio de laudibus beatæ Mariæ virginis, & de illius ad crucem Salvatoris planctu, auctore Anba *Kermano* epiſcopo.

13.° Quæſtiones de Chriſtiana religione ab *Iſſa* Ben Iſaak Ben Zeraah, propoſitæ Joſepho Ben Abi Hakim al Bahiri, è civitate Miafarekim oriundo.

14.° Anba *David* reſponſio ad quæſtionem de Incarnatione, an corpus Chriſti cæteris hominum corporibus ſimile fuerit?

LXXII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Variæ quæſtiones & reſponſiones de doctrina & diſciplina eccleſiaſtica, per modum dialogi inter SS. *Gregorium* & *Baſilium*.

2.° Quæſtiones cum reſponſionibus *Joannis* Patriarchæ Alexandrini.

3.° De unguento quo Chriſtus à muliere perfuſus eſt, traditio Orientalium commentitia.

4.° Quæſtiones & reſponſiones *Michaëlis* epiſcopi Melich in Thebaïde, & *Athanaſii* epiſcopi Kus.

5.° Capitula varia ad clericos & monachos ſpectantia.

6.° Canonum epitome.

7.° Canones pœnitentiales quidam.

8.° Canones ad baptiſmum pertinentes.

9.° Anonymi oratio de eleemoſyna.

10.° Anonymus de dicto ſapientum, quod homo ſit parvus mundus.

11.° Anonymi opuſculum de peccatorum confeſſione, illiuſque utilitate.

12.° Anonymus de Unitate & Trinitate.

13.° Anonymus de jejunio.

14.° Diſputatio de agno myſtico, auctore *Severo* Aſhmouninenſi.

15.° Vita Macarii magni.

LXXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Sancti *Epiphanii* homilia de ſepultura Domini.

2.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni homilia de paſchate.

3.° Ejuſdem quædam dicta de virtutibus, ordine alphabetico diſpoſita.

4.° Ejuſdem homilia de dominica in albis.

5.° Ejuſdem homilia de feſto Pentecoſtes.

6.° Vita ſancti Philippi diaconi.

7.° Vita ſancti Dionyſii Areopagitæ.

8.° Vita ſancti Theodori cœnobiarchæ.

9.° Homilia de nativitate beatæ Virginis & Domini noſtri Jeſu-Chriſti, apoſtolo *Jacobo* falſo adſcripta.

LXXIV.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Homiliæ *Chryſoſtomi* de continentia, charitate & jejunio, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo converſæ.

2.° Quatuor Evangeliorum Arabica interpretatio, eadem omnino cum editis.

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1645.

LXXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam illatus, quo continentur:

1.° *Maximi* monachi homiliæ quinque de charitate, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo converſæ.

2.° Tractatus inſcriptus Paradiſus intellectualis, cujus magna apud Orientales fama, vulgo ſancto *Gregorio* Nyſſeno tributus, licet verus illius auctor ſit *Moſes* Barcepha.

LXXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, duodecimo, quantum conjicere licet, ſæculo exaratus. Ibi continentur:

1.° *Joannis* Damaſceni homilia de Annuntiatione.

2.° *Gregorii* Nazianzeni de Christi Nativitate.

3.° *Chrysostomi* homiliæ de Nativitate Christi, illius baptismate, de miseriis, morbis & paupertate, de pharisæo & publicano, de filio prodigo, de Lazaro, de ficu arida, de decem virginibus, de cœna Domini mystica, de die parasceves.

4.° *Epiphanii* homilia in laudem beatæ Virginis.

5.° *Cyrilli* Alexandrini de circumcisione Domini.

6.° *Ephræmi* homiliæ de fide & charitate, de secundo Christi adventu, de sæculi fine & Antichristo, de muliere peccatrice quæ pedes Domini unxit.

7.° Vita Joannis Eleemosynarii, ubi sub finem non pauca desiderantur.

SANCTI PATRES.

In-octavo.

LXXVII.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus anno 1671. Ibi continentur:

1.° Epistola ad Athanasium quam cælo missam Orientales fabulantur, dum is orationi in ecclesia sancti Petri vacaret.

2.° Orationes ad beatam Virginem, partim ad privatos usus, partim in ecclesiis Coptorum recitari solitæ.

THEOLOGI.

In-folio.

LXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur opus inscriptum Elhauri Elkebir, sive Πανδέχος. Ibi de omnibus fermè religionis Christianæ capitibus differitur, & multa Scripturæ sacræ loca juxta doctrinam PP. Græcorum & Syrorum, & quorumdam Latinorum explicantur. Auctor monachus quidam monasterii Jebel el Asoud appellati, id est, Montis nigri, qui Constantini Ducæ temporibus floruit, quique librum Antiochi, cujus titulus Πανδέχος, imitandum sibi proposuit. Videtur autem hocce opus Græcè primum scriptum, deinde à Melchita quodam Arabicè conversum. Ibi vero præcipuè laudantur Clemens Romanus, Apostolorum, quinque primorum conciliorum & Africanæ ecclesiæ canones, Ignatius, Chrysostomus, Gregorius Thaumaturgus, Nazianzenus & Nyssenus, Basilius, Athanasius, Ephræmus, Pachomius, Macarius, Dorotheus, Anastasius Sinaïta, Nilus, Joannes Climacus, Timotheus Alexandrinus, Theodorus Studita, Marcus Theodoritus, Dorotheus, Isaac Syrus, Joannis Jejunatoris nomocanon, leges imperatoriæ, Cassianus, Philo Judæus, Dionysius Areopagita, Epiphanius, Isidorus Pelusiota, Eusebius Pamphili, Barsanuphius, liber Pastoris, & Cyrillus Alexandrinus.

Is codex scriptus Hierosolymæ anno Christi 1647.

LXXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur Anbæ *Michaelis* Patriarchæ Jacobitarum Antiocheni, tractatus de variis fidei Christianæ capitibus. Dividitur in sectiones triginta tres, quibus de Trinitate, Incarnatione, præceptorum legis observatione, eucharistia dignè suscipienda, confessionis necessitate, pœnis peccatoribus è canonum ecclesiasticorum præscripto imponendis.

Is codex exaratus est anno Christi 1016.

LXXX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum Magma osuleldin, id est, collectio fundamentorum fidei, sive tractatus theologicus, quo singula Christianæ fidei & disciplinæ ecclesiasticæ capita explicantur, probantur & asseruntur adversus philosophos Judæos & Mahumeddanos; tum etiam Jacobitarum opiniones contra Nestorianos & Melchitas, sive Catholicos defenduntur, idque auctoritate Scripturæ, rationibus philosophicis, testimoniis sanctorum Patrum & Theologorum qui in variis Christianorum sectis floruerunt. Illorum vero loca non pauca adducuntur. Dividitur hocce opus in quinque partes, quarum postremæ tres recentiori manu exaratæ sunt. Auctor *Abu Isaac* filius Elfadel cognomine *Ebn el Assal.*

LXXXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur tractatus inscriptus Magma osuleldin, id est collectio fundamentorum religionis Christianæ, auctore *Abu Isaaco* cognomine *Ebn el Assal.* Pars fermè dimidia desideratur.

LXXXII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Tractatus inscriptus Kitab almagdal, id est liber controversiarum, ubi de Deo uno & trino, sacramentis, creatione mundi, mortuorum resurrectione, traditionibus apostolicis, conciliis, verbo Dei scripto, & lege veteri abrogata, auctore *Matthæo Amin* Thirhanensi filio Bahnam, è Nestorianorum secta.

2.° Professio fidei doctrinæ Catholicæ parum consentanea, auctore *Josua Jehab* archiepiscopo Nisibensi, vulgo *Ibn Maleun* appellato.

3.° Vita quorumdam Patriarcharum Nestorianorum.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 686.

LXXXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° *Severi* filii Mocfæ episcopi Aschmounin in Thebaïde, è Jacobitarum secta, tractatus de Trinitatis mysterio.

2.° Ejusdem tractatus de Incarnatione & Crucifixione filii Dei.

3.° Ejusdem in loca quædam Pentateuchi & Josue animadversiones.

4.° Ejusdem tractatus ubi declarantur mysteria agni paschalis & eucharistiæ, & ostenditur quomodo panis & vinum fiant corpus & sanguis Christi.

5.° Ejusdem tractatus de ratione pugnandi adversus satanam.

6.° Ejusdem, de dignitate diei dominicæ.

7.° Ejusdem disputatio de jejunio quadragesimali, ut & de eo quod quarta & sexta feriis in Coptorum ecclesiis servari solet.

8.° Idem, de jejunii adimplendi causis & utilitate.

9.° Idem, de morte quam superavit in cruce Dominus.

10.° Ejusdem confirmatio & expositio fidei Jacobiticæ, adjuncta doctrinæ contrariæ refutatione.

11.° Ejusdem explicatio cantici Moysis, ut & Psalmorum 135. & 150.

12.° Explicatio cantici trium puerorum. Vivebat *Severus* circa annum Christi 970.

LXXXIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1673. illatus. Ibi continetur opus inscriptum Mosbah eldholmat u idah elkhedmat, id est liber illustrationis tenebrarum & explicationis ministerii, sive tractatus miscellaneus, quo fides & disciplina Jacobitarum Alexandrinorum variis scriptorum testimoniis asseruntur, tum etiam rituum præcipua capita proponuntur. Occurrunt præterea complurium canonum & constitutionum ecclesiasticarum epitome, aliaque id genus multa. Accedit tandem Patriarcharum Alexandrinorum catalogus. Illius autem operis auctor *Abulbircat* cognomine *Ebn Kebar*.

LXXXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur anonymi tractatus viginti & uno capitibus constans, ubi de rebus præsertim ad doctrinam morum pertinentibus, obedientia nempe, charitate & observatione præceptorum. Multa in eo opere occurrunt, quæ iisdem penè verbis apud Michaëlem Antiochenum leguntur.

LXXXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Capitula varia, homiliæ & tractatus de moribus instituendis, è Gerontico & variis libris asceticis collecta.

2.° *Nili* opuscula quædam ad asceticam vitam pertinentia.

Is codex exaratus est anno Christi 1346.

LXXXVII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber inscriptus Raudat el farid esaluvat elouahid, id est exercitium solitarii & solatium unici, ubi de rebus ad vitam asceticam pertinentibus, auctore filio Kalil filii Macarii, monacho cœnobii sancti Joannis in deserto Sethis.

Is codex exaratus est anno Christi 1575.

LXXXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Anonymi excerpta è SS. Patrum scriptis, adversus eos qui negant Mariam esse Deiparam.

2.° *Severi* Antiocheni Patriarchæ oratio de unione hypostatica juxta Jacobitarum placita. Opus è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversum.

3.° Disputatio de religionis Christianæ veritate habita Abrahamum abbatem inter & Abdelhamen Mahumeddanum.

4.° Anonymi epistola Cypro missa ad

Takieddinum filium Etelminæ, ubi præcipua Christianæ religionis capita exponuntur.

5.° Disputatio monachorum duorum de religionis Christianæ veritate, habita cum Amram Judæo Levita anno Christi 653.

6.° Ecclesiastes & Proverbia Salomonis Arabicè conversa.

7.° Expositio symboli Nicæni juxta Jacobitarum placita, auctore *Abu Isaac* cognomine *Ebn el Assal.*

8.° Ejusdem expositio orationis dominicæ.

9.° Quæstiones variæ & responsa, partim de jure, partim de fide, quorum auctores feruntur *Athanasius*, *Gregorius* & *Ephræmus.*

Is codex exaratus est anno Christi 1438.

LXXXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus Vanslebii opera, ubi continentur homiliæ de Epiphania, Dominico baptismate, aliisque diebus festis, ob styli nitorem vulgo appellatæ Almokamat almisihi, id est, consessus Christiani, ut ab illis distinguantur quæ dici solent Almokamat alislamia, id est, consessus Islamitici, quas Haririus, è Jacobitarum secta, summa eloquentiæ laude, publici juris fecit.

XC.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Defensio Concilii Ephesini secundi, cui præfuit Dioscorus, adversus Eutychium Alexandrinum, à quo in annalibus latrocinium Ephesinum appellatur. Apologiæ illius auctor *Isa Abu Hali* Bagdadensis, qui anno Christi 1007. supremum diem obiisse dicitur.

2.° Ejusdem *Isæ* tractatus, quo ostenditur nunquam à Jacobitis creditum naturam divinam passibilem & reipsa passam esse.

3.° Ejusdem varia responsa, ubi de jure canonico & rebus ad theologiam morumque doctrinam pertinentibus; quod opus susceptum à se ait rogatu cujusdam incolæ urbis Martyropoleos in Mesopotamia, nomine Josephi Abu Ehacam.

4.° Ejusdem tractatus de Incarnatione & unione hypostatica, juxta Jacobitarum placita.

XCI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continetur tractatus de inveniendo die quo Christiani ex Patrum & conciliorum decretis pascha celebrare debeant, adjectis tabulis astronomicis; auctore *Chydro* filio Abdilcaderi Brullensi Ægyptio in insula Delta. Is autem Mahumedanus licet, ad illud opus scribendum animum appulit ut Jacobitæ cujusdam amici sui postulatis satisfaceret.

XCII.

Rotulus bombycinus, quo continetur *Matthæi*, Coptorum ecclesiæ professio fidei, quæ edita legitur tom. 3. Perpet. Fidei, pag. 763.

XCIII.

Rotulus bombycinus, quo continetur *Matthæi* Coptorum Patriarchæ testimonium, quo in iis quæ ad eucharistiam spectant Coptos idem prorsus cum ecclesia Romana sentire confirmatur. Illud autem testimonium editum occurrit tomo 3. Perpetuit. Fidei, pag. 766.

XCIV.

Rotulus bombycinus, ubi continetur concio in ecclesia primaria Alexandriæ anno Christi 1550. habita coram Gabriele nonagesimo quinto hujusce sedis Patriarcha, idque cum ad sacros ordines promoverentur filii cujusdam Gabrielis palatii Patriarchalis magistri.

THEOLOGI.

In-quarto.

XCV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, antiquus, ut videtur. Ibi continentur:

1.° Anonymi de fide orthodoxa tractatus, cujus decem capita: priora sex desiderantur.

2.° Sancti *Chrysostomi* homilia, qua decalogi præcepta exponuntur.

3.° Duorum monachorum disputatio habita cum Judæo quodam, illaque non contemnenda.

4.° Presbyteri cujusdam Copti nomine *Abul Magdi*, expositio symboli Nicæni.

5.° Abbatis cujusdam nomine *Samuelis* homilia ad monachos, de assequenda vita æterna.

6.° Disputatio habita inter Philippum Christianum & Theodosium Judæorum Pontificem, Juliani Apostatæ temporibus. Hujusce scripti auctor idem *Philippus.*

XCVI.

Codex bombycinus, antiquitatis non ſpernendæ, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur tractatus de præcipuis Chriſtianæ religionis capitibus. Initium & finis deſiderantur, proindeque auctoris nomen.

XCVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur anonymi catecheſes viginti novem, quibus præcipua religionis Chriſtianæ capita explicantur, & variis ſcripturæ locis confirmantur. Quod opus rogatu Mahummedani cujuſdam à ſe ſuſceptum auctor teſtatur. Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1641.

XCVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Opus inſcriptum dialogus magiſtri cum diſcipulo, ubi de præcipuis religionis Chriſtianæ capitibus, de baptiſmo nempe, pœnitentia, & euchariſtia, auctore *Abu Ali Iſa* cognomento *Ebn Zaraa*, è ſecta Neſtorianorum. Is ſæculo decimo floruiſſe dicitur.

2.° Ejuſdem diſputatio adverſus quemdam Judæum.

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1498.

XCIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur tractatus inſcriptus gemma pretioſa, de doctrina eccleſiæ. In eo autem tractatu præcipua doctrinæ & diſciplinæ Chriſtianæ capita explicantur juxta fidem & ritum Jacobitarum Alexandrinorum, auctore *Joanne Ebn Abu Zecharia* cognomento *Ebn Sebah.*

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1648.

C.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Jeiæ-Adi* filii Zachariæ tractatus theologicus in duas partes diviſus, quarum prior de Dei unitate & Trinitate, altera de Verbi divini Incarnatione. Ibi vero auctor Monophyſitarum ſectæ addictus, Neſtorianos & Melchitas refellere nititur. Quin capite ultimo pollicetur alio in opere ſibi rem fore cum Italis, Maronitis, Arianis, Macedonianis, Eunomianis, Sabellianis, Photinianis, & Pauli Samoſateni diſcipulis. Is codex cujus initio deſiderantur nonnulla, dicitur anno Chriſti 1228. deſcriptus è manuſcripto originali vetuſtiſſimo.

CI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Tractatus de unitate Dei, cujus auctor *Abu Zecharia Yahia* filius Adi Baſorenſis.

2.° Ejuſdem tractatus de Deo uno & trino, illiuſque attributis.

3.° Ejuſdem tractatus de cauſis Incarnationis.

4.° *Abu Baitæ* Takritenſis tractatus de Incarnatione.

5.° Ejuſdem doctrina Jacobitica de naturarum unione, adverſus Melchitas.

6.° Ejuſdem diſputatio de triſagio.

Is codex characterum elegantia commendabilis, exaratus eſt anno Chriſti 1653.

CII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, decimo ſæculo ſcriptus. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus cujus titulus Doriak al ookul, id eſt, theriaca mentium. Dividitur in duas partes, quarum prima de Trinitate & Incarnatione, variiſque erroribus utrique myſterio adverſis. Secunda de religionis Chriſtianæ fundamentis & præceptis.

2.° Anonymi vita ſancti Macarii.

3.° Hiſtoria Sibyllæ, Herculis Epheſii philoſophi filiæ.

CIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° *Abu Iſaaci* cognomine *Ebn el Aſſal* opuſculum de Trinitate & Incarnatione, complectens diſputationem anno Chriſti 1241. habitam. In ea autem diſputatione fides Chriſtianorum de una natura & perſonis tribus, tum etiam Jacobitarum de Incarnatione doctrina, variis Scripturæ philoſophorumque teſtimoniis confirmantur.

2.° Anonymi epiſtola ad ſacerdotem, qui in cella, ſive monaſterio cui deſtinatus erat, nunquam pedem poſuerat.

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1176.

CIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothe-

cam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Disputatio apologetica pro religionis Christianæ defensione, habita inter Vizirum Africæ regis & monachum quemdam, descripta vero ab *Abulfaragio* Ebn el Taib, Nestoriano.

2.° Defensio religionis Christianæ, è Chrysostomo aliisque ecclesiæ Patribus. Auctoris nomen ignoratur.

3.° Anonymus de miraculis beatæ Virginis.

4.° Anonymi historia apocrypha Josephi beatæ Mariæ sponsi.

5.° Orationes & Cantica ad usum ecclesiæ Orientalis.

Is codex exaratus est anno Christi 1299.

C V.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1671. illatus. Ibi continentur:

1.° Disputatio inter Schouh el Techvah monachum & Rasel Jalout, sive principem Judæorum, de Christo, habita in oppido Merou provinciæ Korasan.

2.° Anonymi præfationes in Evangelia quatuor.

3.° Dialogus inter Neophytum & Christianum, ubi ostenditur Mahummedem in Prophetarum numero non esse reponendum, adjuncta Alcorani refutatione. Auctoris nomen latet.

Is codex scriptus est anno Christi 1336.

C V I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, ubi continetur opus inscriptum Mohaverat gedaliat, dialogus nempe, sive disputatio inter Georgium cœnobii sancti Simeonis monachum & tres legis Muhammedicæ doctores, habita coram Al Malek Almoschamar Aleppi præfecto, regnante in Syria Almelek Aldaher Gazi Ben Joseph, Ben Ajoub, & in Armenia Leone Stephani filio, anno Christi 1207.

Is codex exaratus est anno ejusdem æræ 1575.

C V I I.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Epistola encyclica *Vincentii* episcopi Keft.

2.° *Danielis* apocrypha revelatio de excidio Agarenorum, ad Ezram discipulum.

3.° *Samuelis* anachoretæ abbatis sancti Palæmonis, oratio.

4.° Martyrium sancti Jacobi in Perside.

5.° *Demetrii* Antiocheni oratio in encæniis ecclesiæ sancti Victoris habita, ubi de illius miraculis.

6.° Miracula sancti Ptolemæi.

7.° Anonymi oratio in laudem beatæ Virginis.

8.° S. *Basilii* ejusdem argumenti oratio.

9.° *Cyrilli* Hierosolymitani oratio de beatæ Virginis Assumtione.

10.° *Andreæ* oratio de ejusdem Præsentatione.

11.° *Severi* Antiocheni Patriarchæ epistola ad Anastasium.

12.° *Cælestini* Romani oratio in laudem sanctæ Basilidis.

13.° Anonymi epitome canonum è Clementis constitutionibus.

14.° Vita cujusdam sapientis nomine Secundi, prorsus fabulosa.

Is codex exaratus est anno Christi 1604.

C V I I I.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° *Severi* Antiocheni Patriarchæ oratio de laudibus & miraculis Michaëlis Archangeli.

2.° Anonymi oratio ejusdem argumenti.

3.° Anonymus de miraculis Gabrielis Archangeli. Opus ineptiis scatens.

4.° Vita sancti Georgii martyris, omnino fabulosa.

C I X.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Jonæ* scriptoris Christiani, tractatus de annorum juxta varias epochas computandorum ratione; ubi quædam subjiciuntur de planetis, illorum motu, de festis Christianorum mobilibus, & de graduum poli elevatione.

2.° *Mahumedis Ebn Zoraik* tractatus ejusdem argumenti.

C X.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Tractatus de necessitate usurpandi calendarii Gregoriani ad paschatos celebrationem.

2.° De

2°. De oratione mentali ejusque artificio. Utriusque operis auctor Pater *Brixius* è Capucinorum sodalitio missionarius Damascenus, qui Cardinalis Baronii annales in compendium redactos Arabicè edidit.

Is codex exaratus est anno Christi 1688.

CXI.

Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continetur liber cujus is titulus, doctrina Christiana idiomate Italico, Latino, Græco, Arabico & Gallico, *Marco Antonio Gajotio*, divinarum litterarum professore Gallo Annonensi, concinnatore. Opus ut varium, multiplex ac jucundum, ita infidelium conversioni ecclesiisque Asiaticis, Europæis & Africanis maxime omnium necessarium.

THEOLOGI.

In-octavo.

CXII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Collectanea è variis scriptoribus, *Abulbirkat* videlicet, *Abukora* & aliis quibusdam, de explicatione legis mystica.

2.° *Timothei* Catholici responsio ad varias Mehedii quæstiones de Christiana religione.

3.° Disputatio *Abd Yochnæ* Nestoriani, *Abu Baitæ* Jacobitæ, & *Abukoræ* Melchitæ, de religione Christiana coram Viziro quodam.

4.° *Aristotelis* œconomicorum fragmentum, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversum.

5.° Anonymus de amuletorum conficiendorum ratione.

CXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus inscriptus gemma pretiosa de doctrina ecclesiæ. In eo autem tractatu præcipua doctrinæ & disciplinæ Christianæ capita explicantur juxta fidem & ritum Jacobitarum Alexandrinorum, auctore *Joanne Ebn Abu Zecharia* cognomento *Ebn Sebah.*

CXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1°. *Eliæ* Hierosolymitani Patriarchæ pars operis prolixioris, cujus titulus de pellenda mœstitia.

2.° Ejusdem tractatus inscriptus, raræ utilitates de fidei dogmatibus doctrinæ Christianæ, præcipuorum illius præceptorum epitomen juxta Nestorianorum placita complectens.

3.° *Eliæ* Metropolitæ Nisibensis, tractatus de ponderibus & mensuris.

4.° Ejusdem de veritate religionis Christianæ disputatio habita coram Viziro Abulkaçem filio Hucein filii Hali Mogrebi, ubi præsertim de Unitate Dei & Trinitate.

Is codex exaratus est anno Christi 1371.

CXV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur anonymi dialogus in multas catecheses distributus. In eo opere sub persona magistri & discipuli de præcipuis ethicæ Christianæ capitibus, imprimis vero de pœnitentia & confessione differitur. Auctoris nomen latet.

Is codex exaratus est anno Christi 1499.

CXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Explicatio symboli Nicæni, cujus veritas compluribus Scripturæ sacræ testimoniis confirmatur, auctore *Abu Isaaco* cognomine *Ebn Elassal.*

2.° *Abukoræ* Melchitæ disputatio pro Christianæ religionis defensione, habita coram Almamone Califa.

Is codex exaratus est anno Christi 1535.

CXVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur professio fidei qualis ab Orientalibus Romæ exigi solet. Adjuncta est interpretatio Latina interlinearis.

JUS CANONICUM.

In-folio.

CXVIII.

Codex membranaceus, olim Gilberti Gaulmini, collectionem canonum complectens. Occurrunt,

1.° Præfatio generalis, ubi ordo synodorum & præcipuæ hæreses explicantur.

2.° Argumenta conciliorum. Ibi de æra, Patrum numero, & causa synodorum, Græcè, cum Arabica interpretatione ad latus.

3.° Epitome hæreſeon, quarum ultima Monothelitarum Sergii & Pyrrhi.

4.° Profeſſio fidei, Græcè, partim ex definitionibus ſextæ ſynodi, partim ex edicto Juſtiniani de fide. Eadem ad calcem libri legitur Arabicè.

5.° Canones Apoſtolorum 85. vulgati. Sequuntur alii ex apoſtolicis conſtitutionibus excerpti.

6.° Canones Ancyrani viginti quinque, cum Græco argumento, quod etiam reliquis præmittitur.

7.° Canones Neocæſarienſes, quos Orientales malè exiſtimant Carthagine editos ſub Cypriano, atque idcirco Carthaginenſes appellant. Sunt alii canones genuini Carthaginenſes.

8°. Hiſtoria Helenæ & Conſtantini, quam concilio Nicæno Orientales præmittere ſolent. Eam Latinè edidit Abraham Ecchellenſis.

9.° Epitome concilii Nicæni.

10.° Ejuſdem concilii canones viginti.

11.° Ejuſdem canones 85. qui vulgo dicuntur Arabici.

12.° Canones alii, qui inter Nicænos quoque numerantur, ab Ecchellenſi Latinè editi.

13.° Concilii Gangrenſis epiſtola canonica. Sequuntur illius canones viginti quinque.

14.° Canones Antiocheni viginti quinque, cum epiſtola ſynodica.

15.° Canones Laodiceni quinquaginta novem.

16.° Synodi Sardicenſis canones 21.

17.° Synodi œcumenicæ ſecundæ canones quatuor.

18.° Concilii Epheſini brevis hiſtoria, canon unus.

19.° Concilii Chalcedonenſis canones 27. Deſiderantur duo poſtremi, qui in Latino codice non occurrunt.

20.° Synodi quintæ præfatio hiſtorica, ſed valde imperfecta.

21.° Synodi ſextæ prolixa hiſtoria, quam iiſdem verbis exſcripſit Eutychius Alexandrinus annalium tom. 2. pag. 267.

22.° *Joannis* Papæ, apologia Honorii edita in Anaſtaſii collectaneis, & *Conſtantis* ad eam reſponſio.

23.° *Theodori* papæ epiſtola ad Conſtantem.

24.° Hiſtoria rerum adverſus Martinum Papam geſtarum.

25.° Fidei profeſſio quam ab univerſa ſexta ſynodo Melchitæ editam volunt.

26.° Epiſtola quæ præfigitur canonibus qui dicuntur concilii quini-ſexti.

27.° Synodi ſeptimæ hiſtoria & canones.

28.° Ejuſdem ſynodi alii canones 130. ex variis conciliis & conſtitutionibus parum accuratè collecti.

29.° Canonum epitome nec accurata, nec antiqua, nomine *Epiphanii* Conſtantinopolitani ad Juſtinianum Imperatorem, titulis 136.

30.° Epitome variarum conſtitutionum, ex canonibus, ut vocant, imperatoriis.

CXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continetur collectio canonum ad uſum, ut videtur, Jacobitarum. In ea autem collectione reperiuntur,

1.° Præfatio conciliorum, cujus majorem partem publici juris fecit Abraham Ecchellenſis.

2.° Canones Nicæni vulgares viginti, una cum hujuſce concilii ſymbolo fuſius explicato.

3.° Epitome variarum conſtitutionum quæ concilio Nicæno tribuuntur.

4.° Alia præfatio, hiſtoriam concilii & rerum in eo geſtarum complectens.

5.° Canones Nicæni, qui vulgo Arabici dicuntur, 84.

6.° Conſtitutiones eidem concilio tributæ de monachorum & monialium moribus & inſtitutis, & aliæ quædam definitiones eccleſiaſticæ. Iterum fides Nicæna, quemadmodum à ſecundo concilio promulgata eſt.

7.° Præfatio brevis in concilium Conſtantinopolitanum. Sequuntur illius canones ſeptem, & alii viginti tres.

8.° Concilii Epheſini canon unus, ne quis aliam à Nicæna fidem introducat.

9.° Canones Ancyrani viginti quatuor.

10°. Canones Neocæſarienſes quatuordecim, quos cum ſynodi Carthaginenſis canonibus confundunt Orientales.

11.° Canones Gangrenſes viginti, quibus præmittitur epiſtola ſynodica.

12.° Canones Sardicenſes 21.

13.° Canones Antiocheni 25.

14.° Canones Laodiceni 59.

15.° Alia canonum eorumdem verſio ad uſum Coptitarum, canones 83. complectens cum epiſtolæ ſynodicæ fragmento.

16.° Canones Carthaginenſes cum brevi præfatione.

17.° Conciliorum brevis hiſtoria, cujus auctor Neſtorianus quidam.

CXX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Collectio canonum in duas partes divisa. Præmittitur præfatio, ubi de illorum præstantia & utilitate. Hujusce operis auctor *Farage Illah* Acminensis Ægyptius, qui Jacobitarum partibus addictus, canones concilio Chalcedonensi antiquiores tantum laudavit.

2.° *Severi* Antiocheni oratio ad sacerdotes, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversa.

3.° Tabula ad æram Martyrum accommodata.

CXXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur collectio canonum per titulos locosque communes digesta, auctore *Abu Isaaco Elsafi* cognomento *Ebn Elassal*, qui hanc suam collectionem è canonibus conciliorum omnium in ecclesia Coptica receptorum, Clementinis constitutionibus, epistolis Patrum canonicis, & aliquot Patriarcharum Alexandrinorum recentiorum synodicis constitutionibus excerpsit, & in compendii formam redegit. Opus in duas partes dividitur, quarum prior de rebus ecclesiasticis, altera de sæcularibus.

CXXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur canonum collectio per locos communes digesta, ex antiquis conciliis, canonibus Apostolorum, Clementinis constitutionibus, & Patriarcharum Alexandrinorum decretis, auctore *Abu Isaaco* cognomine *Ebn Elassal*.

Is codex exaratus est anno Christi 1442.

CXXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, antiquus, ut videtur, quo continentur:

1.° Jus canonicum apud Syros receptum, ex conciliorum canonibus & Patrum statutis collectum. Ibi autem occurrunt canones apostolici, canones concilii Hierosolymitani, cui sanctus Paulus & alii Apostoli interfuere; canones excerpti ex epistola divi Petri ad sanctum Clementem; canones concilii primi & secundi Gangrensis; canones concilii secundi Carthaginensis; canones concilii quarti Antiocheni; canones sancti *Julii* summi Pontificis; canones sancti *Basilii; Constantini* imperatoris statuta. Dividitur opus in 51. sectiones.

2.° Tractatus de hæreditate, juxta statuta sancti Cyrilli aliorumque Patriarcharum Alexandrinorum, & Cosmæ imprimis è Monophysitarum secta.

CXXIV.

Codex chartaceus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Actorum concilii Ephesini fragmenta quædam valde imperfecta, è Cyrilli adversus Nestorium disputationibus nullo delectu excerpta, quæ tamen integrorum actorum locum apud Orientales obtinent.

2.° Concilii Chalcedonensis historia, qualis à Melchitis traditur. Sequuntur ejusdem concilii canones 29.

3.° Concilii quinti brevis notitia.

4.° Sexti concilii notitia fusius explicata, cum nonnullis actis & epistolis ad illius historiam pertinentibus.

5.° Ejusdem canones, iidem fermè cum illis qui apud Græcos habentur titulo canonum quini-sextæ.

6.° Concilii septimi œcumenici brevis historia.

7.° Canones 86. è variis conciliis collecti.

8.° Canones Africani.

JUS CANONICUM.

In-quarto.

CXXV.

Codex bombycinus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° Anonymi, conciliorum tam generalium quàm provincialium brevis historia.

2.° Canones Apostolorum à sancto *Clemente* collecti.

3.° S. *Petri* apostolorum principis canones.

4.° S. Helenæ & Constantini magni historia, ubi nonnulla de quibusdam hæreticorum sectis.

5.° Variorum conciliorum, generalium præsertim, canones.

6.° *Constantini* magni, *Theodosii* & *Leonis* imperatorum nonnullæ constitutiones.

7.° Canones Apostolorum è Veteri Testamento depromti.

8.° Anonymi de jure canonico opusculum.

CXXVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur canones Apostolorum, una cum quibusdam constitutionum fragmentis.

Is codex exaratus est anno Christi 1574.

CXXVII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1673. opera Vanslebii illatus. Ibi continetur jus canonicum & civile. In canonico reperiuntur Apostolorum canones, ut & conciliorum, nempe Ancyrani, Neocæsariensis, Carthaginensis, Antiocheni, Laodiceni, Sardicensis, Nicæni primi, Constantinopolitani primi, Ephesini, Chalcedonensis, & synodi quini-sextæ; ita tamen è Græca lingua in Arabicam conversi, ut in multis interpretum, ut pote hæreticorum, fidem desideres. In tractatu autem illo, ubi de jure civili, variæ imperatorum constitutiones, *Constantini* scilicet magni, *Basilii* & *Leonis* Sapientis occurrunt.

CXXVIII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam anno 1674. opera Vanslebii illatus. Ibi continetur jus canonicum & civile, varios conciliorum canones & imperatorum constitutiones complectens, illis prorsus similes de quibus supra.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In-folio.

CXXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus cujus titulus Kesrat Edris, id est, historia Henochi Patriarchæ, eaque elegantissimis characteribus exarata, & sigillo munita. Auctoris nomen desideratur.

Is codex scriptus dicitur in gratiam Campsonis Gauri Ægyptiorum Sultani, illiusque bibliothecæ destinatus. Campson autem anno Christi 1500. imperare cœpit.

CXXX.

Codex bombycinus, quo continetur opus inscriptum Akhbar al Ebranijm, id est historia Hebræorum, vel Tarikh Jusiphos, hoc est, annales *Josephi* Hebræi, qui à Judæis *Ben Gorio* appellari solet. Ibi de Judæorum rebus gestis quæ, stante templo secundo, contigerunt ab Esdra ad Titum usque Vespasiani filium.

Is codex anno Hegiræ 743. exaratus est.

CXXXI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° *Said Ebn Batrik*, sive *Eutychii* Patriarchæ Alexandrini annales in Anglia editi. Noster autem hic codex ab illis, de quibus infra in eo discrepat, quod nonnulla de variis æris & de paschate tam Judæorum quàm Christianorum præmittuntur.

2.° *Joannis* Antiocheni historia, quæ ab Adamo ad annum usque Hegiræ 400. perducitur.

CXXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur *Said Ebn Batrik*, sive *Eutychii* Patriarchæ Alexandrini annales à mundi creatione ad annum usque Hegiræ 326. una cum notulis quibusdam quarum auctor videtur *Gaulminus*. Ibi quoque occurrit Patriarcharum Constantinopolitanorum, Alexandrinorum, Hierosolymitanorum, & Antiochenorum catalogus, quem ex Eutychio, quantum conjicere licet, idem Gaulminus descripsit.

Is codex anno Christi 1624. exaratus est.

CXXXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur *Eutychii* Patriarchæ Alexandrini annales.

Is codex magnam præ se fert antiquitatem; illius tamen pars fermè dimidia manu recentiori exarata est.

CXXXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ubi continentur *Eutychii* Patriarchæ Alexandrini annales.

Is codex ab Isa Eutychii fratre exaratus dicitur, proindeque ad sæculum decimum referendus.

CXXXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur *Eutychii* Alexandrini Patriarchæ annales.

Is codex exaratus est anno Christi 1643.

CXXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber inscriptus

Mokhtassar ad daoual, id est compendium dynastiarum, sive historia universalis ab Adamo ad annum usque Hegiræ 883. quo Argoun Ilekan Mogolorum imperator regnare cœpit, auctore *Gregorio Abulpharagio*, non *Ebn Schohnam*, ut titulus præ se fert.

Is codex anno Hegiræ 1006. exaratus est.

CXXXVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Gregorii Abulpharagii* historia dynastiarum.

CXXXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum Tarikh Alscheik Abou salah al Armeni, id est, Abusalah doctoris Armeni annales, qui continent historiam ecclesiarum Ægypti, Nubiæ, Indiæ, Æthiopiæ, Arabiæ felicis & Africæ, quæ Patriarchæ Alexandrino obnoxiæ sunt, auctore *Abousalah* Armeno, qui historiæ ultimam manum imposuit anno Hegiræ 738.

CXXXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus Ketab Sair al Aba al Batharekah Kholfa al ab al Baschir Mari Marzos al Engili, &c. id est vita, mores & instituta Patriarcharum successorum sancti Marci Evangelistæ Domini nostri Jesu-Christi in magna urbe Alexandriæ, totaque Ægypto, ut & in regionibus Æthiopiæ, Nubiæ, & quinque urbibus, Pentapoli scilicet, auctore *Severo* filio Mocfæ, Aschmounin civitatis in Ægypto sitæ episcopo, qui hanc suam historiam è membranis in monasteriis Thebaïdos, sancti Macarii nempe, Nahiensi, cæterisque, ut testatur ipse, collegit. Ait præterea se in eo opere conscribendo usum esse *Schamseddino Michaele* filio Boudour, qui plurima è Coptica lingua in Arabicam convertit.

Noster hic codex primam & secundam partem historiæ exhibet, quæ à sancto Marco ad Anba Jousar quinquagesimum secundum Alexandriæ Patriarcham perducitur. Mors autem Anbæ Jousar in annum Christi 850. cadit.

CXL.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars tertia operis quod *Severus* Aschmounensis de ecclesiæ Alexandrinæ præsulibus conscripsit. In eo autem volumine orditur auctor à vita Anbæ Khajal quinquagesimi tertii Alexandrinorum Patriarchæ, & desinit in Daoud Ebn Laklak, id est, Davide Aconiæ filio, aliàs Cyrillo, qui anno Christi 1235. septuagesimus quintus primariæ Ægypti sedis præsul renuntiatus est. Quæ autem de Caliphis Ægyptiacis post vitam Joannis Patriarchæ septuagesimi quinti traduntur, è secunda hujus operis parte huc translata sunt. Nam in hac tertia de Sultanis Ægypti è Jacobitarum sive Saladini prosapia ortis tantummodo agitur.

CXLI.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur vitæ sanctorum epitome, è synaxariis Græcorum ad usum Melchitarum in Arabicam linguam conversa.

CXLII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Vita sancti Pauli Apostoli.

2.° Epistola ad Laodicenses Apostolo *Paulo* tributa.

3.° Apocalypsis S. Joannis Evangelistæ.

CXLIII.

Codex bombycinus, olim Antonii Faure. Ibi continentur:

1.° Anonymi historia imaginis beatæ Virginis in urbe Seidnaia repertæ.

2.° Sancti *Ephræmi* homilia in nativitatem beatæ Virginis.

3.° *Cyrilli* Hierosolymitani homilia in præsentationem beatæ Virginis.

4.° *Cyrilli* Alexandrini oratio in dormitionem, sive assumtionem beatæ Virginis.

5.° *Basilii* oratio in dedicationem templi beatæ Virginis Philippis extructi.

6.° Anonymi historia prædicationis sancti Matthæi Beryti.

7.° *Cyrilli* Alexandrini homilia in assumtionem beatæ Virginis.

8.° *Chrysostomi* homilia de miraculis à Christo in Ægypto patratis.

9.° Sancti *Cyriaci* episcopi Behnen in Ægypto homilia.

10.° Quomodo beata Virgo monacho cuidam morti vicino in urbe Behnen se conspiciendam præbuerit.

11.° Sancti *Cyriaci* episcopi Behnen oratio de ingressu Christi in Ægyptum.

12.° *Theophili* Alexandrini Patriarchæ, oratio de ingressu beatæ Virginis in Ægyptum.

13.° Anonymus de miraculis beatæ Virginis.

Is codex exaratus est anno Christi 1518.

CXLIV.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1671. illatus. Ibi continentur sanctorum anachoretarum vitæ, una cum insignioribus illorum dictis.

CXLV.

Codex bombycinus, Damasco in Bibliothecam Colbertinam illatus, quo continentur:

1.° Vita S. Antonii, auctore *Athanasio*.

2.° Vita sancti Ephræmi.

3.° Vita sancti Macarii, auctore *Serapione* sancti Antonii discipulo.

4.° Vita sancti Euthymii.

5.° Vita sancti Theodosii cœnobiarchæ.

6.° Vita sancti Palladii ab Helenopoleos episcopo diversi, quam è Græca lingua in Arabicam convertit Melchita quidam Constantini medici filius: advertendum tamen hunc episcopum Origenis errores sectatum fuisse, Origenistarumque antesignanum & acerrimum defensorem.

7.° Excerpta varia ascetica & moralia ex S. *Ephræmi* & aliorum Patrum scriptis.

8.° Vita S. Pauli primi eremitæ.

9.° Vita sancti Pauli Jonnacensis.

10.° Vita sancti Arsenii.

11.° Vita sancti Sabæ junioris.

Is codex exaratus est anno Christi 1673.

CXLVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam illatus. Ibi continetur Barlaami monachi & Joasaph historia, sive potius fabula romanensis, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversa.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In-quarto.

CXLVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus Mokhtassar ad daoual, id est compendium dynastiarum, sive historia universalis, auctore *Gregorio Abulpharagio*.

CXLVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus Nadm al giausaher, id est, ordinatio gemmarum, quo inscribuntur annales *Eutychii* Alexandrini Patriarchæ.

Is codex manu Bahhumii monachi, Macarii Metropolitæ Alepensis discipuli, exaratus est anno Christi 1607.

CXLIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur:

1.° Patriarcharum Alexandrinorum & Antiochenorum tam Catholicorum quàm hæreticorum historia, auctore *Severo* episcopo Aschmounin. Non pauca desiderantur.

2.° SS. *Athanasii* & *Joannis* eleemosynarii homiliæ.

CL.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur martyrologium ad usum ecclesiæ Melchitarum: ad finem pauca quædam desiderantur.

CLI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, ubi continentur:

1.° Historia & martyrium SS. Petri & Pauli, ubi multa veritati parum consentanea reperiuntur.

2.° Historia Nativitatis Christi. Auctoris nomen ignoratur.

3.° Anonymi historia Jonæ Prophetæ.

4.° Anonymi homilia de annuntiatione.

5.° S. *Epiphanii* homilia de hosanna sive palmarum die, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversa.

6.° Anonymus de opere sex dierum.

7.° Anonymi historia Jobi.

8.° Anonymus de unguento quod mulier peccatrix in Christum effudit.

9.° Homiliæ variæ quarum *Chrysostomus*, *Basilius*, *Dionysius*, *Jacobus* Syrus, & *Gregorius* Nyssenus auctores dicuntur.

CLII.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1671. illatus. Ibi continentur:

1.° Vita & martyrium SS. Petri & Pauli.
2.° Martyrium sancti Andreæ.
3.° Martyrium sancti Bartholomæi.
4.° Martyrium sancti Thomæ.
5.° Lectiones tam è Veteri quàm è Novo Testamento in ecclesiis Coptorum Alexandrinorum die festo Pentecostes recitari solitæ.

CLIII.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1671. illatus. Ibi continentur vita & miracula sancti Georgii. Leguntur præterea vitæ sanctorum quorumdam fragmenta.

CLIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur variorum operum collectiones, è Græca lingua in Arabicam à *Joanne* quodam conversorum.
1.° Martyrium sancti Georgii.
2.° Vita Jacobi intercisi.
3.° Vita Edesseni cujusdam.
4.° S. *Ephræmi* homiliæ duæ, nempe de cruce & de laudibus Virginis.
5.° *Chrysostomi* homiliæ quatuor, de Elisabetha, de annuntiatione, de Paschate, & de pœnitentia.
6.° Anonymi de miraculis beatæ Virginis.
7.° *Jacobi* fratris Domini, de nativitate beatæ Virginis homilia.
8.° Historia Valerii sacerdotis in regione Samaritanorum.
9.° Historia Arsenii magni.
10.° S. *Basilii* homiliæ de parasceve, de exitu animæ, de morte & judicio.
11.° Historia excidii Hierosolymitani.

CLV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:
1.° Liber cujus titulus Arbain Khabar, sive narrationes quadraginta de rebus gestis sanctorum qui vitam solitariam professi sunt, & in desertis Habib & Fioum prope montem Nathron domicilium collocavere, auctore *Alscheikh Abasad Ibrahim*.
2.° Canon chronologicus, ut & synopsis calendarii Coptici, ad usum ecclesiæ Alexandrinæ.
Is codex exaratus est anno Hegiræ 995.

CLVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continetur opus inscriptum Chitab kosas, id est liber historiarum. Ibi autem occurrunt,
1.° Miraculorum quatuordecim à sancto Basilio patratorum historia.
2.° Vita Bohairæ monachi, præcipui Muhammedis asseclæ.
3.° Vita sancti Galactionis.
4.° *Pauli* Sidoniensis episcopi, tractatus de Deo uno & trino, divinis attributis, & mortuorum resurrectione.
5.° Ejusdem oratio pronuntiata occasione Judæorum quorumdam, qui religionem Christianam amplexi erant.
6.° Ejusdem disputatio historico-dogmatica adversus Jacobitas & Nestorianos.
7.° Sancti *Basilii* oratio in laudem quadraginta Martyrum qui Sebastæ in Armenia interfecti sunt.
8.° Vita sancti Domitii martyris.
9.° Anonymi opusculum, de significatione paschatis & agni paschalis.
10.° Vitæ Antonii, Maximi, Macarii & aliorum.

CLVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:
1.° Vita & miracula viri sanctissimi Barsumæ al Orian, id est Nudi Longiæ filii, reginæ Ægypti Schareddor nuncupatæ à secretis.
2.° Vita & miracula sancti Ferig, qui vulgo Rains nuncupatur.
3.° Ejusdem sancti *Ferig* canon liturgicus, Coptica lingua scriptus.
4.° Vita Abrahami Syri, qui vulgo Ebn Zeraah cognominatur, fuitque Patriarcharum Alexandrinorum sexagesimus secundus, regnante in Ægypto Noez Chalifarum Fathemitarum primo.

CLVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur:
1.° Joannis Deilamitæ à Mahummedanis interfecti martyrium.
2.° *Chrysostomi* homiliæ tres, nempe de decollatione sancti Joannis-Baptistæ, de Christi baptismo, & de pœnitentia.
3.° Theodori martyrium imperante Juliano apostata.
4.° Epistola *Christi* ad Abgarum.
5.° *Anastasii* Sinaïtæ quædam in Psalmum sextum.
6.° *Basilius* de die dominica, de sabbatho, & exitu animæ.

7.° Testamentum *Adami* ad Seth.
8.° Sibyllæ Romanæ vaticinium.
9.° Historia Hachmet Israëlitidis.
10.° Miracula patrata in ecclesia S. Eliæ.
11.° Historia Eliæ Prophetæ.
12°. Historia Jeremiæ monachi.
13.° Historia Marci monachi.
14.° Historia mercatoris cujusdam.
15.° Quædam de misericordia & eleemosyna.
16.° Excerpta è doctrina Patrum, qui in eremo vixerunt.

C L I X.

Codex bombycinus, Vanslebii opera in Bibliothecam regiam illatus, ubi continetur vita sancti qui appellatur Jakel Henianut Æthiopis, & cujus acta à Claudio Æthiopiæ rege ad Gabrielem nonagesimum quintum ecclesiæ Alexandrinæ Patriarcham missa dicuntur.

C L X.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:
1.° Martyrium Pilati, opus fabulis scatens, cujus auctor *Ariæus* episcopus Behnen in Thebaïde.
2.° Historia Josephi Patriarchæ, inter fabulas numeranda. Auctoris nomen ignoratur.
3.° *Pauli* Syri disputatio cum dæmone.
4.° *Chrysostomi* homilia in prima Geneseos verba.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In - octavo.

C L X I.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam regiam Vanslebii opera anno 1671. illatus. Ibi continetur historia Patriarcharum Alexandrinorum, de qua videndus Renaudotius in illius ecclesiæ historia.

C L X I I.

Codex chartaceus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:
1.° *Severi* filii Mocfæ, Aschmounin in Thebaïde episcopi, historia concilii Nicæni & rerum in eo adversus Arium & Arianos gestarum.
2.° Ejusdem historia synodorum ad Chalcedonensem usque, illudque juxta Jacobitarum placita.
3.° Confirmatio fidei Jacobiticæ, è sacræ Scripturæ sanctorumque Patrum testimoniis, eodem auctore.
4.° Opusculum ejusdem apologeticum sententiæ Jacobiticæ, & alia quædam id genus.
Is codex exaratus est anno Christi 1636.

C L X I I I.

Codex bombycinus, ex insula Cypro in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus anno 1671. Ibi continetur opus inscriptum Paradisus, historias quadraginta selectas è vitis sanctorum anachoretarum complectens.

C L X I V.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:
1.° Miracula SS. martyrum Sergii & Bacchi, ubi non pauca desiderantur.
2.° Vita S. Joannis Chrysostomi. Initio quædam desiderantur.
3.° Vita sancti Joannis Apostoli.
4.° Martyrium SS. Sergii & Bacchi.
5.° Martyrium sanctæ Fabroniæ Nisibensis. Sub finem quædam desiderantur.

C L X V.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam illatus. Ibi continentur vitæ SS. Pachomii & Theodori illius discipuli, ab oculato teste sæculo quarto conscriptæ, & è Græca lingua in Arabicam à Copto quodam conversæ.

C L X V I.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, ubi continentur:
1.° Zosimi monachi historia. Auctoris nomen ignoratur.
2.° *Ephræmi* excerpta de vitiis & virtutibus, Arabicè conversa.
3.° Historia mortis Aaronis Patriarchæ, ab anonymo conscripta.
4.° Mors & miracula beatæ Virginis.
5.° *Isaacus* Ninives episcopus, de pœnitentia.
6.° *Theodulus*, de divitiis.
7.° *Ephræmi* homilia de fine sæculi.
8.° *Joannis Chrysostomi* homiliæ duæ.
9.° Sancti Gregorii papæ raptus, qui est apocryphus. Sub finem pauca quædam desiderantur.

C L X V I I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur:

1.° Vita

1.° Vita S. Macarii, cujus auctor fertur S. *Serapion* Antonii discipulus, è Græca lingua in Arabicam conversa.

2.° Vita Timothei Antiocheni, qui anno Hegiræ 259. diem supremum obiisse dicitur.

3.° Vita S. Joannis Alexandrini Patriarchæ, Eleemosynarii dicti, scripta à *Leontio*, illorum temporum æquali, & Neapoleos in insula Cypro episcopo.

CLXVIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, duodecimo, ut videtur, sæculo scriptus. Ibi continetur variorum operum collectio, quorum pleraque è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversa sunt.

1.° Vita sancti Serapionis.

2.° Vita sanctæ Theodoræ Alexandrinæ, cognomine pœnitentis.

3.° Historia miraculorum duodecim à sancto Basilio patratorum.

4.° S. *Ephræmi* homilia de Resurrectione.

5.° *Jacobi* Serugensis homilia de latrone.

6.° *Chrysostomi* homilia de proditione Judæ.

7.° *Paphnutii* abbatis peregrinatio, ubi multa de magno Onuphrio.

8.° *Isaaci* Syri homilia de peccatorum causis. Finis desideratur.

CLXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Barlaami monachi & Josaphat historia, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversa. Quod si interpreti fides, fabula illa romanensis *Joannem* Damascenum auctorem habet.

Is codex exaratus est anno Christi 1221.

CLXX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Monachi cujusdam nomine Bohairæ historia, illiusque vaticinium de Mohammedis pseudoprophetæ adventu.

2.° Sapientum quorumdam somnium, illiusque interpretatio Sibyllæ Ephesinæ tributa.

3.° Disputatio episcopum inter *Abukorrah* nomine & Mahummedanos quosdam, de Christianæ religionis veritate, instituta coram Almamone Califa.

In eo codice non pauca desiderantur.

CLXXI.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Bohairæ monachi historia.

2.° Somnii sapientum quorumdam interpretatio, Sibyllæ Ephesinæ tributa.

3.° *Abukorrah* disputatio.

In eo codice, illo de quo supra recentiori, multa desiderantur.

CODICES ARABICI

à Mahummedanis scripti.

ALCORANUS.

In-folio.

CODEX CLXXII.

Codex bombycinus, olim Tellerianus, quo continetur Alcoranus manu antiqua elegantissimè scriptus.

CLXXIII.

Codex bombycinus, quo continetur Alcoranus ad usum Mesquitæ Hydruntinæ in Apulia.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 886.

CLXXIV.

Codex bombycinus, quo continetur Alcoranus à quodam Haggi Ali filio Josephi, delubro arcis Meccæ consecratus, ea conditione ut singulis diebus certa quædam illius libri portio in eodem delubro recitaretur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 943.

CLXXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, nulli pulchritudine secundus, picturis compluribus illisque elegantissimis ornatus. Ibi Alcoranus continetur.

Is codex anno Hegiræ 1003. mensis

vero Maharram die duodecima exaratus dicitur.

CLXXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Alcoranus elegantiſſimè ſcriptus, variiſque picturis ornatus, una cum notis omnibus vocalium, commatumque myſticis diſtinctionibus.

CLXXVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Alcoranus, una cum gloſſis Perſicis interlinearibus. Deſiderantur initio ſuratæ, ſive capita quatuordecim, ſub finem vero viginti quinque.

CLXXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur Alcoranus.

CLXXIX.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur Alcoranus.

CLXXX.

Codex bombycinus, quo continetur Alcoranus, ubi folia nonnulla deſiderantur.

CLXXXI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur quatuordecim Alcorani ſuratæ, cum paraphraſi & interpretatione Turcica.

CLXXXII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Alcorani ſuratæ ſexdecim, à ſecunda nempe ad decimam nonam uſque, ſed illæ parum integræ.

2.° Fragmentum tractatus judicii, ubi de hæreditatibus.

3.° Amuletum quoddam ex illorum genere quæ nimis creduli Mahummedani geſtare ſolent.

Is codex charactere Mauritanico exaratus eſt.

CLXXXIII.

Codex chartaceus, quo continentur Alcorani fragmenta, cum gloſſa interlineari, notiſque nonnullis quæ ad Gallicam hujuſce libri interpretationem referuntur.

CLXXXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur Alcorani fragmenta, adjuncta locorum quorumdam interpretatione Latina.

ALCORANUS.

In-quarto.

CLXXXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Alcoranus eleganter & accuratè ſcriptus.

Is codex anno Hegiræ 999. exaratus eſt.

CLXXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Alcoranus anno Hegiræ 999. exaratus.

CLXXXVII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, elegantiſſimè ſcriptus anno Hegiræ 1096. Ibi continetur Alcoranus.

CLXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur Alcoranus charactere Mauritanico, & eo quidem, quantum conjicere licet, ſatis vetuſto exaratus.

CLXXXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Alcoranus.

CXC.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Alcoranus.

CXCI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continetur Alcoranus.

CXCII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Alcoranus.

CXCIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Alcoranus.

CXCIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Alcoranus.

CXCV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Alcoranus, verum aliqua sui parte mutilus. Desiderantur enim duo quaterniones, unus ad caput Jonæ, alter ad caput Bani Israël; quod à viro docto olim animadversum, & in schedulis ad illa loca insertis annotatum est.

CXCVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur quadraginta octo ultimæ Alcorani suratæ.

CXCVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Quatuordecim Alcorani suratæ, & variæ preces Arabicè conscriptæ. Sequitur illarum explicatio Turcica, auctore anonymo.

2.° Poëma Arabicum cujus titulus Cassidah albordah. Illius auctor *Scheik Cherefeddin Abu Abdallah Mohammed.*

CXCVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Alcorani suratæ septem.

2.° Preces à Mahummedanis grassante pestilentia recitandæ.

3.° Anonymi poëma in Mahummedis laudem.

4.° Excerpta poëtica Turcico sermone exarata.

CXCIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur sex Alcorani suratæ.

CC.

Codex bombycinus, quo continentur tria Alcorani capita, videlicet vigesimum quintum quod initio caret, vigesimum sextum, & vigesimum septimum.

Eum codicem olim asservatum in bibliotheca Caroli de Montchal, ostendunt hæc quæ ad calcem leguntur. *Illustrissimo ac reverendissimo ecclesiæ principi D. Carolo de Montchal archiepiscopo Tolosano M. A. Gajotius divinarum litterarum professor anno 1648. consecrat id Mahometici-Arabici manuscripti in Syria quondam exarati.*

CCI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur nonnulla Alcorani

capita, una cum interpretatione Hispanica interlineari, à quodam *Ibrahim Isquierdo* Thessalonicæ anno Christi 1568. absoluta.

Is codex characteribus Mauritanicis exaratus est.

CCII.

Codex membranaceus, olim Melchisedechi Thevenotii, elegantissimè scriptus, illudque charactere Mauritanico. Ibi continentur quædam Alcorani capita. In eo codice omittitur Meccanorum & Medinensium capitum distinctio. Occurrit præterea quoddam in titulis discrimen.

CCIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur nonnulla Alcorani capita.

CCIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur primum Alcorani caput à Muhammedanis precationis instar usurpari solitum, illudque paraphrasticè ab *Aboulsaad al Giaulnari* explicatum, & daaouat al fatehah, sive orationis initialis & primariæ titulo insignitum. Prima enim Corani Surata fatehah nuncupatur; verum prima duntaxat ejus suratæ pagina in nostro hoc codice exscripta est, & eorum quæ desiderantur locum occupat operis cujusdam anonymi fragmentum ad metaphysicam pertinens.

CCV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur Alcorani fragmenta quædam.

Is codex anno Christi 1675. exaratus est.

CCVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur quædam Alcorani fragmenta.

CCVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Alcorani fragmentum capita Raad & Ibrahim complectens.

CCVIII.

Codex chartaceus, olim Melchisedechi Thevenotii. Ibi continentur sententiæ ex Alcorano descriptæ, idque characteribus Mauritanicis. Singulis sententiis subjicitur illarum interpretatio Hispanica, characteribus quoque Mauritanicis exarata.

CCIX.

Codex bombycinus, olim Huralti Boistallerii. Ibi continetur Alcoranus à quodam viro docto multis in locis, trecentis fermè, ut videtur, abhinc annis Latinè explicatus. Desiderantur capita quatuordecim.

ALCORANUS.

In-octavo.

CCX.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur Alcoranus.

Is codex anno Christi 1368. exaratus est.

CCXI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, elegantissimè scriptus, compluribus picturis & litteris aureis ornatus. Ibi continetur Alcoranus.

CCXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Alcoranus characteribus elegantissimis scriptus.

CCXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, elegantissimè scriptus, quo continetur Alcoranus.

CCXIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Alcoranus absque punctis vocalibus.

CCXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Alcoranus.

CCXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Alcoranus.

CCXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ubi continetur Alcoranus.

CCXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Alcoranus multis in locis mutilus, & in aliis nonnullis manu altera illaque parum perita suppletus.

CCXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, charactere Mauritanico, illoque elegantissimo scriptus, asteriscis aureis ornatus. Ibi continentur duodecim Alcorani suratæ, cum notis omnibus vocalium, commatumque mysticis distinctionibus. Desideratur suratæ unius finis & alterius initium.

CCXX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur octo Alcorani suratæ, & variæ preces Arabicè conscriptæ. Sequitur anonymi tractatus Turcicus, de illarum vi & efficacia.

CCXXI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Quinque Alcorani suratæ.

2.° Preces variæ à Mahummedanis singulis diebus recitari solitæ.

CCXXII.

Codex bombycinus, olim Cardinalis Richelii, ubi continentur quinque Alcorani capita elegantissimè exarata.

CCXXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur quatuor illæ Alcorani suratæ quæ, grassante pestilentia, à Mahummedanis potissimum recitari solent.

CCXXIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Quatuor Alcorani suratæ, de quibus supra.

2.° Preces nonnullæ ad usum Mahummedanorum.

CCXXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Duæ Alcorani suratæ.

2.° Preces variæ à Mahummedanis usurpari solitæ, ubi nonnulla sermone Turcico scripta deprehenduntur. Occurrunt præterea figuræ quædam Talismanicæ.

CCXXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Duæ Alcorani suratæ.

2.° Preces singulis diebus à Mahummedanis

recitari ſolitæ, partim Arabicè, partim Turcicè ſcriptæ.

CCXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur caput Alcorani jas inſcriptum, quod amuleti inſtar à Mahummedanis geſtari ſolet. Sequuntur aliæ quædam orationes lingua Turcica.

CCXXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur caput Alcorani anam inſcriptum, quod precationis & amuleti locum apud Mahummedanos obtinet. Sequuntur complures aliæ orationes ſuperſtitionis plenæ.

CCXXIX.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur præter Alcorani caput yar preces nonnullæ, adjunctis nonnullis obſervationibus ſuperſtitioſis.

CCXXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur capita quædam Alcorani, ſed imperfecta pleraque.

CCXXXI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur ſelecta quædam Alcorani capita, adjectis precibus nonnullis, quæ omnia à Mahummedanis nimium credulis amuletorum inſtar geſtari ſolent.

CCXXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur nonnullæ Alcorani ſuratæ, variæque preces Arabicè conſcriptæ, una cum tractatu Turcico, ubi de illarum vi & efficacia, ut & tempore quo ſingulæ recitari debent.

CCXXXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur nonnullæ Alcorani ſuratæ, quæ frequentiùs à Mahummedanis in ſuis precibus uſurpantur. Ad oram vero codicis notæ quædam leguntur, Turcico ſermone ſcriptæ.

CCXXXIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1°. Nonnullæ Alcorani ſuratæ.

2.° Variæ preces à Mahummedanis recitari ſolitæ, una cum illarum expoſitione ſermone Turcico ſcripta.

CCXXXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Selectæ quædam Alcorani ſuratæ.

2.° Orationes variæ ad uſum Mahummedanorum, Arabicè & Turcicè.

CCXXXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur fragmentum Alcorani, quod amuleti inſtar à Mahummedanis geſtari ſolet. Reperiuntur præterea precatiunculæ quædam.

CCXXXVII.

Codex bombycinus, quo continetur fragmentum Alcorani. Sequitur *Mahummedis* diploma de pactis cum infidelibus induciis, & iis ſumma fide ſervandis.

CCXXXVIII.

Codex bombycinus, quo continetur Alcorani fragmentum elegantiſſimè ſcriptum, adjectis precibus nonnullis Turcicè explicatis.

ALCORANI INTERPRETES.

In-folio.

CCXXXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inſcriptum ketab al mokannaa, id eſt, liber auro incruſtatus; auctore *Othmanno Ebn Said Ebn Othman al Mokri.* Ibi de variis Alcorani exemplaribus quæ temporibus Othmanni Califæ collecta ſunt.

CCXL.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Anonymi opus inſcriptum mazemon, id eſt, collectanea, ubi de Alcorano, ejus partitione & ſectionibus, de Mahummede, illius ortu, aſcenſione, ſive itinere nocturno, & obitu. Occurrunt præterea varia pſeudoprophetæ encomia, è diverſis ſcriptoribus collecta.

2.° Anonymi de medicamentis ſimplicibus ordine alphabetico diſpoſitus tractatus.

3.° Encomia & vituperationes.

4.° Deciſiones ad Mahummedicum jus tam civile quàm canonicum ſpectantes, auctore *Abu Abaſſi* Aſcalonita.

CCXLI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur prima pars commentarii in Alcoranum, cujus titulus tashil affelil fi feham maani attenzil, id eſt, manuductio ad intelligendos revelationis ſenſus, auctore *Aboul Haſſan Bakeri* ſectæ Scafeienſis doctore.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 945.

CCXLII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur commentarii in Alcoranum, cujus auctor *Mohammedes* filius *Iſmaelis* cognomine *al Bokari*, pars prima.

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1429.

CCXLIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur commentariorum in Alcoranum, quorum auctor *Mohammedes Iſmaelis* filius, cognomine *al Bokari*, pars tertia.

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1429.

CCXLIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur commentariorum in Alcoranum, quorum auctor *Mohammedes* filius *Iſmaelis*, cognomine *al Bokari*, pars tertia.

CCXLV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur commentarii in Alcoranum, cujus auctor *Mohammedes* filius *Iſmaelis*, cognomine *al Bokari*, pars quarta.

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1412.

CCXLVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inſcriptum attankih al Bokari, id eſt, medullæ extractio è libro Mohammedis al Bokari, auctore *Zercaſchi*. Ibi reperiuntur vocum illius commentarii difficiliorum explicatio, & vera quarumdam juxta grammaticæ regulas lectio.

CCXLVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur pars undecima commentarii in Alcoranum, cujus titulus ab affaan maani aſſahah, id eſt, liber demonſtrativus verorum ſenſuum. Hujuſce operis auctor *Vizir Aboulmo Dhaſſer Jahia Ebn Mohammed Ebn Hobeirah Taher Emir Almoumenin.*

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 584.

CCXLVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur pars ſecunda commentarii in Alcoranum, inſcripti janbuu, id eſt, ſcaturigo, ſive fons. Hujuſce operis auctor *Haggiddinus Mohammedes* Mohammedis filius.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 858.

CCXLIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, partim antiqua, partim recentiori manu ſcriptus. Ibi continetur opus cujus titulus haſchiat al keſchaf, id eſt ſcholia in commentarium Alcorani Keſchaf appellatum. Scholiorum illorum auctor *Cotheddinus al Schirazi*.

CCL.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus rabii al abrar, al foſſoul al achiar, id eſt, ver juſtorum, & tempeſtates anni ſanctorum; ſive florilegium è variis ſcriptoribus excerptum, ubi *Zamakhesharius* hujuſce operis auctor, lectores nimia illa attentione quam poſtulat libri keſchaf appellati lectio, fatigatos recreare quodammodo & relaxare ſibi propoſuit. Keſchaf autem eſt ampliſſimus & magni nominis in univerſum Alcoranum commentarius, ab eodem *Zamakheshario* publici juris factus. Opus de quo nunc in 99. vel ſecundum alios 92. ſectiones diviſum, nullam philoſophiæ partem attingit; quamvis enim de illis circa quæ philoſophi verſantur diſputat, nullo tamen ratiocinio utitur, ſed hiſtoricè tantummodo narrat quæ (verbi gratia) de tempore, anno, illiuſque partibus, &c. Mohammed ejuſque ſocii, & alii traditionum auctores literarum monumentis conſignarunt.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 968.

CCLI.

Codex bombycinus, charactere Africano ſcriptus, quo continetur commentarius in Alcoranum, auctore *Aboul Baka Abdallah* filio *Haſſan* filii *Abdallah al Ocberi al Faradhi*, qui de rebus parum ſollicitus voces difficiliores explicare conatur.

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1398.

CCLII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur opus inſcriptum auwar eltanzil vaſrar el tauvich, id

eſt, lumina revelationum, & ſecreta ſignificationum; ſive commentarius in Alcoranum, auctore *Naſſireddino* cognomine *Beidauvi*, magni apud Mahummedanos nominis ſcriptore.

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1561.

CCLIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur fragmentum commentarii in Alcoranum, cujus auctor *Cadhi al Bedhaoni*. Incipit à capitulo 18. dicto ſpelunca.

CCLIV.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, charactere Africano ſcriptus, quo continetur commentarius in Alcoranum, auctore *Abdelrahman el Thaalibi*.

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1472.

CCLV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur pars prima commentarii in Alcoranum, cujus titulus ſcharh abbedai, id eſt, artis oratoriæ explicatio, auctore *Sirgiiddino Omaro Alheudi*, qui anno Hegiræ 773. diem ſupremum obiit.

CCLVI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, antiquus & vetuſtate ipſa nonnullis in locis detritus. Ibi continentur *Abu Iſaaci* in varia Alcorani capita commentarii.

CCLVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi commentarius in duo prima Alcorani capita, adjunctis plurimis notis marginalibus & interlinearibus. Sub finem nonnulla deſiderantur.

2.° *Mahummedis Ebn Elſadil* tractatus de ſepulcri ſupplicio juxta Mahummedanorum placita. Finis deſideratur.

3.° Anonymi fragmentum de nonnullis legis Mahummedicæ ritibus, ablutione nempe, oratione & funeribus, adjunctis compluribus notis.

4.° *Abul Baka Ebn Ahmad Karchi* tractatus inſcriptus dia lilfatuvat, id eſt, lumen deciſionum, ſive commentarius in opus quoddam de ſpiritualitate, cujus auctor *Mahummedes Cerneus*.

CCLVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inſcriptum taſſir garib Alcoran, id eſt vocum Alcorani difficiliorum explicatio ordine alphabetico diſpoſita, auctore *Aboubeker Ebn Aziz al Segertani*.

ALCORANI INTERPRETES.

In-quarto.

CCLIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus de certitudine & ſtabilitate Alcorani, deque illius ritè legendi ratione, auctore *Abuſaid* Muhammedis filio.

CCLX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi tractatus, cujus titulus ketab al coraat, id eſt liber lectionum, ſive ſpecies quædam Maſſoræ in Alcoranum. Ibi enim docetur quibus Alcorani locis literæ elif, van, je, vel addantur, vel occultentur, vel etiam penitus detrahantur. Eadem de hamzal, aliiſque literis reperias, imo & de variis Alcorani recitandi modis, illiſque ſuperſtitioſis, ſub finem prolixè diſſeritur. In eo autem codice deſiderantur non pauca.

CCLXI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber inſcriptus akalim el taalim, id eſt, ſcientiarum climata. Ibi de exponendi Alcorani ratione, de traditionibus, de jure canonico & civili, de ethica, medicina, geometria & arithmetica, illudque per quæſita & reſponſa. Occurrunt etiam non pauca ad grammaticam pertinentia, auctore *Chemſeddino Haget Elaſlam*, à quo hocce opus abſolutum eſt anno Hegiræ 630.

CCLXII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Opus inſcriptum bahath almaarouf finia - arefat al oucouf, ſive diſputatio grammatica de pauſis, ut vocant, in Alcorani lectione obſervandis, ab anonymo edita Aleppi anno Hegiræ 847.

2.° Opuſculum ejuſdem omnino argumenti, cujus auctor *Aboulcaſſem al Schathabi* Cordubenſis. Quædam deſiderantur.

CCLXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur commentarii in Alcoranum pars

altera. Illius auctor *al Cadhi Beidhaoui.* Incipit à capite kahf, five fpeluncæ, quo feptem dormientium hiftoria narratur, & definit ad ultimum Alcorani caput.

Is codex anno Hegiræ 1067. exaratus eft.

CCLXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur fcholia in præfationem libri anouar al tenzil appellati, five commentarii in Alcoranum longè celeberrimi, qui *Nafreddino Abdallah al Beidhaoui* tribuitur. Scholiorum illorum auctor eft *Ahmed* filius Ali filii Othman, qui fuum hoc opus Amurathi Turcarum imperatori nuncupavit.

CCLXV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanflebii opera illatus. Ibi continetur opus infcriptum anouar al tenzil, vel afrar al taouil, id eft, Alcorani lumina & interpretationis illius arcana; five commentarii in Alcoranum, cujus auctor *al Cadhi Nafféreddin Abou Said Abdallah ben Omar al Beidhaoui*, pars prima.

CCLXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur fragmentum operis cujus titulus nadhm al dorar, id eft, monile & margaritarum ordinata feries, five commentarius in Alcoranum, auctore *Borhaneddino Ibrahim ben Omar al Bachait,* qui opus illud anno Hegiræ 861. inchoatum anno 875. abfolvit.

Is codex *Borhaneddini* ipfius manu exaratus dicitur.

CCLXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanflebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Liber infcriptus tohfat al adib bema filcoran men algarib, id eft, viri eruditi munufculum de iis quæ in Alcorano magis rara & peregrina occurrunt; five commentarius, quo voces Alcorani difficiliores & minus protritæ ordine alphabetico exponuntur, auctore *Athireddino Abou Haijan* Hifpano, qui anno Hegiræ 745. obiiffe dicitur.

2.° Anonymi opus infcriptum al dorral al fakher fi fchard okoud al giawaher, id eft, unio nobilis, five commentarius in librum cujus titulus margaritarum monile à *Gemaleddino* Africano editum, ubi de doctoribus, difcipulis & difciplinis.

Ad calcem codicis reperiuntur adagia quædam moralia, ordine alphabetico difpofita.

CCLXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus infcriptum tafhil al febil fi fehem maani al tenzil, id eft viæ facilitas ad penetrandum verum Alcorani fenfum; eft pars altera commentarii, cujus auctor *Aboulhafan al Bekri,* qui hocce opus aggreffus anno Hegiræ 923. ultimam illi manum tribus poft annis impofuit.

Is codex ex ipfius auctoris autographo defcriptus dicitur anno Hegiræ 1001.

CCLXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus infcriptum feth al rahman be kafchfma jolbas filcoran, id eft, locorum Alcorani difficilium, obfcurorum & impeditorum explicatio, auctore *Zacharia ben Mohammed al Anfari,* qui non pauca è libro Razi in hoc fuum opus tranftulit.

Is codex anno Hegiræ 1003. exaratus eft.

CCLXX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Opus infcriptum afoulat mafaleet wagibua fi Alcoran, five quæftiones in Alcoranum, illarumque folutiones, auctore *Mohammede Abdal Cader al Razi,* qui feptimo fæculo floruit.

2.° Liber cujus titulus fcharhhal vavraki, id eft in opus quoddam Aboulmaali Abdalmelek al gionini vavraki appellatum, ubi de juris Mahummedani fundamentis, commentarius, auctore *Kemaleddino Mohammed,* vulgo *Ebn Imam al Kamaliah*, qui anno Hegiræ 874. vivere defiit.

Hujufce codicis pars prior anno ejufdem æræ 836. exarata eft.

CCLXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi nonnullorum Alcorani locorum explicatio. In eo codice initium & finis defiderantur.

ALCORANI INTERPRETES.

In-octavo.

CCLXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber infcriptus, afoulat

asoulat Alcoran alniud agiubatha, sive dubia circa Alcoranum proposita numero 120. eorumque solutiones, auctore *Mahummede Ebn Abebekr ben Abdelkader al Razi.*

Is codex anno Hegiræ 723. exaratus est.

CCLXXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum scharh thaouale al anouar, in librum cujus titulus anouar al tenzil, id est, lumina Alcoranica, vel potius in hujusce tractatus epitomen à Gelaleddino al Soiouthi editam, commentarius, cujus auctor *Ahmed ben Mohammed ben Kedher al Kazerouni al Schafei.*

Is codex anno Hegiræ 856. exaratus est.

CCLXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Anonymi commentarius Arabica lingua scriptus, in versum primum capitis Alcorani, ubi de rebus bello partis.

2.° Anonymi opusculum lingua Persica scriptum, ubi de præcipuis religionis Mahummedanæ capitibus summatim differitur.

3.° Anonymi opusculum Persicè scriptum, ubi de virtutibus quas certis quibusdam Alcorani capitibus Mahummedani superstitionibus nimium addicti tribuere solent.

LIBRI RITUALES.

In-folio.

CCLXXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum ketab attoudih, id est, liber elucidationis, sive commentarius in præfationem imam aboulleith, è variis illustriorum operibus contextus, quorum nomina & tituli recensentur; in ea autem præfatione de oratione & precandi modo differitur. Commentarii illius auctor *Mosbeijdinus Mustapha* filius *Zachariæ el Rammali*, qui anno Christi 1406. obiisse dicitur.

CCLXXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum moniai al mossali, id est, desiderium precantis, sive tractatus de oratione quæ à Mahummedanis statis temporibus fieri solet. In eum autem tractatum commentarios quorum titulus temeniat, scripsit *Ali Ebn Ahmed* Aleppensis.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1047.

CCLXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum habl metim rah unied vé bim, id est, turris fortis per quam via spei & timoris instituitur. Ibi de ablutionis, orationis & adorationis ritibus, è Mahummedis ore ab illius sociis exceptis, auctore *Bahaeddino.*

Is codex exaratus est anno Christi 1519.

CCLXXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum fel menchuat fessalati, sive de iis quæ inter orandum vetita sunt. Verbi gratia, contendit auctor pio Mahummedano neque caput movendum, neque circumspiciendum: ait etiam alicui salutem intra orationis tempus dicere nefas, laudaturque traditio vetus à Mohammede accepta, qua Deus hisce verbis immodestè orantem quempiam alloquens ait, quando me neglecto ad aliquem te convertis, numquid putas te melius aliquid inventurum?

CCLXXIX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, characteribus Mauritanicis scriptus, ubi continentur preces variæ quibus mala averti & bona procurari Mahummedani stultè existimant. Occurrunt & alia quæ ad comparandam amuletorum cognitionem pertinent.

CCLXXX.

Codex bombycinus, olim Tellerianus, quo continetur anonymi tractatus varias exhibens precum formulas ex Alcorani suratis excerptas, quæ, si auctori fides, diversis morborum generibus curandis imprimis idoneæ sunt. Ibi quoque amuleta nonnulla occurrunt quibus mala depelli, bona procurari Mahummedani nimium creduli sibi persuadent.

Is codex, quo nullus in Bibliotheca regia inter Arabicos antiquior, characteribus Mauritanicis exaratus est.

CCLXXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum mohegé addaouat, vel meuhage al enaiat, sive liber de precibus & amuletis precatoriis Muhammedis, Chadigiæ, Fatimæ, Ali, filiorumque ejus, Zenalebdini, Ali Bakeri, cæterorumque Imamorum; item Davidis, Salomonis, &, ut Mahummedani nugantur, Jesu-

Christi Salvatoris. Hujusce libri auctor *Aboulcassem Ali Ebn Moussa Ebn Giafar Ebn Mohammed Atthaous Abrlovi al Fathemi.*

Is codex manu Hossain Ebn Mohammed Ebn Mahmoud Alkermani anno Hegiræ 621. exaratus dicitur.

LIBRI RITUALES.

In-quarto.

CCLXXXII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus brevis de cognoscendis temporibus & momentis quibus Mahummedani preces peragere debent, auctore *Badridino al Hassan* filio *Khalil Thibensi.*

CCLXXXIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum moniat al mossali, vel goniat al mobtadi, id est, votum precantis & lucrum auspicantis, ubi de ritibus, conditionibus & fructu orationis quæ è Mohammedicæ legis præscripto quinquies singulis diebus peragitur, auctore *Schehabiddino al Kaschgari.*

Is codex in insula Rhodo anno Hegiræ 1045. exaratus dicitur; idque in collegio arcis superioris ab Ibrahim Pacha Viziro primario instituto.

CCLXXXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber inscriptus mancoulat al dalaiel, id est, argumentorum & probationum prolatio, sive commentarius in tractatum qui schorouth assalat nuncupatur, ubi de Mahummedanorum precatione legitima illiusque conditionibus & ritibus. Utriusque operis auctor ignoratur.

Is codex anno Hegiræ 1052. exaratus est.

CCLXXXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus, ubi de iis quæ Mahummedani in precibus faciendis servare tenentur, illudque è pseudoprophetæ verbis.

2.° Anonymi poëma in laudem scientiæ.

CCLXXXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi de sacra ablutione ante orationem peragenda, juxta legis Mahummedanæ præcepta, tractatus.

Is codex anno Hegiræ 968. exaratus est.

CCLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur:

1.° De oratione juxta Mahummedanorum doctrinam rectè peragenda tractatus, auctore *Chedideddino* Caschgarensi.

2.° Anonymi de grammatica tractatus.

3.° Anonymi ejusdem argumenti opusculum.

CCLXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, characteribus Mauritanicis exaratus, ubi continetur de oratione juxta Mahummedanorum doctrinam rectè peragenda tractatus, auctore *Abu Abdallah Muhamed* filio *Solimani Gehzouli.*

CCLXXXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur collectio temerè congesta variorum fragmentorum quorum pleraque mutila sunt & lacera. In his orationis peragendæ methodus, doctorum Hanefitarum series, epistolarum formulæ, ut & calendarii Arabici & Græci canones, partim Arabicè, Turcicè partim explicantur.

CCXC.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, quo continetur opus inscriptum moaaddal assalah, id est, recta orationis institutio, sive de precibus ritè peragendis, auctore *Mohammede* filio *Pir Aly*, qui huncce tractatum anno Hegiræ 975. ad umbilicum perduxit.

Is codex anno ejusdem æræ 1228. exaratus est.

CCXCI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur *Moschafæ ben Zachariah* al Karamani commentarius in librum cujus titulus mokhtassar mokaddemat al salaouat, id est, compendium eorum omnium quæ ad precationem rectè peragendam spectant. Operis illius auctor *Nasser ben Mohammed al Samarkandi.*

Is codex anno Christi 1402. Cairi exaratus dicitur.

CCXCII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi

continetur liber cujus titulus moniat al mosſahli, ſive deſiderium precantis. In eo autem opere de oratione ſtatis temporibus certiſque ritibus peragenda diſſeritur, auctore *Jadiddino* Chaſagrenſi.

Is codex elegantiſſimè ſcriptus & aureo ſigillo munitus, ad regum Ægypti è Dharemitarum familia bibliothecam pertinuiſſe videtur.

CCXCIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continentur:

1.° Opus cujus titulus moniat al mosſahli, id eſt, deſiderium precantis, auctore *Schehabiddino* Kaſchgarenſi. Conjectæ ad oram codicis animadverſiones nonnullæ dignæ quæ legantur.

2.° Anonymi ſcholia in librum inſcriptum mokaddemat al ſalat, ſive tractatum de precatione, cujus auctor *Schamſiddinus Mohammed al Fanari.*

CCXCIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inſcriptum moniat al moſſahli, id eſt, votum precantis.

CCXCV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur folia aliquot è variis codicibus temerè collecta, & in unum volumen compacta ſtudio Chriſtiani Ravii Berlinatis. Ibi occurrunt:

1° Fragmentum tractatus, quo de explorando Keblah, id eſt cæli, ſive mundi ſitu quem Mahummedani inter orandum reſpicere debent, diſſeritur, auctore *Abdalazis Mohammed al Vaſai.*

2.° Fragmenta librorum, ubi de rebus ad grammaticam, logicam & metaphyſicam pertinentibus diſſeritur.

LIBRI RITUALES.

In-quarto.

CCXCVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, characteribus Mauritanicis exaratus. Ibi continentur:

1.° Tractatus de apprecatione illa quam Mahummedani pſeudoprophetæ nomini adjungere ſolent, auctore *Abou Abdallah al Giozouli.*

2.° Opuſculum de quadam Mahummedis apparitione, auctore *Abdalrahman al Thaalebi.*

CCXCVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, characteribus Mauritanicis ſcriptus, quo continetur tractatus de apprecatione illa quam Mahummedani pſeudoprophetæ nomini adjungere ſolent, auctore *Abou Abdallah al Giozouli.*

CCXCVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continentur:

1.° Sectiones ſive partitiones precum quas veri antiſtites & ſucceſſores Ali uſurparunt, auctore *Kemaleddino Mohammed ben Abilreſa,* aliàs *Mohammed al Reſa.*

2.° Opus inſcriptum mauh al elabiat, hoc eſt, Dei munus, quo ejuſdem generis preces reperiuntur, auctore *Aboullathaif Ebn al Fari.*

CCXCIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Fragmentum operis cujuſdam Mauritanicis characteribus ſcripti, ubi de apprecatione illa quam Mahummedani pſeudoprophetæ nomini adjungere ſolent, auctore *Abou Abdallah al Giozouli.*

2.° Ejuſdem opuſculum characteribus quoque Mauritanicis exaratum, ubi de divinis nominibus.

Is codex anno Hegiræ 1015. ſcriptus eſt.

CCC.

Codex bombycinus, olim Huberti profeſſoris regii. Ibi continetur tractatus inſcriptus delail al khairat, vel ſchaouarek al anouar, id eſt, bonorum & gratiarum pignora, ſive luminum exortus. In eo autem opere diſſeritur de illa apprecatione quam Mahummedani pſeudoprophetæ nomini adjungere ſolent, nempe ſal allah alaihi, auctore *Abou Abdallah Muhamed ben Soliman ben Abibekr al Giozouli.*

Is codex anno Hegiræ 1007. characteribus Mauritanicis exaratus eſt.

CCCI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, characteribus Mauritanicis, illiſque elegantiſſimis exaratus. Ibi continetur tractatus inſcriptus delail al khairat, vel ſchaouarek al anouar fi dhekr al ſalat ala al nabi al mokhtar, id eſt, demonſtrationes bonorum & origines ſplendorum quæ ex commemo-

ratione nominis prophetæ, cum apprecatione & benedictione facta proveniunt, auctore *Abou Abdallah Mohammed ben Soliman ben Abibekr al Thaalebi.*

CCCII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, charactere Mauritanico scriptus. Ibi continentur variæ preces ad usum Mahummedanorum.

CCCIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum lamaat al nouraniat fi aourad al rabbaniat, sive liber precum divinarum orationes pro singulis cujusque diei horis complectens, quibus subjungitur explicatio mystica, vel potius superstitiosa, de precum illarum usu & dignitate, auctore *Aboulabbas Ahmed al Buni* qui secta Malekita, origine Coraischita fuit.

Is codex anno Hegiræ 845. exaratus est.

CCCIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Liber cujus titulus, adhkar al adhkar, commentarius nempe & epitome libri qui vulgo adhkar Naaoui, id est, orationum syntagma Naaoui. Hæc autem epitome *Geladeddini Aboulfadhl Abdalrahman al Soiouthi* studio prodiit. Opus vero Naaoui Heliat al abrar vel schear al akhiar, id est, ornamentum justorum & insigne bonorum nuncupatur. Constat 365. capitibus, & totidem preces complectitur quas vir pius ad singulos diei vel noctis actus recitare potest. Obiit Mohieddinus Abou Zacharia Jahia ben Scharaf al Naaoui anno Hegiræ 676. al Soiouthi vero anno 911.

2.° Tractatus inscriptus nocassed al salat, id est, liber de oratione, auctore *Azzeddino al Solemi* secta Scafeita.

CCCV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus cujus titulus al giavaher al khams, id est, uniones, sive gemmæ quinque. Constat illud opus totidem capitibus, & varias complectitur preces homini puriori vitæ generi adstricto recitandas, quas inter multæ sunt quæ Christianam religionem sapiant, multæ quæ Mohammedanam superstitionem, immo & magicas artes redoleant. Auctore *Mohammede ben Khathireddin ben Bajazid ben Khouageh ferid al Athar,* qui huncce tractatum anno Hegiræ 956. absolvit.

Is codex anno ejusdem æræ 1076. exaratus est.

LIBRI RITUALES.

In-octavo.

CCCVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum moniat al mossali, vel goniat al moktadi, id est, votum precantis & lucrum auspicantis, ubi de ritibus, conditionibus & fructu orationis quæ è Mohammedicæ legis præscripto quinquies singulis diebus peragitur, auctore *Schedideddino al Kaschgari.*

CCCVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi opus inscriptum schorouth al salat, id est, conditiones, sive requisita ad precationem lege Mohammedica præscriptam ritè peragendam.

2.° Tractatus ejusdem argumenti, auctore *Alfakih Abullait.*

3.° Anonymi de existentia Dei, illiusque attributis disputatio.

4.° Anonymi opusculum characteribus Mauritanicis exaratum, ubi de precibus & divini nominis invocatione.

CCCVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum mokhtasar mokaddemat al salaouat, sive tractatus ad modum compendii, ubi de precibus quas Mahummedani è legis præscripto quotidie peragere debent, auctore *Aboulaith*, cognomine *Samarkandi*, adjunctis *Mostaphæ ben Zachariæ al Caramani* commentariis.

Is codex anno Hegiræ 1005. exaratus est.

CCCIX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, quo continetur de oratione juxta Mahummedanorum doctrinam rectè peragenda tractatus, cujus auctor *Abullaith* Samarkandæus. Sub finem desiderantur folia quædam.

CCCX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi tractatus de lotionibus aliisque pio Mahummedano observandis, antequam ad recitandas preces accedat.

Differitur præterea de quibusdam legis Mahummedanæ præceptis & consiliis.

Is codex partim Arabicè, partim Turcicè exaratus est.

CCCXI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus inscriptus al idhan befeth asrar al teschehad, vel al adhan, id est, de publicarum precum indictione, quæ voce fit apud Mahummedanos, ubi de Christianorum campanis & Judæorum lituis sermo fit, auctore *Ibrahim ben Omar al Bekai*.

Is codex anno Hegiræ 875. exaratus est.

CCCXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, characteribus Mauritanicis exaratus, quo continetur tractatus, ubi de apprecatione illa differitur quam Mahummedani pseudoprophetæ nomini adjungere solent, auctore *Abou Abdallah al Giozouli*.

CCCXIII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur tractatus de illa clausula quæ recitato Mahummedis nomine subjungi solet, videlicet, supra eum sit Dei misericordia & pax, auctore *Abu Abdallah Mohammed* filio *Soliman*.

Is codex characteribus Mauritanicis exaratus est.

CCCXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur præcipuarum quæ apud Mahummedanos recitari solent precum expositio, Arabicè & Turcicè.

CCCXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, characteribus Mauritanicis exaratus, ubi continetur tractatus cujus titulus hossn al hassin, id est, arx inexpugnabilis, ubi variæ orationis species describuntur, auctore *Schemseddino Mohammed ben Mohammed al Gozeri*, qui anno Hegiræ 739. obiisse dicitur.

CCCXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur preces ex Alcorano & præcipuis Mahummedanorum traditionibus collectæ, una cum illarum expositione Turcicè scripta.

CCCXVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continentur preces variæ ad usum Mahummedanorum, Arabicè & Turcicè.

CCCXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur variæ preces Arabicè scriptæ, una cum anonymi tractatu Turcico, ubi illæ explicantur.

CCCXIX.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur variæ preces Arabicè conscriptæ. Sequitur anonymi tractatus Turcicus, ubi de illarum vi & efficacia differitur.

CCCXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur variæ preces, Arabicè conscriptæ. Sequitur anonymi tractatus Turcicus, ubi de illarum vi & efficacia differitur.

CCCXXI.

Codex bombycinus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur preces quædam Arabico-Turcicæ à Mohammedanis recitari solitæ.

CCCXXII.

Codex bombycinus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur preces quædam Arabico-Turcicæ à Mohammedanis recitari solitæ.

CCCXXIII.

Codex bombycinus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur preces quædam Arabico-Turcicæ, quæ à Mahummedanis recitari solent.

CCCXXIV.

Codex bombycinus, quo continentur variæ preces Arabicè conscriptæ, una cum anonymi tractatu Turcico, ubi illæ explicantur.

CCCXXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur variæ preces Arabicè conscriptæ, una cum anonymi tractatu Turcico, ubi de illarum vi & efficacia differitur.

CCCXXVI.

Codex bombycinus, quo continentur variæ preces Arabicè conscriptæ, una cum

anonymi tractatu Turcico, ubi de illarum vi & efficacia, ut & tempore quo recitari debent, differitur.

CCCXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur variæ preces Arabicè conſcriptæ, una cum anonymi tractatu Turcico, ubi de illarum vi & efficacia differitur.

CCCXXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur variæ preces Arabicè conſcriptæ, una cum tractatu Turcico ubi illæ explicantur.

CCCXXIX.

Codex bombycinus, quo continentur variæ preces Arabicè conſcriptæ, una cum tractatu Turcico ubi illæ explicantur.

CCCXXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur variæ preces Arabicè conſcriptæ. Sequitur anonymi tractatus Turcicus, ubi de illarum vi & efficacia, & tempore quo recitari debent, differitur.

CCCXXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur variæ preces Arabicè conſcriptæ. Sequitur tractatus Turcicus, ubi de illarum vi & efficacia, & tempore quo recitari debent, differitur.

CCCXXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur variæ preces Arabicè conſcriptæ. Sequitur tractatus Turcicus, ubi de illarum vi & efficacia, ut & tempore quo recitari debent, differitur.

CCCXXXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur variæ preces Arabicè conſcriptæ. Sequitur anonymi tractatus Turcicus, ubi de illarum vi & efficacia differitur.

CCCXXXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur precum Arabicè conſcriptarum collectio. Sequitur anonymi tractatus Turcicus, ubi de illarum vi & efficacia, ut & tempore quo recitari debent, differitur.

CCCXXXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur una Alcorani ſurata & preces quædam Arabicæ. Sequitur anonymi tractatus Turcicè conſcriptus, ubi de quibuſdam legis Mohammedanæ præceptis differitur.

CCCXXXVI.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continentur precum quæ à Mahummedanis recitari ſolent fragmenta.

CCCXXXVII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continentur preces variæ Arabicæ, quarum pleræque ſuperſtitionem redolent, adjunctis quibuſdam teleſmatis.

CCCXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber hamaiel appellatus, ubi preces variæ è diverſis Alcorani locis collectæ, quæ amuletorum inſtar à Mahummedanis geſtari ſolent.

CCCXXXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur libellus hamaiel vulgo dictus, preces nonnullas è variis Alcorani capitibus petitas complectens, tamquam amuleta.

CCCXL.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur variæ preces ſuperſtitioſæ, quarum ope mala averti & bona procurari Mahummedanorum conſtans eſt opinio.

CCCXLI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur libellus precum varias orationes ſuperſtitioſas pleraſque, magno tamen apud Mahummedanos in pretio complectens. Earum nonnullæ lingua Turcica conſcriptæ ſunt.

CCCXLII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus hamaiel, ſive libellus precum orationes varias, ſuperſtitioſas pleraſque, & ex Alcorano ſelectas complectens. Illarum quædam Turcica lingua conſcriptæ ſunt.

CCCXLIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber hamaiel inscriptus, varias orationes, superstitiosas plerasque ad usum Mahummedanorum complectens.

CCCXLIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur precum superstitiosarum, tam Arabicè quàm Turcicè conscriptarum fragmenta aliquot.

CCCXLV.

Codex chartaceus, olim Stephani Baluzii. Ibi continentur nonnulli Alcorani versus quos inter orandum Mohammedani recitare solent, adjunctis quibusdam precibus quarum ope mala depelli, bona procurari existimant.

CCCXLVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Oratio superstitiosa doaa algiaousekhen appellata, id est, oratio loricæ, quam Mahummedani ab Angelo Gabriele pseudoprophetæ delatam fabulantur, ut illi cum hostibus dimicanti loricæ qua tum carebat, loco esset.

2.° Oratio ejusdem generis.

3.° Orationes aliæ illarum non absimiles.

CCCXLVII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii. Ibi continentur preces nonnullæ Mohammedanæ, quarum pars major superstitionem redolet.

CCCXLVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur preces nonnullæ, è variis Alcorani locis descriptæ, quas Mohammedani plurimum valere sibi persuadent, præsertim si feria sexta recitentur.

THEOLOGI.

In-folio.

CCCXLIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum tessir aloussoul ala giamé ehoussoul men hadith arrassoul, id est, modus assequendi universas traditiones historicas quæ ad Mohammedem referuntur, auctore *Abdarrahman Ebn Ali Ebn Mohammed Addabia Ascheibani*, qui nono sæculo floruit.

Is codex exaratus est anno Christi 1600.

CCCL.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus absque titulo. Est autem ex illorum librorum numero, qui arbaoun, sive quadraginta nuncupantur: viget enim apud Mahummedanos celebris quædam traditio qua fertur olim ille pseudopropheta dixisse, *quicumque ex meis quadraginta traditiones de rebus ad religionem pertinentibus populos docuerit, maximorum legis doctorum & antistitum in cælo mercedem consecuturus est.* Hoc fundamento nixi plerique inter Mohammedanos scriptores, libros quadraginta ejusmodi narrationibus distinctos publica luce donarunt, quos secutus noster hic anonymus quadraginta narrationes, sive traditiones ore tenus à Mohammede acceptas, tamquam authenticas & omni exceptione majores in medium profert.

CCCLI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars octava operis cujus titulus fath albari al sahih al Bokari, id est, auxilii creatoris petitio, sive commentarius in librum al Bokari, qui dicitur sahih, ubi de illis Mahummedanorum traditionibus quæ ad Mahummedem ipsum referuntur.

Is codex exaratus est anno Christi 1592.

CCCLII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum scharh almenhage, id est, commentarius in librum Nouri dictum menhage, sive viam regiam. Ibi de traditionibus Muhammedicis in secta Schafeia potissimum receptis differitur, auctore *Ebn Elnahauvi.*

CCCLIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum ketab al mossabih, id est, liber lucernarum, sive candelarum, cujus auctor *Abou Mohammed Houssain Ebn Massoud alcorra al Bagaoui.* Ibi de rebus ad sunnam pertinentibus juxta traditiones quæ à viris fide dignis Mahummedis ore exceptæ ad posteros usque pervenerunt. Traditiones autem quarum fit mentio ad 4219. numerum exsurgunt.

CCCLIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur pars prima operis, ubi de Mahummedanorum traditionibus, sive de dictis & rebus gestis Mahummedis agitur.

In eo codice non pauca desiderantur.

CCCLV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii. Ibi continetur pars secunda operis, quo de Mahummedanorum traditionibus differitur. Auctoris nomen latet.

CCCLVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum magimou arraschidiah, id est, collectanea Raschidi, auctore *Fadhl allah Ebn al Maoula Assaheb Assaidomadeddin Ebn al Maoula Ali Almotathabat al Hamadani* dicto *Raschid al hak* vel *Addumi*, qui supremo viziratu functus est imperante Tartaris Olgiaptou è stirpe Gingiskhanica. Horumce collectaneorum quatuor sunt partes. In earum prima differitur de ente in genere, illius divisionibus, de prophetis & iis quibus Alcorani doctrina minimè probatur. Ibi innumera penè Alcorani loca exponuntur. In secunda de Alcorani præstantia & mysteriis, conditionibusque in Alcorani interprete requisitis. Nonnulla quoque ad fati & horoscopi doctrinam spectantia reperias. In tertia de prophetis, ubi illorum genealogia ab Adamo ad Christum usque exhibetur. Occurrit quoque Califarum & regum Mahummedanorum series. In quarta de Dei existentia, & aliis compluribus quæ ad astruendam Alcorani infallibilitatem potissimùm pertinent. Libro præmittuntur doctorum Mahummedanorum 89. approbationes, quibus opus & auctor imprimis commendantur.

Is codex elegantia & pulchritudine nulli secundus, manu Mohammedis Ebn Mahmoud Zoud Nevis anno Hegiræ 710. exaratus dicitur.

CCCLVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber inscriptus alkelam, id est, theologiæ scholasticæ. Sic enim illam nuncupant Arabes; quæ vox tamen logicæ & rhetoricæ convenire potest. Arabibus enim ii scholastici dicuntur, qui apud nos nominales appellari solent. In eo autem tractatu, cujus auctor *Niddhamiiddinus Ahmed* filius *Elsabid* de unitate Dei, illiusque attributis differitur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 992.

CCCLVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Opus cujus titulus messail Abdallah Ebn Selam, id est, quæstiones quas Abdallah quidam de rebus ad religionem spectantibus Mahummedi proposuit, auctore *Abdallah Selamæ* filio.

2.° Tractatus eumdem præ se ferens titulum, Turcicè scriptus, ubi de rebus quoque ad religionem pertinentibus differitur.

CCCLIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum atthani menketab al vussoul ala messail al ossoul, sive secunda pars libri quo pervenitur ad cognitionem quæstionum quæ circa Mahummedicæ religionis fundamenta versantur, auctore *Scheikh al Islam Abou Ishak Ibrahim Ebn Ali Ebn Joseph.* Sub finem codicis nonnulla desiderantur.

CCCLX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus scharh thaoual el annouar fi methaleb al Esfahani, id est, commentarius in opus Hispahanensis ortus syderum inscriptum. In eo autem opere de rebus ad theologiam Mohammedanorum scholasticam pertinentibus differitur.

Is codex anno Hegiræ 843. exaratus est.

CCCLXI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum ketab al enticad fi scharh omdat al elicad, id est, liber discretionis, sive commentarius in tractatum ubi de Muhammedicæ religionis fundamentis & argumentis differitur.

Is codex anno Hegiræ 658. exaratus est.

CCCLXII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, elegantissimè scriptus, quo continetur opus cujus titulus liber victoriarum Meccanarum de scientia mysteriorum sectæ Malekiticæ. Dividitur in capita quingenta & sexaginta, ubi theologicæ quæstiones magis

magis reconditæ ad examen revocantur, auctore *Mohieddino Muhammede* filio *Ali* cognomine *Ebn el Arabi* Tagensi.

Is codex exaratus est anno Christi 1617.

CCCLXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus schams al moaref, id est, jubar scientiarum, sive tractatus de divinis nominibus, ubi quidquid à Deo, hominibus, prophetis, præsertim vero à pseudopropheta, ut fabulantur Mohammedani, circa literarum Arabicarum & divinorum nominum mysteria revelatum est, comprehenditur, auctore *Mohieddino Aboul Abbas Ahmed ben Ali ben Joseph al Mokri al Bouni al Koraischi*, viro apud suos non solum doctrina, sed, & pietate clarissimo, & cujus sepulcrum religionis causa invisi solet.

CCCLXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus lathaief al escharat fi asrar al horouf al alouiat, sive mystica literarum Arabicarum interpretatio. Opus imprimis superstitiosum, cujus tamen auctor *Gemaleddinus Aboul Abbas Ahmed ben Ali*, Coraiscita, magnam sibi apud Mahummedanos pietate & doctrina famam peperit. Is autem narrat Mohammedem ira vehementi succensum æterni ignis pœnam illi interminatum esse, qui lamelif pro vigesima nona, illaque genuina alphabeti Arabici litera non agnosceret.

Is codex manu Omaris ben Samarcandi Meccæ exaratus est anno Hegiræ 788.

CCCLXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur scholia in librum mokassed appellatum, ubi theologia Mohammedanorum scholastica illustratur. Commentatoris nomen latet. Videtur tamen esse aliquis è schola Taftazani, qui multa de Deo illiusque attributis scholasticorum more conscripsit.

CCCLXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, ubi continetur opus cujus titulus elahiat scharh al mokassed lel Taftazani, id est, liber de divinis tractans, sive commentarius in tractatum, qui propositiones inscribitur. Illius auctor *Taftazani* doctor scholasticus. Ibi de Deo, ejus essentia, existentia & attributis scholasticorum more & methodo differitur. Porro illa scholasticorum methodus, quæ tota è philosophorum scriptis manavit, ab Arabibus Mohammedanis elahiat & elm al kelam nuncupatur.

CCCLXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus giamé al fonoun vel soluat al makfoun, sive excerpta è variis scientiarum & disciplinarum generibus ad mœrentium solatium collecta. In eo autem opere de rebus ad theologiam, physicam, mores & mathematicas disciplinas pertinentibus, sed perfunctorie tantum differitur, auctore *Ebn Schabib* Harranensi Hanbalita.

CCCLXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum giamon men almelal aut aunahal, id est, de variis religionibus & sectis. Dividitur in sectiones sex, quarum prima de Mahummedis prophetia, secunda de Christiana religione, tertia de lege Mosaïca, quarta de religione Zoroastrica, sive magorum; quinta de præcipuis dogmatibus, quæ in hisce religionibus obtinent; sexta de bonis & malis quorum singulæ causæ extiterunt. Præmittitur præfatio, ubi de religionum discrimine in genere disputatur, auctore *Hogiat el Islam*.

CCCLXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum ketab almizan Asschaaraniah, id est, liber qui dicitur statera Schaarani de variis orthodoxorum apud Muhammedanos sectis, auctore *Abd Alvahab Asschaarani Ebn Ahmed, Ebn Ali* ex urbe Bathnasa in Ægypto oriundo. Is servi cujusdam regis Tremissen filius fuisse dicitur.

Is codex anno Christi 1588. exaratus est.

CCCLXX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Hegiræ 1003. scriptus. Ibi continetur *Ezzeddini Mohia* tractatus, quo defenditur secta quam Mahummedani Ambalicam appellant, adversus epistolam cujusdam doctoris nomine *Alii* filii *Mahumedis*, cognomento *Abulkasem*.

CCCLXXI.

Codex chartaceus, olim Melchisedechi Thevenotii, recentiori manu scriptus, ubi continetur historia tabulæ decretorum Dei Calami & throni utriusque tam superioris, quam inferioris. Opus ineptiis & fabulis insulsis scatens.

CCCLXXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur tractatus de virtutibus & vitiis, vitaque juxta Alcorani doctrinam & Mahummedanorum traditiones instituenda, auctore *Abdalla* filio *Ismaëlis Ausari Ariensis* Muslemorum pontifice.

Is codex exaratus est anno Christi 1288.

CCCLXXIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi reperitur opus inscriptum scharh al hicam, id est, explanatio verborum quæ sapientiam continent. Auctore *Ahmede* filio *Fakriiddini Aboubeker*, qui varias Mahummedanorum sanctioris vitæ sententias moribus rectè instituendis accommodatas collegit.

Is codex exaratus est Constantinopoli anno Hegiræ 1023.

CCCLXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus inscriptus saluan almothaa, id est, remedium mœroris. In eo autem opere de rebus ad pietatem & morum doctrinam pertinentibus differitur, auctore *Abou Haschem Mohamed Ebn Mohamed Almeazi Ebu dhafer Alhamakouin*.

CCCLXXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum ketab aouaref al maaref, id est, scientia scientiarum, ubi de sofiorum institutis, moribus, variisque eorum generibus quos omnes jubis equinis quorumdam angelorum, qui in Mahumedis paradiso degunt, comparat, ut ipse libri titulus præ se fert. Auctore *Abou Giafar Omar Ebn Mohammed Ebn Abdallah*, cognomine *Scheherverdi*, qui anno Hegiræ 632. obiisse dicitur.

Is codex cujus ultima pars manu recentiori suppleta est, anno Christi 1380. exaratus est.

CCCLXXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur conciones variæ, quarum sex à totidem fœminis habitæ dicuntur.

CCCLXXVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus inscriptus almatn bel eslah, id est, liber emendatorius; ideo sic appellatus, quod ea omnia complectatur quæ Mahummedanos immunes præstare ab errore possint. Ibi autem de legis Mahummedanæ præceptis & statutis juxta suum ordinem disputatur. In eo autem tractatu sive commentario illustratur opus inscriptum alrrakaiat fi alhadaiat, id est, monita & directiones, auctore *Sadr Asscheriah*, qui hoc suum opus Solimanno Turcarum Imperatori anno Hegiræ 929. nuncupavit.

CCCLXXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur prima pars libri, cujus titulus schams al moaref al cobra, id est, jubar scientiarum majus, ad discrimen alterius, qui jubar scientiarum absolutè dicitur & minoris loco censeri potest. Utriusque operis idem omnino auctor, nisi quod nomini *Albonni* in hoc codice prænomen *Schehabeddin* præfigatur, in altero vero prænomen *Mohieddin* occurrat. Illud volumen dividitur in sectiones viginti, quarum septima est de illis Dei nominibus quorum ope Christus Salvator juxta insulsam Mohammedanorum opinionem mortuos ad vitam revocabat.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1058.

THEOLOGI.

In-quarto.

CCCLXXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur catalogus virorum, immo & mulierum illustrium à quibus Mohammedicæ traditiones per manus acceptæ ad posteros pervenerunt, qui quidem catalogus vulgo thabakat al kobra, sive classes majores appellatur.

Is codex anno Hegiræ 712. exaratus est.

CCCLXXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Fragmenta quædam operis cujus titulus noklat al fekh, ubi de traditionum auctoritate differitur, auctore *Ebn Hagiar al Askalani.*

2.° Opus inſcriptum almotaketh, ſive ſpicilegium libri Moſtekhales, ubi de doctrina legali illiuſque dignitate, auctore *Aboulcaſſem Samarcandi.* Sub finem multa deſiderantur.

3.° Anonymi opuſculum de aliquot Alcorani verſibus, qui ex doctorum ſententia aliarum legum promulgatione abrogati cenſentur.

4.° Epiſtola amantis ad amaſium, de expoſitione verborum abou Haſſan al Haſkani circa ſofiorum dogmata, auctore *Aboubeker Abdallah ben Mohammed Schahaer.*

CCCLXXXI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur ſecunda pars operis cujus titulus heliat al aulia, vel thabakat al aſfia, id eſt, ornamentum ſanctorum & feries electorum, ubi traditionum quas Mahummedani pſeudoprophetæ tribuunt, ſociorum ipſius & doctorum qui illas ſecuti ſunt teſtimoniis veritas aſſeritur, auctore *Abounaim Ahmed Ebn Abdallah al Esfahani,* qui anno Hegiræ 430. vivere deſiit. Quædam ſub finem deſiderantur.

CCCLXXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Opus inſcriptum taklid, ſive liber de traditionibus apud Mahummedanos receptis. Dividitur in quinque capita, auctore *Ali ben Ahmed Ebn Mohammed* cognomine *Serrage.*

2.° Tractatus ejuſdem argumenti cujus auctor *Mohammed Ebn Ibrahim Ebn Fadhelatta al Moaferi.*

Is codex Mauritanicis characteribus exaratus eſt.

CCCLXXXIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus inſcriptus al naſekh, io al Manſoukh, ſive de receptis, deinde abrogatis, ſeu de traditionibus à Mohammede acceptis, quæ dubiæ fidei, aliarum firmiorum auctoritate oblitteratæ ſunt. Opus magni ideo momenti, quod doctorum Mahummedanorum nullus in eodem argumento verſatus ſit. Auctor *Abu Hafdh Ebn Schahin,* ut ab ipſo libri ſcriptore quodam in loco obſervatur.

Is codex antiquitate commendabilis anno Hegiræ 574. exaratus eſt.

CCCLXXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus inſcriptum traditiones à Daniele acceptæ, & ad Mahummedanos tranſmiſſæ, auctore *Abdallah ben Salam.* In eo autem opere de creatione orbis & libris, qui apud Orientales Adami nomine circumferuntur, pluribus diſſeritur.

CCCLXXXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, ubi continentur:

1.° Liber arbiin nuncupatus, quadraginta narrationes, ſive traditiones Mohammedis ore exceptas complectens, auctore *Mohieddino Abou Zacharia Jehia ben Scharef al Naaoui* Damaſceno.

2.° Tractatus alius arbiin quoque inſcriptus, ubi de Meccanæ peregrinationis juribus & privilegiis, auctore *Valieddino al Baſſir becalbii* è Schafeitarum ſecta.

3.° Poëma in laudem Mahummedis, cujus titulus al bordah, una cum ſcholiis, quorum auctor *Khalid ben Abdallah al Asheri.*

4.° Solutiones dubiorum quæ circa multa Alcorani loca inter ſe pugnantia proponuntur, auctore *Ebn Hagiar* Aſcalonita.

CCCLXXXVI.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continentur narrationes quadraginta de Mahummede & Mahummedanorum traditionibus, auctore *Abu Hanifa Mohammed el Giazari.*

CCCLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, ubi continetur opus inſcriptum meſcharek hadith al nabauiah, id eſt, ortus traditionum propheticarum, ſeu à Mohammede acceptarum. Multi apud Mahummedanos illud argumentum tractarunt, quorum omnium is eſt ſcopus, ut veras traditiones ab adulterinis & fictitiis ſecernant: auctore incerto, qui fortaſſe vel *Abdalrahad ben Ahmed al Schaarani,* vel *Radhieddinus Haſſan al Saganavi,* qui anno Hegiræ 950. obiit.

Is codex anno ejuſdem æræ 979. exaratus eſt.

CCCLXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur traditiones quæ

Mahummedanis ex pseudoprophetæ ipsius ore exceptæ creduntur. Illas quæ in eo volumine occurrunt, collegit *Abou Hordirah.* Initio folia quædam desiderantur.

CCCLXXXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Opus cujus titulus arbiin al boldaniah, sive quadraginta illæ apud Mahummedanos celebratissimæ narrationes, sive traditiones à pseudopropheta acceptæ, quas collegit *Abou Thahar Ahmed ben Mohammed al Salefi* Hispahanensis, qui anno Hegiræ 576. vivere desiit, transcripsit vero anno ejusdem æræ 643. *Moheheddinus Ahmed ben Abdallah al Thabari.*

2.° Tractatus inscripti arbiin al bekai & arbiin al mosuli, sive collectanea in titulos tributa, ubi de rebus ad doctrinam morum pertinentibus juxta sofiorum placita disseritur.

CCCXC.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continentur:

1.° Liber cujus titulus ketab hadith scherif, id est, liber traditionum illustrium, sive traditionum illarum, quæ è Mahummedis ipsius ore exceptæ creduntur. Auctore *Hassan al Basri*, qui illas in fidei articulos 54. stylo ornato satis & eleganti tribuit.

2.° Traditiones Mohammedicæ Turcicis versibus explicatæ, quæ numero centum singulæ binis distichis exponuntur.

3.° Historia martyrum qui in urbe Asna, imperante Diocletiano, occubuerunt, auctore *Abu Jona* Asiouthi episcopo, postea vero 94. Alexandriæ Patriarcha, è Jacobitarum secta.

CCCXCI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber inscriptus hadith al rassoul, id est, traditiones apostoli Mahomedis, sive variarum traditionum collectio, quæ omnes numero 5266. ad Mahummedem referuntur, auctore *Cothbeddino Aboul Berakat Mansor al Khouarezmi*, qui è *Bokharii, Tarmedii, Daremi Dara Khtani, Beihcki* aliorumque operibus à se excerptas testatur. Sub finem codicis pauca quædam desiderantur.

CCCXCII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, ubi continetur liber cujus titulus pars decimæ sinceræ traditionis, auctore *Abu Abdallah Mahummede* filio *Abulhacen Ismaël* Bocharensis, qui omnia pseudoprophetæ & sociorum dicta genuina rejectis dubiis & falsis, decem voluminibus collegit, illudque traditionum nomine quæ ad 267000. assurgunt. Eo autem opere magnam sibi apud Mahummedanos nominis famam comparavit. Obiisse fertur in oppido Bochara anno Hegiræ 256.

CCCXCIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur commentarius in opus arbiin al nouaoi inscriptum, quadraginta illas pseudoprophetæ traditiones quæ Mahummedanis authenticæ habentur, complectens, quibus non ea solum quæ ad fidem, verum & ea quæ ad morum doctrinam pertinent, stabiliuntur. Auctore *Mohammede ben Ahmed al Hanefi*, à quo opus illud anno Hegiræ 812. absolutum.

Is codex anno ejusdem æræ 1022. exaratus est.

CCCXCIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum ketab fi altanbih ala hadith al hedaiah al khelassiah, id est, monita circa traditiones quæ in libris hedaiah, sive directionis, & khelassiah, sive doctrinæ purioris proferuntur. Auctore *Ali ben Othman ben Ibrahim al Turkmani*, qui in hoc suo tractatu capitum sunnæ seriem & ordinem secutus, præcipuas juris Mahummedici regulas complectitur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 755.

CCCXCV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus initio mutilum, in quo occurrunt traditiones propheticæ, narrationes variæ, sententiæ morales, cæteraque id genus ad religionem & pietatem spectantia, è diversis codicibus nullo certo ordine collecta.

CCCXCVI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Tractatus in quo Mahummedanæ religionis veritas asseritur, auctore *Khiaci*, adjunctis anonymi in hocce opus commentariis.

2.° Tractatus ad logicam pertinens,

auctore *Mohieddino Baleg*. Sub finem nonnulla desiderantur.

Hujusce codicis pars prior anno Hegiræ 971. altera vero manu paulo antiquiori exarata est.

CCCXCVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Commentarius in opus *Cadhi Aialh* inscriptum schefa fi taarif hokouk al mostafa, ubi veritas Mahummedis prophetiæ asseritur; qui liber eo est apud Mahummedanos in pretio, ut nullum cum eo conferri posse prædicent. Hujus autem commentarii auctor *Abdalrahouf al Menaoui*. Verum pars major desideratur.

2.° *Takieddini al Schibeni* scholiorum in idem opus fragmenta quædam.

CCCXCVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus sahaif al elahiat, id est, paginæ divinæ, opus theologiæ scholasticæ fundamenta complectens, & in quo nonnullis Veteris & Novi Testamenti locis divina Mohammedis missio asseritur, auctore *al Samarkandi*.

CCCXCIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi epistola Mohammedi Amurathis filio Turcarum imperatori nuncupata, sive tractatus de Mohammedicæ religionis veritate adversus Judæos & Christianos. Dividitur in tria capita, quorum primo refelluntur objectiones, secundo Mohammedis missio & prophetia stabiliuntur, illiusque miracula confirmantur. Tertio dubia quæ circa Mohammedis missiones proponi solent, refutantur.

CD.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Abu Giafar* tractatus inscriptus perfectio fidei & gratiæ. Auctor ibi ostendere conatur, primo religionem consistere non posse repudiata semel doctorum successione, qui traditam à majoribus doctrinam alios edoceant. Secundo eodem argumentorum genere Mohammedem verum esse Dei prophetam & apostolum adstruit. Is codex anno Hegiræ 1066. exaratus est.

CDI.

Codex bombycinus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° Anonymi introductio ad religionem Mahummedanam adjunctis uberrimis commentariis, quorum auctor *Mulla* filius *Kemal Pacha Zada*. Is floruit anno Christi 1533.

2.° Ejusdem tractatus philosophico-theologicus similis argumenti.

CDII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur brevis institutio fidei Mahummedanorum juxta Persarum doctrinam manu *Davidis* Hispahanensis scripta, nuncupataque Carmelitis discalceatis qui in ea urbe degunt, una cum Latina interpretatione, cujus fermè pars tertia desideratur.

CDIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur scholasticæ theologiæ ad usum Mahummedanorum compendium, tam è veteribus, quàm è neotericis scriptoribus collectum, auctore *Abdalla Ebn Omar Abedhaoui*.

CDIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continetur opus cujus titulus al mofassel, id est, distinctor, sive commentarius in theologiæ scholasticæ compendium. Auctor commentarii est *Ali ben Omar* Casbinensis.

Is codex à Moussa ben Abdallah, ben Mahmoud al Kadeli al Ardebili exaratus dicitur anno Hegiræ 709.

CDV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus cujus titulus liber directionis, complures tractatus variis temporibus exaratos complectens.

1.° *Athusi* disputatio de præcipuis religionis Mahummedanæ capitibus anno Hegiræ 847. exarata.

2.° *Jagiddini Ebn Pharkah* anno Hegiræ 690. mortui, commentarius in opusculum de fundamentis jurisprudentiæ, auctore *Abdilmalek* filio *Abdallæ* templorum Hierosolymitani & Meccani antistite, qui anno Hegiræ 474. diem supremum obiit. Illa autem codicis pars anno 877. exarata dicitur.

3.° Anonymi decem quæsita & responsa antiquiori manu scripta, quibus nonnulla Alcorani loca exponuntur. Responsa autem illa excerpta sunt è libro *Golamiddini* Jakkhavensis, cujus titulus codex felicitatis.

4.° Anonymi tractatus inscriptus alfariedh, sive institutiones, ubi de hæreditatibus & hæredibus. Exarata dicitur illa codicis nostri pars anno Hegiræ 778.

CDVI.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus, à quodam ibn Chiamal, sæculo decimo septimo scriptus. Ibi continetur *Muhammedis Babouyc* tractatus de præcipuis religionis Muhammedanæ capitibus, sed illis tantum quæ Mohammedis ipsius ore excepta traditionis ope ad posteros pervenerunt. Hujusce tractatus auctor sectæ Ali addictus fuit.

CDVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Opus inscriptum scharch al akaied, id est, commentarius in librum akaied, ubi de præcipuis religionis Mohammedicæ capitibus, à *Nagmeddino Omar al Nassafi* compositum. Obiit anno Hegiræ 538. habuitque quam plurimos operis sui expositores, quos inter non infimum locum obtinet hujusce commentarii auctor, cujus nomen *Saadeddin Massoud ben Omar al Tagtazani.* Illius mors in annum Hegiræ 751. cadit.

2.° Fragmenta quorumdam opusculorum ejusdem argumenti.

CDVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber inscriptus mahsoul men jilm al ossoul, id est, proventus qui è doctrina fundamentorum legis contingit, auctore viro magni apud Mahummedanos nominis *al Khouarezini,* qui opus *à Mohammede al Gazali* compositum dictumque Almoctasi ibi in epitomen contraxit.

Is codex anno Hegiræ 620. exaratus est.

CDIX.

Codex bombycinus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum cherah el hessous, sive institutio theologico-philosophica, ubi de Dei potentia & illius unitate juxta Mahummedanorum doctrinam differitur, auctore *Abu Abdalla* filio *Mohammed,* vulgo *Ebn Alaarabi.*

2.° Animadversiones in eumdem librum, quarum auctor *Pir Mohammed* filius *Cotbeddini.*

CDX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur commentarii in institutionem philosophico-theologicam, cujus titulus albidauvi thauvalec al ancuar, id est, ortus luminum, ab *Abdalla* filio *Omar* publici juris factam. Hujusce autem commentarii auctor *Schemiddinus* Hispahanensis, cujus mors cadit in annum Christi 1348.

Is codex anno ejusdem æræ 1477. exaratus est.

CDXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Mohammedis Sciamsiddini Absimei* tractatus inscriptus selecta quædam ex omni materia. Ibi plurimæ quæstiones Alcorani & traditionum ope exponuntur, allatis præterea poëtarum & aliorum scriptorum testimoniis. E 84. capitibus quibus constabat illud opus, quinquaginta tantum in nostro codice leguntur.

CDXII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus cujus titulus scharh omdat al akaied, id est, elucidatio libri qui fulcimentum articulorum fidei Mohammedicæ inscribitur. Opus metaphysicum & totius theologiæ scholasticæ quæ apud Mahummedanos obtinet, fundamenta complectens, auctore *Aboul Berakat Abdallah ben Ahmed ben Mahmoud al Nassafi,* qui anno Hegiræ 710. obiisse dicitur.

CDXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur anonymi miscellanea quædam, ubi de cognitione Dei, illius unitate, de bonis moribus, de liberalitate & avaritia, de fortitudine & ignavia, de vero & falso, de humilitate & superbia, &c.

CDXIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi tractatus inscriptus sigillum sapientiæ, ubi veterum prophetarum, Mahummedis præsertim, auctoritate Dei attributa astruuntur. Ait auctor, sibi, dum Damasci versaretur, Mahummedem in somnis conspectum manu librum gerentem, à quo jussus opus de quo nunc, publici juris fecit. Floruit septimo Hegiræ sæculo, quo tempore exaratus est noster hic codex.

CDXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber cujus titulus scharh fossous al hicam, sive commentarius in opus inscriptum sigillum sapientiæ. Ibi autem de Dei unitate, illius nominibus & attributis differitur. Auctoris nomen non reperitur, qui tamen natus dicitur in urbe Persidos Kascham.

Is codex anno Hegiræ 1008. exaratus est.

CDXVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus inscriptus scharh alasma al hosna, id est, explicatio divinorum nominum, sive de divinis nominibus. In eo autem opere apud Mahummedanos longè celeberrimo, de Deo, illius attributis, & methodo qua animus ad Deum se erigere possit, differitur.

Is codex anno Christi 1522. exaratus est.

CDXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur tractatus cujus titulus ketab al giaouaher, id est, liber gemmarum, è variis juris Muhammedici scriptoribus collectus. Dividitur in sectiones decem, ubi præsertim de Dei existentia & unitate, libris divinitùs inspiratis, fide prophetis habenda, illorumque vivendi ratione qui strictiorem legis observationem profitentur. Auctore *Thahero ben Sulam ben Cassem al Ausari, al Khouarezini*, à quo opus illud anno Hegiræ 771. absolutum.

CDXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam opera Vanslebii illatus, ubi continentur:

1.° Fragmentum commentarii quem edidit *Alaeddinus Ali* in librum maouaket, sive stationes dictum, ubi de theologia scholastica, auctore *Adhadeddino Abdalrahman ben Ahmed al Aigi,* qui anno Hegiræ 756. vivere desiit.

2.° Liber cujus titulus adhab albahth vel almonadherat, id est, disputandi methodus, cujus auctor *Schemseddinus Mohammed al Samarcandi,* qui anno Hegiræ 600. obiisse dicitur. Adjuncta sunt anonymi scholia.

3.° Scholia in librum akaied, ubi de præcipuis Muhammedanæ religionis capitibus, ab *al Aigi* compositum.

Is codex anno Hegiræ 974. exaratus est.

CDXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber inscriptus hecam al athajiah, sive sententiæ theologicæ & morales, verbis mysticis plerumque expressæ, auctore *Tageddino Aboul Fadhl Mohammed, ben Ahmed,* patria Alexandrino, è Malekitarum secta, qui Cairi anno Hegiræ 709. vivere desiit.

CDXX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus ketab al gefr vel al giamé, id est, liber qui al gefr, id est, membrana & giamé, vel codex generalis & universalis appellatur. Illius operis, si Mohammedanis fides, *Ali* auctor est. Addunt in eo quidquid à Deo decretum est, mysticè expressum esse, illamque decretorum divinorum notitiam penes solos Alis posteros mansisse, paucis admodum doctoribus communicandam, quos inter *Kemaleddin Abou Salem Mohammed ben Thalebi* se quædam ex illa membrana à Giafari Sadeki Alis nepotis posteris accepisse, & in hocce tractatu explanata reliquisse gloriatur.

CDXXI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber inscriptus raudh alakhiar, id est, exercitium bonorum. Dividitur in sectiones quinquaginta, ubi de rebus theologicis, doctrina morum, politico regimine, jure civili & canonico, intermixtis sententiis & distichis compluribus disputatur. Auctore *Mohammede* filio *Kassem Alkhathib*, à quo tractatus ille absolutus est anno Hegiræ 940. Illud autem observandum, majorem hujusce operis partem è libro quodam inscripto rabii alhabrar sive justorum ver, excerptam esse.

Is codex anno Hegiræ 1015. exaratus est.

CDXXII.

Codex chartaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera anno 1718. illatus. Ibi continetur opus inscriptum sapientia Dei in creatis, ubi de rebus creatis, cælo nempe, terra & elementis mysticè disputatur, auctore *Abuhanid Mohammed al Gazali.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 925.

CDXXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus aschraf alouasail ela faham al Schamail, id est, munus præstantissimum ad intelligendum opus Schamail, sive de iis quæ secundum receptas traditiones de Mohammede traduntur. Hujusce commentarii auctor *Schehabeddinus Mohammed Ebn Hagiar* Meccensis, à quo opus absolutum anno Hegiræ 745.

CDXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Opus inscriptum vassaia seidi Ali vasa, id est, præcepta sive mandata Ali; liber mysticus de mentis ad Deum raptu, ut & de divinis attributis, prout intellectu cognosci & corde prægustari possunt.

2.° Tractatus cujus titulus ressalat fi beioual mehallat, id est, de amore præsertim divino, auctore *Khalil allah ben Nourallah, ben Monineddin al Jezdy.*

Hujusce codicis pars prior anno Hegiræ 984. altera vero anno 971. exarata est.

CDXXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum esthelahat al sofiah, id est, voces à sofiis sive theologis Mahummedanorum mysticis usurpatæ, illarumque expositio. Auctore *Kemaleddino Aboulganein ben Gemaleddin*, qui absolutis libris menazel al sairin, & sossous al hecam, itemque taouilat al coran, ad hoc opus se accinxit, ut mysticorum & anagogicorum vocabulorum sensum amicis quibusdam aperiret. Illud vero in epitomen contraxit *Ebn al Arabi*, qui anno Hegiræ 638. obiisse fertur.

CDXXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus cujus titulus nafchar al rabbaniat, id est, liber inspirationum divinarum singularium quas Deus pro sua benignitate in hominibus puriori vitæ generi addictis producere solet. Opus theologiæ sublimioris arcana referans & ad usum præsertim sofiorum. Auctore *Sariddino Mohammed, ben Isaak*, qui vulgo *Alcanaoui* vel *Iconiensis* nuncupatur. Floruit octavo sæculo.

Hujusce codicis pars major anno Hegiræ 998. cætera vero anno 1072. exarata sunt.

CDXXVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum talkhis al gaouis leneil al takhsis, sive exercitia spiritualia quibus homo purgatur & ad summum perfectionis culmen evehitur, illudque juxta seniorum & doctorum qui inter Mahummedanos asceticam & mysticam theologiam excoluerunt, placita, auctore *Abdelkhalek ben Abil Cassem al Mesri*, id est, Ægyptio patria, familia vero *al Ansari al Khezergi.*

CDXXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum jag al Menhag, id est, corona imposita libro qui Menhag appellatur, sive *Gelaleddini al Asoiouthi* anno Hegiræ 911. mortui, commentarius in tractatum Menhagi al thalebin nuncupatum, magnæque apud Mahummedanos sectæ Schafijnæ sectatores auctoritatis. Ibi autem de legis Muhammedicæ ramis & propaginibus, omissis tantum illius fundamentis, differitur.

CDXXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum ahkam aldinia, sive statuta & judicia veræ religionis adversus Persarum hodiernorum sectam. Dividitur in sectiones quatuor, quarum prima de illius sectæ erroribus, eaque penitùs abolenda. Secunda, de bello quod Solimannus Thamasb Persarum regi inferre cogitabat. Tertia, de Ismaelis Sofi adulterina prosapia. Quarta, de Scheikh Haidar Sofiorum parente. Auctor *Hossain ben Abdallah al Schirvani*, qui hoc suum opus Solimanno Turcarum imperatori anno Hegiræ 947. nuncupavit.

CDXXX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum matan al ressalat, id est, donum apostolatus, sive prophetiæ Mahummedis. Ibi de iis quæ ad praxim & accuratam Mahummedicarum legum observationem pertinent, differitur. Auctore *Abou Mohammed. Abdallah, ben Abi Zeid* Kerouanensi.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1083.

CDXXXI.

CDXXXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus, quo continetur tractatus theologico-moralis, cujus titulus masslec alaarfin, id est, sapientum via. Sapientes autem ii appellantur, qui animæ immortalitatem defendunt, auctore *Mohammede Bokarensi*, qui hoc suum opus Ali Pachæ Viziro nuncupavit.

CDXXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur volumen secundum operis terghis vel terhib nuncupati, sive de iis quæ probus Mahummedanus juxta traditiones pseudoprophetæ ore exceptas expetere & vitare debet. Incipit hic tomus à tractatu de vestibus & ornatu, ubi hæc habentur: In veste candorem sive nitorem sectari debemus, amplitudinem vero illius & syrmata detestari, pannum sericeum nec induere, nec illo ad sedendum vel dormiendum uti. Hujusce tractatus auctor *Zaineddinus al Mondheri*, cujus mors cadit in annum Hegiræ 656.

CDXXXIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber inscriptus tharikat al Mohammediat, id est, vitæ institutio juxta legis Mohammedicæ normam, auctore *Mohammed ben Pir Ali*, cognomine *al Barkeli*, à quo hicce tractatus anno Hegiræ 980. editus est. Dividitur opus in tria capita, & unumquodque caput in plures sectiones. Desiderantur nonnulla circa medium.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1033.

CDXXXIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Liber cujus titulus gorar al khassais al vadhehah v orar al nakais al fadhehah, id est, de splendore virtutum illustrium, & vitiorum probrosorum sordibus, ubi de rebus ad morum doctrinam pertinentibus disseritur. Auctore *Mohammede ben Ibrahim, ben Jahia, ben Ali al Katebi*, cognomine *Vatuath*.

2.° Opus inscriptum nadhrat al agridh fi nosrat al caridh, id est, palmæ foliorum nitor, ubi præcepta multa ad artem & usum poëtices spectantia. Auctore *Abou Ali al Modhaffer ben al Said Abilcassem al Alaoni*, sive ex Ali genere prognato.

Is codex anno Hegiræ partim 1039, partim 1040. exaratus est.

CDXXXV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Tractatus inscriptus folia selah al amalle entidhar al agial, id est, de bonis operibus quæ ad præstolandum securiùs vitæ terminum conducunt, auctore *Fakhreddino Aboul Hassan Ali ben Ahmed al Tegibi*.

2.° Ejusdem opusculum, cujus titulus lomchag fi maarefat al horouf, id est, literarum alphabeti mystica interpretatio.

3.° Ejusdem liber inscriptus tefhim maani al horouf, literarum alphabeti sensûs explicatio.

4.° Ejusdem tractatus inscriptus meftah fatch, &c. id est, clavis reserans Corani arcana.

5.° Ejusdem opus inscriptum taouschiah, vel al taoufiah, id est, distinctio & elucidatio.

6.° Ejusdem liber inscriptus oronat al moftah, &c. id est, ansa clavis mysteriorum januam reserantis.

7.° Anonymi tractatus ejusdem argumenti.

CDXXXVI.

Codex bombycinus, elegantissimè scriptus, quo continetur liber cujus titulus, dissertatio ad confratres & amicos jurisperitos sub uno Alcorano viventes. Dividitur in capita septem, quibus præcepta traduntur de ratione vitæ ab omni peccati labe servanda, auctore *Ali* filio *Maimoun*, qui natus in oppido Fez, Damascum se recepit, annoque Hegiræ 915. hancce dissertationem edidit.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 990.

CDXXXVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur anonymi tractatus ascetico-moralis, juxta sofiorum sive religiosorum Mohammedanorum doctrinam. In eo autem, de Deo, rerum essentiis, cœlo, Alcorano, Veteri Testamento ita sermo fit, ut omnia ad sensum moralem referantur.

Is codex anno Hegiræ 1015. exaratus est.

CDXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur varia illa Alcorani loca, quibus ex Mahummedanorum doctrina animus ad Dei cultum potissimum excitatur.

CDXXXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Opus inscriptum ketab hadd alakl, sive liber aphorismorum vel definitionum, ubi de rebus ad pietatem & religionem potissimum spectantibus disseritur, auctore incerto.

2.° Concio sacra quam Mahummedani ab *Ali* habitam vulgo existimant, ubi alifi, sive prima alphabeti Arabici litera omnino reticetur.

3.° Preces nonnullæ, tam soluta quàm ligata oratione conscriptæ.

4.° Præcepta sive mandata suprema *Mohammedis*, quæ etiam testamenti pseudoprophetæ nomine circumferuntur.

5.° Anonymi tractatus adversus novatores & hæreticos.

6.° Historia urbis anthropopolitanæ Medinat al nassout, sive dialogus rationem inter & appetitum, quo Mahummedana religio stabilitur, auctore incerto.

CDXL.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Opus inscriptum mocaddemat, sive opusculum de nomine Dei, ejusque invocatione, tum de laude & gratiarum actione quæ in librorum capite & exordio à Mahummedanis summa cum religione præmitti solet, auctore *Abou Zacharia al Ansari.*

2.° Liber cujus titulus ressalat al schemsiat, sive tractatus dialecticus, cujus auctor *al Caznini.*

3.° Liber cujus titulus akidat al salaf, sive tractatus de logica, auctore *Abou Isaak al Schirazi.*

4.° Anonymorum quorumdam ejusdem argumenti opuscula.

5.° Anonymi tractatus de juris Mohammedici fundamentis.

6.° Opus inscriptum mizan al manthek, id est, statera dialectica.

CDXLI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Opus inscriptum almoharrar, quo hæc Dei ad Mohammedem verba, omnia delicta tam præterita quam futura Deus tibi condonabit, fusè explicantur, auctore *Gelaleddino al Sviouthi.*

2.° Ejusdem tractatus, cujus titulus anouar al saadat fi adhab al schihadat, ubi de variis martyrum generibus.

3.° Ejusdem tractatus inscriptus takhir al dholomat ela jaoum al kiamat, de pœnæ delictorum nonnullorum dilatione ad extremum usque judicii diem.

4.° Ejusdem opus inscriptum al arag fil farag, de voluptatibus & animi relaxationibus licitis vel illicitis.

5.° Ejusdem poëmation inscriptum almonfaregiat, ubi de eodem argumento.

6.° Tractatus ejusdem inscriptus ref schan al hobschan, sive de Æthiopum & Nigritarum dotibus & prærogativis.

7.° Ejusdem opus inscriptum al delail fimârefat al ouail, sive de primis rerum inventoribus, & iis quæ primo contigerunt.

8.° Excerpta quædam è commentariis *ben Khaseu* de Alcorani dignitate.

CDXLII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus inscriptus ressalat scherifat fi fadhaiel schahr Ramadhan, id est, liber eximius de mensis Ramadhani prærogativis. Dividitur in duas sectiones, quarum priore de jejunio à Mohammede indicto disseritur; altera vero recensentur traditiones quadraginta pseudoprophetæ, ipsius ore exceptæ, quæ ad hunc mensem spectant, auctore *Aboulserour al Sadiki.*

CDXLIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur prima, secunda & tertia pars libri qui inscribitur fadhlah le alou al al motaaclim, vel ahkam al moablemin, id est, appendix & auctuarium alterius operis de discipulorum statu & magistrorum sive doctorum jure. Auctore *Aboulhassan Ali ben Mohammed,* cognomine *Caissi.*

Is codex anno Hegiræ 706. exaratus est.

CDXLIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Tractatus inscriptus ressalah, de cantu nempe & choreis sofiorum, sive religiosorum Mahummedanorum, auctore *Maulana Hossain* supremo Amasiæ urbis judice.

2.° Opus ejusdem argumenti, cujus auctor *Fadhallah Mohammed ben Aioub al Magioni,* vulgo *Saheb al Omdatain.*

3.° Opusculum quo dicta & facta sofiorum adversus scriptorum quorumdam

calumnias disertè & eruditè defenduntur. Auctore *Mohammede ben Hamsah*, qui genus suum ad Sehchabeddinum al Schaharvardi referebat.

CDXLV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum ketab al taouahim, ubi de angelorum, prophetarum Mohammedis sociorum, & privatorum qui Mohammedicam religionem professi sunt, pœnitentia disseritur, auctore *Monaffekeddino Abou Mohammed*, vulgo *Ebn Kodamah*, Hierosolymitano.

Is codex anno Hegiræ 732. exaratus est.

CDXLVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus, ubi de præcepto gehad, sive belli adversus infideles gerendi, ex Alcorano & pseudoprophetæ traditionibus disputatur.

2.° Tractatus de legis Mohammedicæ fundamentis, auctore *Aboulmoijn al Nassafi*.

3.° Anonymi disputatio de attributis divinis adversus philosophos & motazalos, ubi sectæ Hanefiticæ, sive orthodoxæ fundamenta stabiliuntur & confirmantur.

4.° Preces variæ.

CDXLVII.

Codex chartaceus, quo continetur liber cujus titulus raoudh al faik fil monaedh vel alrakaik, id est, hortus concionatorum capitibus quinquaginta duobus constans, ubi de rebus ad theologiam & morum doctrinam pertinentibus disseritur, auctore *Schoaib* sive *Jethro*, cognomine *Alhari Fisch*, id est, viro pio & religioso.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1024.

CDXLVIII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur *Ali Eben Hosamiddin Almotachi* sententiæ 3000. ad usum concionatorum, ordine alphabetico dispositæ. Singulis subjicitur explicatio ex Alcorano & Mahummedicis traditionibus petita.

CDXLIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus chehab akhbar, id est, lumen historiarum, sive collectio sententiarum Mohammedis, studio *Kadhai* cujusdam, anno Hegiræ 454. mortui. Hujusce codicis textus Arabicus est, verum commentarii quorum auctor anonymus, Persica lingua scripti sunt.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 774.

CDL.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur orationes variæ quas in moschiis pronuntiavit *Abu Jehia Abderrahim Ebn Israil, Ebn Nabathæ*, magni apud Mahummedanos nominis concionator. Auctor in oppido Mesopotamiæ Miafarikin natus anno Hegiræ 337. ibidem diem supremum obiit anno 374. Adjunctus reperitur brevis cujusdam anonymi commentarius, qui fermè totus in exponendis vocibus difficilioribus, aliisque ad grammaticam pertinentibus versatur.

Is codex anno Hegiræ 777. exaratus est.

CDLI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur variæ conciones *Abi Jehiæ Abderrahim ben Mohammed, ben Israel*, vulgo *Ebn Nabatah*. Opus apud Mahummedanos tum ob dictionis elegantiam, tum ob sententiarum pondus longè celeberrimum.

THEOLOGI.

In-octavo.

CDLII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber inscriptus ketab fi ossoul eddin, id est, tractatus de Mahummedanæ religionis fundamentis quinquaginta, quorum ultimo statuitur Nasserum, quo califatum obtinente hoc opus editum est, verum & supremum totius Islamismi antistitem esse, auctore *Imamo Fakhreddin al Razi*, qui anno Hegiræ 370. obiisse dicitur.

CDLIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus. Ibi continetur tractatus quo varia Mahummedanæ theologiæ capita explicantur & definiuntur, auctore *Saijd Muhammed Ebn Arrada*.

CDLIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi opus inscriptum scharh al akaied, sive commentarius in

librum quemdam, ubi de præcipuis Mohammedicæ theologiæ articulis differitur.

Is codex anno Hegiræ 1012. exaratus est.

CDLV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur varia fragmenta ad Mahummedanam religionem spectantia, ubi imprimis de oratione ritè peragenda.

CDLVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus inscriptus al dorar al sonniat, id est, gemmæ pretiosæ & lucidæ traditionum quæ ad Mahummedem tanquam illarum parentem referuntur. Huncce librum *al Hafedh Ebn Fahad* Meccæ edidit, & Aboulmahassen Josepho viro in Ægypto primario, anno Hegiræ 855. nuncupavit.

CDLVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus ketab al fossous, id est, liber annulorum, sive gemmarum annulis inclusarum. Constat autem gemmis viginti septem, quæ sunt totidem quasi capita, ubi de singulis mysticæ theologiæ arcanis, illisque ad aliquem è veteribus patriarchis & prophetis relatis, differitur. Ultimum vero caput quod hekmat ferdiat, id est, sapientia singularis, aut doctrina unica inscribitur, è Mohammedis verbis desumtum est, ideoque Mohammediat etiam appellatur. Hujusce operis auctor *Mohieddinus*, cognomine *Ebn Arabi, al Thai, al Andalusi,* à quo absolutum dicitur anno Hegiræ 627.

Is codex anno ejusdem æræ 726. exaratus est.

CDLVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus inscriptus adab al moridin, id est, vitæ spiritualis studiosorum mores, ubi de illorum qui apud Mahummedanos sofii appellantur, institutis. Auctore *Abou Giafar Mohammed ben Hossain ben Ahmed, ben Jazdaniar.*

CDLIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, charactere Mauritanico scriptus. Ibi continentur:

1.° Varia ex Alcorano loca, quibus Dei unitas potissimum stabilitur.

2.° Preces nonnullæ ad usum Mahummedanorum, Arabicè & Turcicè.

CDLX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus, ubi docetur qua potissimum ratione Mahummedanus divini nominis cognitionem assequi possit. Illius autem vi se nihil non impetraturos doctores nonnulli confidunt, auctore *Abu-Abbasi Ahmedis* filio *Albuni.*

CDLXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Tractatus inscriptus kimia al saadat, id est, chimia felicitatis, ubi de vero vocum illarum sensu, non est Deus nisi Deus, & Mahumedes ejus legatus. Auctore *Mohieddino al Arabi.*

2.° Opus cujus titulus ressalat al haim al kaif men laoumat allaim, sive tractatus de vitæ solitariæ instituendæ ratione, auctore *Nagmeddino al Kebri.*

3.° Anonymi scholia in poëma appellatum jaiah, cujus auctor *Ebn Faredh.*

4.° *Ebn Faredh* poëma kamariah dictum, sive de vino vel de amore divino, ut interpretantur mysticè Mahummedani, adjunctis scholiis *Abdalrahman ben Ahmed al Giami.*

5.° Idem poëma, una cum scholiis *Ala-eddini ben Sadakah.*

CDLXII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° *Gelaleddini Soiouthi* dissertatio in illa traditionis Mohammedicæ verba, *qui se ipsum noverit, etiam Dominum suum noverit.*

2.° Opusculum cujus titulus mokhtassar haoudh alhiat, id est, compendium libri Indici, qui cisterna vitæ nuncupatur. Ibi de natura animæ, intelligentiis, arte theurgica & magica disputatur, auctore *al Samarcandi.*

CDLXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Dicta veterum sapientum ad morum doctrinam pertinentia, auctore *Borhaneddino Ibrahim, ben Omar al Bekai.*

2.° Liber cujus titulus dorar al bohour fi medaih almelek Almansour, id est, poëma de laudibus Almansor Ægypti Sultani, auctore *Safieddino Abdolazis Serigia.*

CDLXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum berd al akbad aud maout al aoulad, id est, liber quo solatium illis affertur qui liberos amiserunt, auctore *Schemseddino Mohammed* Damasceno, è Schafeitarum secta. Is non solum ex Alcorano & traditionibus, sed etiam è variorum scriptorum narrationibus multa scitu non indigna collegit.

CDLXV.

Codex bombycinus, forma oblonga, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Anonymi notæ in quamdam epistolam cujus titulus de morum disciplina.

2.° Anonymi tractatus de logica.

JUS CIVILE ET CANONICUM.

In-folio.

CDLXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber sunnæ, ubi de ritibus & præceptis legis Mahummedanæ differitur, auctore *Jacoub Ebn Seid Ali.*

Is codex anno Hegiræ 545. exaratus est.

CDLXVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum scharh assonnat, id est, sunnæ explicatio, sive legum & statutorum Mohammedicorum explanatio. Ea autem à capitulo de maledictionibus orditur. Auctore *Imama Hossain* filio *Masuudraguensi,* qui supremum diem obiisse dicitur anno Christi 1121.

CDLXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur prima pars operis inscripti scharh assonnat, ubi de legis Mahummedanæ præceptis & illius ritibus, qui traditionis ope ad posteros pervenerunt, differitur.

Is codex anno Hegiræ 622. exaratus est.

CDLXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus characteribus Mauritanicis exaratum, cujus primi quinterniones penè obliterati sunt. Ibi de statutis & præceptis legis Mohammedicæ, juxta sunnæ cæterorumque librorum ritualium ordinem differitur. Sub finem folia quædam desiderantur.

CDLXX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum ketab vakaiah, id est, liber custodiæ, ubi de Mahummedanæ religionis legibus & præceptis differitur. Auctore *Alteled Alaz Obeid Allah.* Ad oram codicis leguntur notæ complures.

CDLXXI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur compendii operis cujus titulus giamé alkebir, id est, continens magnum, pars secunda. Ibi de religionis Mahummedanæ legibus & statutis differitur, auctore *Muhammede Ebn Aben Abdallah.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 747.

CDLXXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur pars secunda operis, ubi de religionis Mahummedanæ legibus & cæremoniis differitur.

Is codex exaratus est anno Christi 1349.

CDLXXIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum kens aldekaiek, id est, thesaurus subtilitatum, ubi de Mahummedanæ religionis legibus & præceptis, illudque juxta doctorum & pontificum decreta, auctore *Aboulbarkat Abdallah Ebn Ahaud, Ebn Mahmoud Annassafi.* Ad hujusce codicis oram conjectæ notæ complures.

2.° Anonymi tractatus de Dei nomine quolibet tempore pronuntiando. Ibi doctorum quorumdam argumentis respondetur.

3.° Anonymi tractatus ejusdem argumenti.

Is codex exaratus est anno Christi 1424.

CDLXXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum kens aldekaiek, id est, thesaurus subtilitatum. Ad oram codicis conjectæ notæ complures.

Is codex exaratus est anno Christi 1340.

CDLXXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum manuductio ad viam rectam, sive expositio præceptorum legis Mahummedanæ juxta scholæ

Hanbaliticæ placita. Auctore *Abu Ali Mahummede* filio *Ahmed Haschemi.*

Is codex exaratus est anno Christi 1486.

CDLXXVI.

Codex bombycinus, olim Cardinalis Richelii, quo continetur anonymi de legibus & cæremoniis legis Mahummedanæ tractatus.

Is codex exaratus est anno Christi 1596.

CDLXXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur pars secunda operis inscripti giaouhar armaki, id est, gemma pura, ubi de præceptis & statutis legis Mahummedanæ. Auctore *Abdallah Ebn Aboubeker,* qui eo opere scriptorem quemdam nomine Beihaki refellere conatur.

Is codex exaratus est anno Christi 1349.

CDLXXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur pars prima compendii libri cujus titulus sahih elhadith, id est, vera traditio. Opus à *Zekieddino Abou Mohammed,* cognomine *Almondheri* conscriptum. Epitomes vero auctor *Aboul Hassan Moslem Ebn Hegiage al Caschiri.* Ibi de legis Mahummedanæ statutis & legibus disseritur.

CDLXXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber inscriptus dorar gorar, id est, uniones pretiosi. Ibi de legis Muhammedicæ præceptis & statutis disseritur. Illud opus anno Hegiræ 877. inchoatum dicitur, absolutum vero anno 883. Auctoris nomen latet.

Is codex longè elegantissimus, exaratus est anno Christi 1599.

CDLXXX.

Codex bombycinus, olim Cardinalis Richelii, charactere Mauritanico scriptus, quo continetur tractatus de legis Mahummedanæ præceptis, statutis & ritibus, illiusque præcipua capita Mahummedis dictis & factis asseruntur. Initio folia quædam desiderantur, quo fit ut auctoris nomen lateat.

CDLXXXI.

Codex bombycinus, quo continetur opus inscriptum taarif lemesail almaaroufat. Ibi de capitibus variis ad legem Mahummedanam pertinentibus, disseritur. Auctore *Abou Said Khalf Ebn Abilcassem.* Hujusce codicis sexta circiter pars charactere Mauritanico elegantissimè exarata est.

CDLXXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum megmaa albaharain, vel molteka anneircin, id est, concursus duorum marium, ubi de legis Mahummedanorum statutis & præceptis juxta sunnæ ordinem disseritur, auctore *Borhaneddino* filio *Assaathi,* qui è majori Cadouri volumine eam epitomen concinnavit. Vulgo autem appellatur annassosi, id est, dimidiator.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 736.

CDLXXXIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum megmaa albaharain, id est, conjunctio marium.

CDLXXXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum scharh megmaa albaharain, id est, commentarius in librum cujus titulus concursus duorum marium, sunnam sive jus omne Mahummedicum complectentem, auctore *Modheriddino* Bagdadensi, vulgo *el Taalibi Ebn Assaati,* qui omnia juxta sectæ Hanifensis placita definit.

CDLXXXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum ketab gaiat alahkam, id est, scopus judiciorum, cujus volumen quintum ibi tantum reperitur. Illius auctor *Muhebeddinus Ahmed, Ebn Abdallah, Ebn Mohammed Atthabari,* qui Imami & Mufti titulis insignitur. In eo autem opere de legis Mahummedanæ præceptis & statutis disputatur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 717.

CDLXXXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum mogni fi ossoul alsekehi, id est, liber ea omnia complectens quæ ad totius juris Mahummedici cognitionem necessaria videri possunt. Auctore *Gelaleddino Omar Alhibari* Hanifita. Ad hujusce codicis oram conjectæ sunt notæ complures.

2.° Matn menar, id est, fundamentum

& firmitas libri qui menar, sive pharus inscribitur. Ibi de præcipuis juris Mahummedici tam civilis quàm canonici capitibus disputatur.

3.° Tractatus cujus titulus omdat al akidah li hefdh assonnafi, id est, fulcimentum fidei illorum qui traditionem sectantur, sive orthodoxorum, auctore *Ahmed ben Mohammed Annassifi*. In eo autem opere præcipua Muhammedanæ theologiæ capita explicantur.

Is codex exaratus est anno Christi 1342.

CDLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi opus in titulos divisum, in quo de Mahummedanorum jurisprudentia per quæsita & responsa differitur.

CDLXXXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum ketab sadr Asscheriah, id est, tribunal justitiæ. In eo autem tractatu de jure Mahummedanorum tam civili quàm canonico differitur. Auctore *Obeid Allah Ebn Massoud Ebn Tage Asscheriah.*

Is codex anno Christi 1554. exaratus est.

CDLXXXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur pars secunda operis cujus titulus al-masnad assahih, id est, vera allegatio. Ibi præcipua juris Mahummedici civilis & canonici capita antiquis, illisque indubiis traditionibus afferuntur. Auctore *Abulhucein Musslem* filio *el Haiage* filii *Musslem Elkhorivi,* Nisapurensi.

CDXC.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus de jurisprudentia, adjectis notis marginalibus & interlinearibus.

2.° Anonymi carmen obscurissimum ad doctrinam morum pertinens, una cum commentariis doctoris nomine *Eben Draid.*

3.° Ejusdem *Eben Draid* poëma, ad mores quoque pertinens.

CDXCI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum ketab al ehkam fi ossoul al ahkam, sive de judiciorum formulis. Dividitur in quatuor partes quæ singulæ caouaed, id est, fundamenta appellantur, auctore *Aboulhassan Ali Ebn Ali,* Amidensi.

CDXCII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum ketab tetemmat al fatouab el fekh. id est, complementum decisionum jurisprudentiæ sacræ & civilis, Mahummedanæ scilicet, illudque juxta Abou Hanifæ placita, auctore *Borhanijddino.*

Is codex anno Christi 1365. exaratus est.

CDXCIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum fossoul alahakam fi ossoul alahakam, sive codex juris Mahummedici, ubi de actionibus, testibus, aliisque ad rem judiciariam pertinentibus differitur. Sub finem desiderantur nonnulla.

CDXCIV.

Codex bombycinus, quo continetur opus inscriptum enaiat, id est, auxilium divinum, ubi quæstiones variæ partim ad jurisprudentiam, partim ad theologiam pertinentes explicantur. Operis illius auctor *Akmaleddinus,* scholasticorum apud Mahummedanos facilè princeps.

CDXCV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur pars secunda operis hedaiah, sive directio inscripti, ubi de cujusvis generis contractibus juxta Mahummedanorum placita fusè differitur.

Is codex exaratus est anno Christi 1369.

CDXCVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur operis cujusdam hedaiah, sive directio inscripti, pars quarta, in qua de hæreditatibus juxta Mahummedanas leges & ritus disputatur.

Is codex anno Hegiræ 774. exaratus est.

CDXCVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur decisiones variæ ad jus Muhammedicum pertinentes, studio *Abu*

Muhammed Hossain Ebn Massoud collectæ.

CDXCVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars secunda libri cujus titulus giame, in qua de discrepantiis quæ circa decisiones juris Muhammedici versantur. Illarum pleræque è libro hedaiah, sive directionis colliguntur. Initio codicis quædam desiderantur.

CDXCIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur decisiones variæ ad jus Muhammedicum spectantes, illudque juxta Abou Hanifæ placita, auctore *Mohiheddino al Bokhari.*

D.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum scharh al jacmilat, id est, commentarius in librum cujus titulus jacmilat, sive complementum. Ibi de legis Mahummedicæ præceptis & statutis juxta sunnæ ordinem à capite ad calcem disputatur. Auctore *Hussameddino Ebn Husneddin Ahmed, Ebn Meki Arrazi.* Liber autem jacmilat scriptus ab *al Cadouri,* qui, eorum qui apud nos scholastici vocantur more, in pertractanda lege Mahummedana versatus est.

D I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber cujus titulus islah alavakiat, id est, correctio præcautionis, sive commentarius in opusculum de Mahummedanorum jure civili & canonico, ab *Obaidalla* servo Abbasi Mahummedis patruelis, anno Hegiræ 40. scriptum, ea tantum complectens quæ ex pseudoprophetæ, illiusque successorum sermonibus hauserat. Commentariorum auctor alius *Obaidalla* filius *Masoud Ebn Tagil al Sciariaa.*

D II.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum giaouherah annairah, id est, margarita lucida, sive commentarius in librum cujus titulus scharh al Coduri, ubi de præceptis & statutis legis Mahummedanæ juxta sunnæ ordinem disputatur. Auctore *Aboul Hussain.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 974.

D III.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur commentarius in librum quemdam collectionis magnæ titulo apud Mahummedanos cognitum, cujus auctor Imam *Mohammed Ebn al Hassan.* Dividitur opus in partes quatuor, quarum prima de fide & cultu divino. Secunda, de nuptiis. Tertia, de actionibus forensibus. Quarta, de contractibus disputat.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 618.

D IV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur opus inscriptum, pars decisionum præstantissima è margaritis judicum decerpta, sive commentarius in jurisprudentiam apud plerosque Mahummedanos receptam, auctore *Mahummede* filio *Jarraam,* primario judice, qui hosce commentarios sex annorum spatio absolvit, illudque anno Hegiræ 882.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1029.

D V.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera anno 1673. illatus. Ibi continetur liber cujus titulus altalet men schiarh almonhagi, id est, pars tertia expositionis operis quod almonhagi, sive via regia appellatur. Almonhagi autem est tractatus de Mahummedanorum jure canonico & civili, auctore *Jehia Mohieddino Jafei* filio *Zachariæ.* Hunc commentariis suis illustravit *Alzar Caschi,* nomine *Badhriddinus Mahummedes Abdallæ* filius, octavo Hegiræ sæculo clarus. Hujusce vero commentarii tertiam partem exhibet noster hic codex, ubi præcipuè de hæreditatibus, successionibus & contractibus. Multa quoque ad grammaticam pertinentia occurrunt.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 803.

D VI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi opus inscriptum cathaat scharh al hedaiah, sive commentarius in librum qui hedaiah, sive directio appellatur. Ibi sermo de legis Mahummedanæ præceptis, illiusque ritibus, qui traditionis ope ad posteros pervenerunt.

D VII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur *Abdellathif Ebn Firischteh,* cognomine

cognomine *Malek*, commentarius in quoddam de Mahummedanorum jurisprudentia opus inscriptum monar, sive candelabrum, cujus auctor *Hafedh-Eddinus Annassafi*.

Is codex anno Christi 1539. exaratus est.

D V I I I.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur pars secunda libri dicti alekhtiar, id est, electio, estque commentarius in tractatum cujus titulus almokhtar sive electus, ubi de nuptiis, sponsalibus, cæterisque ad matrimonium spectantibus fusè differitur, illudque juxta Abu Hanifæ placita, auctore *Abilfalo Magdiddino Abdallah* filio *Mahmoud* Ninivita.

Is codex anno Christi 1439. exaratus est.

D I X.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum scharh menar, id est, commentarius in librum dictum menar, sive candelabrum, ubi de Mahummedanorum jure tam civili quàm canonico disputatur, auctore *Sarkaschi*, cujus nomen integrum *Abhoubeker Mohammed Ebn Abischel*.

D X.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur *Abdallæ* filii *Massoud* filii *Asscharijæ* commentarii in librum avi sui inscriptum præcautio, ubi de utroque jure apud Mahummedanos recepto.

D X I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum scharh aige cossovi al Bedhaui, sive commentarius in librum cujus auctor *Naseriddinus Abdalla al Bedhaui*. In eo autem commentario de legis Mohammedicæ præceptis, statutis & ritibus juxta sectæ Schafiiæ placita disputatur; scriptus autem est ab *Abdalla Ebn Mohammed* Farganensi.

Is codex anno Hegiræ 806. exaratus est.

D X I I.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, ubi continentur:

1.° Scholia in scriptorem anonymum, qui de Mahummedanorum jurisprudentia juxta sunnæ ordinem disputat. Auctore *Saadi Gialabi*.

2.° Anonymi scholia in librum inscriptum mëgmad albaharain, cujus auctor *Abdellathif Ebn Abdelazis Ebn Amineddin*. Ibi de rebus ad jus Mahummedanum pertinentibus differitur.

D X I I I.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber inscriptus scharh maani al atar, sive primum volumen operis cujus titulus, commentarius quo sensus signorum & characterum explicantur. Per signa autem & characteres, vocabula ad jus & leges pertinentia intelliguntur. Auctore Imam *Atthaaoui*. Initio codicis folia nonnulla desiderantur.

D X I V.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur compendium operis qui inscribitur via regia curiosorum. Illius auctor *Schemseddinus Mohammed Alkondus*. In ea vero epitome, voces Alcorani difficiliores, ut & illæ quæ ad juris Mahummedici scientiam pertinent, explicantur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 753.

JUS CIVILE ET CANONICUM.

In-quarto.

D X V.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Liber cujus titulus talim al motallem tharik al tallum, id est, de recta juris discendi juxta legis Mohammedicæ canones & instituta ratione, auctore *Borhanneddino al Zarbougi*.

2.° Anonymi tractatus de ercifcunda hæreditate, & de consanguinitatis gradibus.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 988.

D X V I.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus cujus titulus talim al motallem tharik al tallum, id est, de recta juris discendi ratione juxta legis Mohammedicæ canones & instituta, ubi docetur pietatem cum literarum studio esse conjungendam, auctore *Borhaneddino al Zarbougi*.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 952.

D X V I I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum hedaiah fil

forou, sive manuductio ad jurisprudentiam Mahummedanam, auctore *Borhaneddino Ali ben Abibekr al Marghinani,* qui anno Hegiræ 591. vivere desiit.

In variis hujusce codicis locis mox unum, mox plura folia desiderantur.

DXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars prima operis, quo de statutis & ritibus legis Mahummedanæ, auctore *Abou Raoud Soliman Segestani.*

Is codex exaratus est anno Christi 1188.

DXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum mofid el oloum, v mobid el homoum, id est, utilis scientiis & sollicitudinum interemtor, ubi de juris Muhammedici fundamentis, variis variarum regionum consuetudinibus, & sectis quatuor orthodoxis quæ apud Mahummedanos obtinent, auctore *Gemaliddino Abi Abdallah* Caspinensi.

DXX.

Codex bombycinus, ubi continetur anonymi tractatus de legis Mohammedicæ ritibus. Orditur auctor à libro purificationum, & desinit in librum de ercifcunda hæreditate.

DXXI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum giamee assaghir, id est, collectio parva, ad discrimen alterius quæ major dicitur. Utriusque auctor est Imam *Mohammed Ebn Alhassan Assehibani.* Ibi autem de Mahummedicæ legis præceptis & statutis juxta sunnæ ordinem differitur.

Is codex anno Hegiræ 704. exaratus est.

DXXII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus initio & fine mutilus, ubi de legis Mohammedicæ præceptis & ritibus, præsertim vero de tribus purificationis legitimæ speciebus.

DXXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum raoudhat al Imam Annouri, id est, hortus Imami *Nouri* in areolas distinctus, quarum unaquaque singula sunnæ capita exponuntur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 796.

DXXIV.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur anonymi de Mahummedanorum jure tractatus.

DXXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus de Mahummedanorum jure juxta sunnæ ordinem, traditionesque Mahummedis ore exceptas, characteribus Africanis scriptus. Initio codicis, ut & sub finem, nonnulla desiderantur.

DXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, characteribus Mauritanicis exaratus, quo continentur juris Muhammedici institutiones juxta sunnæ ordinem dispositæ, auctore *Abou Mohammed Abdallah ben Abi Zeid,* cognomento *al Kairouani.* Sequuntur alia ejusdem argumenti opuscula, tam ligata quàm soluta oratione scripta, verum mutila & imperfecta.

DXXVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur juris Mahummedici institutiones, auctore *Aboul Hassan Ali ben Mohammed al Bedaui,* viro magni apud Mahummedanos nominis.

Is codex anno Hegiræ 651. exaratus est.

DXXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber inscriptus scharh al menhag, id est, commentarius in Beidhaui juris Muhammedici institutiones, auctore *Schamseddino Mahmoud ben Abdelrahman* Ispahanensi, cujus opus Cairi prodiit anno Hegiræ 734.

Is codex anno Hegiræ 774. exaratus est.

DXXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber inscriptus ketab al aschbah, v al nadhair, id est, imagines similium, ubi de Mahummedanorum jurisprudentia juxta illorum placita qui sectæ Haneficæ nomen dederunt. Hujusce operis quod in septem sectiones tribuitur, auctor *Zeineddinus ben Ibrahim,* cognomento *Ebn Negim al Mesri,* cujus mors in annum Hegiræ 670. cadit.

DXXX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum Codouri, vel mokhtassar al Codouri, sive tractatus de juris Mahummedici statutis juxta Hanefitarum placita, apud quos tantæ est auctoritatis, ut ejus lectio tanquam alexipharmacon quoddam adversus morbos epidemicos commendetur. Hujusce libri auctor *Aboul Hassan Ahmed ben Mahummed al Cadouri*, qui anno Hegiræ 428. vivere desiit.

Is codex anno ejusdem æræ 892. exaratus est.

DXXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum menhage al thalebin, id est, via regia curiosorum, sive compendium libri mokhtassar al moharrar nuncupati, qui utriusque juris Muhammedici regulas secundum Schafeiorum placita complectitur. Auctor tractatus *Rafeius*, compendii vero *Mohieddinus Abou Zacharia Jahia ben Scharif al Nuoni*.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 860.

DXXXII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur juris Mohammedanorum tam civilis quàm canonici institutio & epitome, incerto auctore. In eo codice, ubi glossæ complures Arabicæ & Turcicæ occurrunt, non pauca desiderantur.

DXXXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur tomus secundus libri kafi, cujus auctor *Movaffakeddin Abdallah ben Ahmed ben Mohammed al Mokdessi*, Hierosolymitanus. Opus Mahummedanorum juris civilis & canonici regulas & decisiones juxta Hanbalitarum placita complectens. Initio codicis pauca quædam desiderantur.

DXXXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur fragmentum operis cujusdam, ubi de jurisprudentia apud Mahummedanos recepta differitur, auctore incerto.

Is codex anno Hegiræ 969. exaratus est.

DXXXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur pars ultima compendii operis illius quod Mehemmat inscribitur, ubi de præcipuis juris Mahummedani capitibus differitur. Auctor vero compendii, cujus nomen ignoratur, illam tantum partem attigit quæ est de contractibus.

DXXXVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus inscriptus kenz al dekaiek fi elm al hakaiek, sive Mahummedici juris utriusque juxta Hanefitarum placita thesaurus. Opus magnæ apud Mahummedanos auctoritatis, & in quod complures commentarii prodierunt. Illius auctor *Aboul Barakat Abdallah*, qui vulgo *Hafedheddin ben Ahmed* nuncupatur. Obiit anno Hegiræ 710.

Is codex ab imperito librario & qui ad ipsum operis titulum impegit, exaratus est anno Hegiræ 1074.

DXXXVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur commentarius in librum cujus titulus vekaiah, id est, custodia legum, auctore *Jacob* Pacha *ben Khedher* Beg, qui anno Hegiræ 891. vivere desiit.

DXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Schamsiddini Soliman*, cognomine *Ebn Kemal* Pacha, anno Hegiræ 940. mortui, commentarius in librum qui vekaiah, sive custodia legum inscribitur, cujusque auctor *Borhan al Scheraiat*. Ibi de Mahummedanorum jure tam civili quàm canonico disputatur.

DXXXIX.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum ketab khalil fil fetaovi bemadbheb Malek ben ons, sive tractatus ubi jurisperitorum qui Maleki sectam profitentur, responsa accuratè exposita sunt, auctore *Khalil ben Ishak ben Jacob* Malekita.

2.° Opus grammaticum tahil inscriptum, auctore *Gemaleddino Abou Abdallah ben Malek al Andalusi*, à quo tractatus ille anno Hegiræ 860. absolutus est.

3.° Ejusdem argumenti poëmatia quædam, quorum auctor *ben Malek*.

Is codex anno Hegiræ 877. exaratus

est, idque characteribus Mauritanicis.

DXL.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum lessan al hoccam fi maarefat al ahkam, id est, lingua judicum, sive de practica cognitione judiciorum, eorumque formulis, auctore *Aboulvalid Ahmed,* vulgo *ben Schohnah* nuncupato, ex Hanefitarum secta, qui nono sæculo clarus hoc suum opus in triginta capita tribuit, è quibus viginti & unum absolvit, reliqua vero novem studio *Borhaneddini Ibrahim al Khalai al Adavi* prodierunt.

DXLI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus inscriptus moniat al Mosti, id est, Mostis, sive supremi apud Mahummedanos judicis votum & desiderium. Auctore *Josepho ben Abisaad, ben Ahmed al Segestani,* qui juris Mohammedici decisiones è variis scriptoribus in unum collegit, & ad sectæ Hanefiticæ regulas & fundamenta revocavit, non pauca de suo addens, & *Nagmeddini al Khaffi,* ut & *Serageddini al Vaschi* pandectas juris Mahummedici illustrans, ut ipse in præfatione testatur.

DXLII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber inscriptus eslam, vel ehtemam, id est, decisiones juris, sive rescripta supremi judicis cujus nomen *Zeineddin Abou Jahia Zacharia,* quique vulgo Cadhi *Zacharia* nuncupatur; unde etiam hicce liber fetaovi Cadhi Zacharia sæpe numero dicitur.

DXLIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum mokthsar lel fatova, id est, synopsis responsorum prudentum, sive decisionum juris è primariis jurisconsultis Hanefitis selecta. Auctore *Gemaleddino Abdallah ben Mahmoud, ben Massoud al Balagi,* cujus elogium apud Mahummedanos eo versu celebratur, cæteri libri folia sunt, hoc opus aurum purum putumque est.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 858.

DXLIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum mokthsar lel fatova, id est, synopsis responsorum prudentum, sive decisionum juris è primariis jurisconsultis Hanefitis selecta. Auctore *Gemaleddino Abdallah ben Mahmoud, ben Massoud al Balagi.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 999.

DXLV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus inscriptus alkaoukab al moschrek fima johtag elgihi al maouthek, id est, sydus oriens de eo quo indiget stipulator. In eo autem opere variæ proponuntur juris Mahummedici formulæ circa actiones & contractus. Auctore *Muhammede ben Abdallah al Giarvani.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1010.

DXLVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum megma al megiales, sive concionum collectio, ubi de multis ad doctrinam, mores, jus canonicum & civile pertinentibus juxta traditiones è Mahummedis ore exceptas disseritur: auctore *Ahmed Rumi* Effendi, qui ideo *Rumi* appellatur, quod licet in insula Cypro natus, in Græcia sedem fixisset.

DXLVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber inscriptus bedhaat al Cadhi lechtiagi elaihi fil mostacbal, id est, sors & summa capitalis judicis, qua illi necessaria subministrantur tam de præterito quàm de futuro. Dividitur opus in novem capita, ubi de syngrapharum titulis, de nuptiis & divortiis, de servorum manumissione, de emtionibus & venditionibus, de testium productione, &c. Auctore *Pir Mohammed ben Moussa Prusao.*

DXLVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur Mahummedanorum de jure civili tractatus, ubi de venditione & emtione, fidei-jussione, judiciis, testibus, procuratoribus, tutoribus, contractibus, obligationibus, transactionibus, pignoribus aliisque rebus. Auctoris nomen reticetur, qui tamen idem fortasse est cum Cadhi *Khan* jurisconsulto celeberrimo.

DXLIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum al anouar albahia fi feradh al Asschnehiah scharh moschkulat al khathiah, id est, lumina coruscantia in librum de ercifcunda hæreditate, ab *Aschnehio* compositum, sive commentarius quo loca mendosa & difficiliora hujusce operis emendantur & explanantur. Auctore *Mohammede ben Mohammed al Schaabi.*

Is codex anno Hegiræ 862. exaratus est.

D L.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus feraidh al feragiah, ubi de hæreditatum apud Mahummedanos jure. Auctore *Serageddino Mohammed ben Mahmoud.*

D L I.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus inscriptus feraidh al feragiah, ubi de ercifcunda inter Mahummedanos hæreditate; una cum auctoris anonymi scholiis.

Is codex anno Hegiræ 871. exaratus est.

D L I I.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum feraidh al feragiah, ubi de ercifcunda hæreditate; adjunctis notis quas *Ahmed ben Dourmisch* anno Hegiræ 954. publici juris fecit.

2.° Anonymi poëma, ubi de hæreditatum apud Mahummedanos jure; una cum commentariis auctoris, qui opus suum absolvit sub finem vitæ Abousaid Sultani. Illius autem mors ad annum Hegiræ 736. refertur.

Is codex anno ejusdem æræ 982. exaratus est.

D L I I I.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus feraidh al feragiah, ubi de controversiis quæ circa jus hæreditatum oriri possunt. Auctore *Serageddino Mohammed, ben Mahmoud, ben Abdalraschid al Segiavendi.*

Is codex manu cujusdam Ahel Allah, ben Ramadhan, ben Kalil, ben Vali anno Hegiræ 997. exaratus est.

D L I V.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum dhaou al ferag, id est, fulgor lampadis, sive commentarius in librum de hæreditatum jure, qui feraidh al feragiah nuncupatur. Hujusce commentarii auctor *Mahmoud ben Abibekr ben al Ola al Nagiari, al Kelabadi,* qui in urbe Chorasaniæ Merou Schahagian dicta anno Hegiræ 700. obiit.

Is codex anno ejusdem æræ 831. exaratus est.

D L V.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Poëma inscriptum mocaddemat vel argiouzat ragiat, quo hæreditatum jura & statuta stylo facili minusque poëtico explicantur; adjunctis scholiis quorum auctor *Mohammed ben Bedreddin Sebth al Mardini.*

2.° Folia quædam è variis codicibus temerè collecta & in unum compacta, nulla prorsus ordinis vel doctrinæ habita ratione.

D L V I.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam illatus Vanslebii opera. Ibi continetur opus inscriptum ebraz lathaif al gaouamedh, vel ebraz sanaat al feraidh, id est, collectio & elucidatio difficultatum quæ circa divisionem hæreditatis occurrunt. Auctore *Schehabeddino Aboulabbas Ahmed ben al Magdi al Schafei.* Est autem quasi quoddam compendium operis majoris, cujus titulus kafi fi maouareth al ommati, compositi ab *Isaak ben Joseph al Zercali,* cujus mors cadit in annum Hegiræ 510. Ad hanc epitomen quod attinet, constat duobus tractatibus qui præfationem peculiarem habent.

D L V I I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum fossoul al Mehemmat fi maouarith al ommat, ubi de variis quæstionibus juris ad hæreditates pertinentibus, auctore *Aboulabbas Schemseddin Ahmed ben Haim.*

2.° In eumdem tractatum commentarius, cujus auctor *Abdallah Schemseddin Mohammed Sebth al Mardini,* è Schafeitarum secta, à quo opus absolutum anno Hegiræ 880.

Is codex exaratus eſt anno ejuſdem æræ 918.

DLVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur fragmentum operis cujuſdam, in quo de rebus ad jus Mahummedanum pertinentibus. Incipit à libro de repudiis, & in tractatu de legatis quæ pietatis cauſa fiunt, deſinit. Initium, ut & titulus, proindeque nomen auctoris, deſiderantur.

Is codex anno Hegiræ 892. exaratus eſt.

DLIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur excerpta varia ad Mahummedanorum jus canonicum & civile pertinentia.

DLX.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Hegiræ 872. exaratus. Ibi continentur:

1.° *Abulmohazen Eben bent Elhes* quæſtiones & reſponſiones de caſibus ad conſcientiam pertinentibus, juxta Mahummedanorum doctrinam.

2.° Anonymi vitæ quatuor celebriorum Mahummedanæ ſectæ doctorum.

DLXI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur notæ perpetuæ ad codicem legum quas juxta ordinem ſunnæ Mahummedicæ *Akhſiketi,* magni inter Mahummedanos nominis juriſconſultus, ordinavit. Hujuſce commentarii auctor Imam *Hoſſain Aſſaganaki*, id eſt, urbe Saganak oriundus.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 692.

DLXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur commentarius in quemdam librum inſcriptum aſſchafia, ubi de Mahummedanorum jure tam civili quàm canonico juxta ſunnæ ordinem diſputatur. Illius auctor *Abu Ahmed Gazali.*

DLXIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur commentarius in librum qui vulgo ſcheraet al eſſam, id eſt, jus Mahummedicum nuncupatur. Auctore *Jahia ben Jakhſchi ben Ibrahim,* qui non ſolum fundamenta ſive radices, ut vocant, legis Mahummedanæ, ſed etiam omnes ejus ramos & propagines diligenter & ſtylo ſatis eleganti perſequitur.

DLXIV.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanſlebii opera anno 1673. illatus. Ibi continentur:

1.° Fragmentum commentariorum *Sciamſeddini* Kaiatenſis in inſtitutiones juris canonici & civilis à *Mohieddino Jehia* ſcriptas.

2.° *Bedreddinus* Zarconenſis in tractatum *Olaienſis* de regulis juris.

3.° Anonymi notæ in doctoris Balkinenſis opus quoddam de juriſprudentia.

4.° Tractatus brevis de legibus in diſputando ſervandis, auctore *Abulanſaar.*

5.° Opuſculum de triginta regulis juris, auctore *Schiabiddino Abul-Abbaſſi Alſonhagi Almachi,* cognomine *Alkiranni.*

6.° Tractatus brevis de logica, cum notis compluribus ad codicis oram rejectis, auctore *Saaddiddino Maſſudio Altaakarani.*

7.° *Althatſi* commentarius in logicam *Atiriddini* Abharenſis, qui ſeptimo Hegiræ ſæculo floruit.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 887.

DLXV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur *Abdal Raouf al Menaovi,* Schafeiæ ſectæ doctoris, ſcholia in librum cujus titulus adab al kodah, ſive judicum mores, id eſt, judiciorum formulæ quæ *Scharef al Gazi* auctorem habent. Teſtatur autem ſchoſiaſtes multa à ſe è commentariis *Zachariæ al Anſari* in ſuum opus tranſlata.

Is codex ex auctoris ipſius autographo anno Chriſti 1584. deſcriptus dicitur.

DLXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inſcriptum nozhat al baſſir behall zad al fakir, id eſt, aſpicientis vel curioſi oblectamentum, ſive *Abdal Rahim al Menſchari* commentarius in librum cujus titulus zad al fakir, id eſt, penus pauperum, ubi de doctorum Haneſitarum circa jus Mahummedanum placitis diſputatur. Auctor *Kemaleddinus,* cognomento *Ebn al Heman,* qui nono ſæculo floruit.

Is codex anno Chriſti 1494. exaratus eſt.

DLXVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi

continetur liber inſcriptus haouaſchi al al mothaoual, ſive notæ & ſcholia, prolixa illa quidem, & continuata ſerie producta ab *Jahia ben Seif al Scirami* in librum meſtah al fekh, ſive clavem juriſprudentiæ. Illius auctor *Saadeddinus Maſſoud ben Omar al Taktazani,* qui octavo ſæculo floruit.

Is codex ipſo ex commentatoris autographo anno Hegiræ 974. deſcriptus fertur.

DLXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, charactere Mauritanico, eoque antiquo ſcriptus. Ibi continentur ſcholia in tractatum quemdam cujus titulus almothaoual, ſive de Mahummedanorum juriſprudentia, à *Saadeddino Maſſoud Ebn Omar,* cognomine *Taktazani,* qui octavo ſæculo floruit, ſcriptus. Scholiorum vero auctor *al Seid, al Scherif, al Giorgiani.*

DLXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi commentarius in *Schehabiddini* tractatum de erciſcunda hæreditate,& cognationum gradibus.

JUS CIVILE ET CANONICUM.

In-octavo.

DLXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus talim al motallem tharik al tallum, id eſt, de recta juris diſcendi ratione juxta legis Mohammedicæ canones & inſtituta, auctore *Borhaneddino al Zarbougi,* qui pietatem cum literarum ſtudio conjungendam eſſe docet.

Is codex manu rudi & imperita exaratus eſt.

DLXXI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi tractatus de jure civili & canonico apud Mahummedanos recepto.

DLXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus moltaki al abharain, id eſt, concurſus, ſive confluxus duorum marium. Tractatus è variis operibus cadourio nempe, mokhtar, kens, vekaiah, aliiſque collectus. Ibi de jure Mahummedano juxta ſectæ Haneficicæ placita diſputatur. Auctore *Ibrahim ben Mohammed, ben Ibrahim al Halabi,* ſive Alepenſi, qui anno Hegiræ 977. ſupremum diem obiiſſe dicitur.

Is codex anno ejuſdem æræ 1065. exaratus eſt.

DLXXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber inſcriptus moltaki al abharain, id eſt, concurſus ſive confluxus duorum marium, idem omnino cum eo de quo ſupra.

Is codex anno Hegiræ 902. exaratus eſt.

DLXXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus cujus titulus meſſail al ezziah fi ahcam al ſcheriah, ſive quæſtiones inſigniores circa jura & ſtatuta legis Mohammedicæ, incerto auctore, niſi adſcribatur cuidam *al Maraini,* à quo is codex anno Hegiræ 802. exaratus eſt.

DLXXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus cujus titulus feraidh al ſeragiah, ubi de erciſcunda inter Mahummedanos hæreditate.

DLXXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus feraidh al ſeragiah, ubi de quæſtionibus juris Mahummedani quæ ad hæreditates pertinent. Auctore *Serageddino Mohammed ben Mahmoud, ben Abdalraſchid al Segiavendi.*

Ad oram hujuſce codicis,qui anno Hegiræ 973. exaratus eſt, conjecta anno 1004. interpretatio carmine Turcico.

GEOGRAPHI.

In-folio.

DLXXVII.

Codex bombycinus, ex Africa in Bibliothecam Colbertinam opera Petis de la Croix anno 1683. illatus. Ibi continetur *Abu Hafez Omar* filii *Muhammedis,* cognomine *Alvardi,* geographia generalis.

Is codex charactere Mauritanico exaratus eſt.

DLXXVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber inſcriptus takovim al boldan, in eſt, tabula regionum. Opus

geographicum in climata viginti octo tributum, auctore Sultano *Omadeddino Ismael* filio regis *al Afdhal*, cognomento *Noureddin*, principe urbis Hamæ, vulgo *Aboulfeda*.

Is codex raritate & characterum elegantia commendabilis, exaratus est anno Hegiræ 721.

DLXXIX.

Codex bombycinus, quo continetur geographia *Abulfedæ*, de quo opere multa Herbelotius in Bibliotheca Orientali. Obiit is scriptor anno Hegiræ 702.

Noster hic codex Armeni cujusdam manu anno Christi 1665. exaratus dicitur.

DLXXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Liber inscriptus temporum, regnorum regionumque historia & descriptio, auctore *Edrisio*, qui licet in rebus geographicis præcipuè versetur, multa tamen habet ad Ægypti, Kerouan, Mauritaniæ, Marocci & Hispaniæ historiam pertinentia.

2.° Anonymi quæstiones variæ circa legem cæremonialem Mahummedanorum, cum responsis juridicis.

DLXXXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus de terræ natura ejusque figura sphærica, de longitudinibus & latitudinibus, de septem climatibus, regionibus & montibus qui incoluntur, de temporum & dierum discrimine, de Sabæorum sectis, & templis, de septem mineralibus, illorumque generatione, de lapidibus pretiosis, eorumque proprietatibus, de fluviis, fontibus, puteisque celebrioribus, de mari glaciali, viridi, nigro & Græco, illorumque insulis, de regionibus quæ sunt in Mahummedanorum potestate, de Ægypto, de origine gentium. Hujusce tractatus desiderantur titulus & præfatio, proindeque nomen auctoris.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 845.

DLXXXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Ebn Hanidan* geographia, illas tantum regiones complectens quæ Mahummedanorum imperio parebant, quas inter cum numeretur Andalusia, illius geographiæ auctorem satis antiquum esse non immerito colligas.

DLXXXIII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam regiam Joannis Francisci la Croix opera illatus. Ibi continetur pars tertia libri cujus titulus messalek al absar fi memalek al amsar, id est, oculorum peragrationes, sive itinera in varias orbis regiones. Opus geographicum quod *Schehabeddinus Ahmed* filius *Jahiæ*, cognomine *al Maraschi*, id est, Marocci ortus, publici juris fecit. Orditur à descriptione regionum quæ Mahummedanorum imperio parent, & in urbe Palæstinæ Ramlah appellata desinit.

GEOGRAPHI.

In-quarto.

DLXXXIV.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur *Mahummedis Abu Rihan al Birouni al Kouarezmi*, viri astronomiæ & astrologiæ judiciariæ peritissimi, compendium cosmographiæ, quo de cælo, stellis, orbis divisione, calculis astronomiæ & mathematicæ principiis. Floruit auctor sæculo Hegiræ quinto, opusque suum Persicè conscripsit, quod secutis temporibus in Arabicam linguam ab anonymo conversum est.

DLXXXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur geographia universalis juxta climatum seriem disposita, adjuncta rerum quæ ubique visuntur magis memoratu dignarum mentione, auctore *Abdel Rechid* filio *Saleh*, filio *Nouri*, cognomine *Yacouthi*.

DLXXXVI.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur liber inscriptus sapientum musæum, quo differitur de mundi systemate, de orbis incolis, gentium moribus, ædificiis, tumulis aliisque compluribus quæ magis memoratu digna in variis regionibus visuntur, auctore *Muhammede Abdelrahim Almokri*, qui ex Africa Mosul commigravit, ibique librum de quo nunc, edidit anno Hegiræ 557.

DLXXXVII.

Codex chartaceus, quo continetur opus duobus voluminibus constans. Illius titulus takouim al boldan, id est, situs regionum, ubi

ubi de rebus ad geographiam pertinentibus, auctore *Aboulfeda*. Ad hujusce codicis marginem conjecta locorum quorumdam interpretatio Latina; conjectæ etiam notæ complures, dignæ profecto quæ lucem publicam aspiciant. Interpretationis Latinæ & notarum auctor est *Willelmus Schikardus* Tubingensis.

DLXXXVIII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam regiam Joannis Francisci la Croix opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus kheridat al agiaib, id est, margarita pretiosa & admiranda. Opus ad geographiam pertinens, è variis scriptoribus *Nasireddino* videlicet, *Thusæo, Ptolemæo, Balkensi Maassoudo, Ebn Athir, Marakaschio* collectum, illudque in gratiam Schahini arcis Alepensis præfecti, auctore *Ebn al Ouardi*.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1005.

DLXXXIX.

Codex bombycinus, ex Africa in Bibliothecam Colbertinam opera Petis de la Croix illatus anno 1683. Ibi continetur opus inscriptum rerum mirabilium & peregrinarum thesaurus, geographiam universalem complectens. Auctore *Ebn al Ouardi*, qui cum esset in Mauritania natus, ab illius regionis descriptione geographiam suam orditur.

Is codex charactere Mauritanico exaratus est.

DXC.

Codex bombycinus, quo continetur liber cujus titulus kheridat al agiaib, id est, margarita pretiosa & admiranda. Opus ubi de rebus geographicis, auctore *Ebn al Ouardi*.

DXCI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber cujus titulus rerum mirabilium margaritæ, à *Mahummede* Casbinensi, si huic codici nostro fides, scriptus. Sed verus illius auctor, ut ex operis contextu deprehendi potest, est *Ebn al Ouardi*. Ibi autem de globo terraqueo, maribus, insulis, fluminibus, fontibus, plantis, fructibus, animalibus, avibus, gemmis & mineralibus disseritur. Floruit *al Ouardi* septimo Hegiræ sæculo.

DXCII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber cujus titulus kheridat al agiaib, id est, pulchritudo rerum mirandarum, sive descriptio geographica, ubi de præcipuis urbibus, animalibus, plantis, & mineralibus, auctore *Zaineddino Omar Ebn al Ouardi*. Præmittitur charta geographica, quæ ab iis omnibus quæ hactenus cognitæ, penitus diversa est.

DXCIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus unio pretiosus rerum mirabilium, sive miscellanea ad historiam, geographiam, & physicam pertinentia, è variis scriptoribus, *Ptolemæo* nempe, *Massudi, Ebn el Atir*, plurimisque aliis collecta. Auctore *Zeineddino Omar*, cujus mors ad annum Christi 1350. refertur.

DXCIV.

Codex bombycinus, quo continetur opus inscriptum, unio pretiosus rerum mirabilium, ubi de rebus ad historiam & geographiam spectantibus disputatur, auctore *Zeineddino Omar*.

DXCV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Ebn Ajas* tractatus de iis quæ in variis orbis regionibus, Ægypto præsertim, miranda visuntur. Præmittitur præfatio ubi de astronomia, latitudinibus, terræ in septem climata divisione, aliisque ad geographiam pertinentibus.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1008.

DXCVI.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera anno 1673. illatus. Ibi continetur *Muhammedis Ebn Baker Elzahri* tractatus geographicus, quo de variis orbis regionibus, fluviis, urbibusque præcipuis, incolarum moribus, & alimentis quibus singuli utuntur. Ait auctor imitandum sibi proposuisse scriptorem quemdam nomine *Alkimari*; hunc vero secutum esse viros septuaginta, qui jussu Aaronis el Raschid tractatum de geographia literis mandaverant.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 804.

DXCVII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera

illatus anno 1673. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus inscriptus catena historica, quo provinciæ diversæ, maria, piscium genera, mundi mirabilia, regionum & locorum situs, aliaque complura explicantur.

2.° Anonymi fragmentum quarumdam Syriæ urbium descriptionem complectens.

3.° *Aristotelis* liber de cælo, Arabicè conversus, adjunctis commentariis.

4.° Anonymi fragmentum ad corporis humani anatomiam pertinens.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 596.

DXCVIII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam regiam Joannis Francisci la Croix opera illatus. Ibi continetur pars prima operis historici & geographici, cujus auctor *Ali al Massoudi.*

Is codex, ubi multa desiderantur, exaratus est anno Hegiræ 974.

DXCIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur prima & secunda pars libri cujus titulus al moroug addah biah maaden algiaouhar, id est, prata aurea & gemmarum fodinæ, opus partim geographicum, partim historicum, ubi multa de Magorum pyræis reperias. Auctore *Aboulhasan ben Khair,* vulgo *Massoudi* nuncupato.

Is codex anno Christi 1556. exaratus est.

DC.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus scharh al Giagmini fi elm al hiiat, id est, commentarius in librum *Abdallæ* filii *Mahmoud Ebn Mohammed Giagmini* nuncupati, sive de sphæra tractatum cosmographicum à *Cadhizadah al Roumi* dicto, illustratum & figuris mathematicis delineatum.

Is codex anno Hegiræ 1000 exaratus est.

GEOGRAPHI.

In-octavo.

DCI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus kheridat al agiaib, id est margarita pretiosa & admiranda. Opus ad geographiam pertinens, è variis scriptoribus, *Nasireddino* nempe, *Thusæo, Ptolemæo, Balkensi Maassoudo, Ebn Athir, Marakaschio* collectum, idque in gratiam Schahini arcis Alepensis præfecti, auctore *Ebn al Ouardi.*

Is codex anno Hegiræ 1021. exaratus est.

DCII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur judicis cujusdam *Mohijddini Ebn Schuhna* nomine, itinerarium. Damascum reversus est anno Hegiræ 978.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1017.

CHRONOLOGI.

In-folio.

DCIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus metigiat al afkar fi allait valnihar, id est, cogitationum soboles, sive ingenii partes circa dierum & noctium statum. Dividitur opus in duas partes, quarum prima de mensibus solaribus Ægyptiorum, Persarum, Græcorum & Romanorum. In altera vero exhibentur tabulæ astronomicæ ad Mahummedanorum imprimis usum, ut pote qui ad obeunda singulis diebus quinque suæ precationis munia & jejunia celebranda, omnia temporum momenta religiosè observent. Hujusce tractatus auctor *Mohammed ben Omar ben Sadik ben Omar al Bekri,* vulgo *al Favanissi* nuncupatus.

DCIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus ketab giedoual fadhl addair, sive tabula ubi longitudo dierum & noctium per singulas anni tempestates proponitur, mensesque Arabici lunares cum Græcorum & Ægyptiorum solaribus componuntur. Inflexio præterea & obliquitas keblæ quæ inter orandum superstitiosa diligentia à Mohammedanis observatur, corrigitur & emendatur. Auctore *Schemseddino Mohammed ben Mohammed al Khalili,* sacræ & publicæ orationis quæ in celeberrima Ommiadarum mesquita celebratur, præcone. Tabula vero de qua sermo, ad latitudinem graduum 33. minutorum 30. condita est, quæ à *Schemseddino* genuina urbis Damasci latitudo statuitur, quamvis *Nasireddinus Thusæus* Damasco latitudinem 33. 20. & *Ulugbegh* 33. 15. tantummodo distribuat. Occurrunt etiam in eo opere tabulæ duæ quarum

una de anno Arabico, altera de Græcorum & Coptorum calendario differitur. Utriusque auctor *Mohammed ben Mohammed ben Abibecr al Tizini,* qui in eadem mesquita Damascena Movakket, sive temporum & horarum signator & annotator fuit.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 811. & à Carabaga, summo ostiariorum Damasci præfecto inter pretiosa sua cimelia repositus.

D C V.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur *Gioladdini Abu Kasem* Bagdadensis tabulæ astronomicæ, ubi de æris celebrioribus, Mahummedana nempe, Persica, Græca & Coptica. Occurrit præterea catalogus Chalifarum qui à Mahummede ad annum Hegiræ 656. imperarunt, quo tempore auctor floruit.

Is codex anno Hegiræ 684. exaratus est.

D C V I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur institutiones astronomicæ una cum tabulis variis, auctore *Almamon Ebn Ahmed* Busjanita. Ibi nonnulla de inveniendis Arabum, Persarum, Græcorum & Melchitarum epochis.

D C V I I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus numeris tantum constans, ubi, quantum conjicere licet, de annorum inveniendorum juxta celebriores epochas ratione. Desiderantur titulus & præfatio, proindeque nomen auctoris.

C H R O N O L O G I.

In-quarto.

D C V I I I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur tabulæ astronomicæ, ubi de quatuor æris celebrioribus, Arabica nempe, Persica, Græca & Melchitarum. Tabularum illarum auctor *Sciarif Hsan Cummathem,* qui huic operi ultimam manum à se impositam aitanno Hegiræ 821.

D C I X.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Anonymi de magis receptis annorum formis, solari nempe & lunari, anno Græco, Coptico & Persico.

2.° Anonymi brevis disputatio de syderibus, polis & ventis.

3.° Anonymi tractatus quo traduntur præcepta ad comparandam navigationis scientiam idonea. Ibi multa de syderibus, ventis, insulis & sinu Persico.

4.° *Solimani Maharei Achmetis* tractatus ejusdem argumenti.

5.° *Schihabiddini Achmetis Almagidi* poëma de navigatione & metoposcopia.

6.° Ejusdem auctoris poëma similis argumenti.

D C X.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi opusculum de emendatione anni lunaris Arabici.

2.° Ejusdem argumenti tractatus, auctore *Ahmed Alpheo.*

3.° Anonymi grammatica Arabica, qua de verborum tantum conjugationibus, Alsarfia vulgo appellata.

4.° Preces quædam ad usum Mahummedanorum.

5.° Grammatica ubi de nominibus tantum & adverbiis, auctore *Muhammede Abu Abdalla Jonhagi,* ex oppido Agoumnia dicto, qui anno Hegiræ 723. obiisse dicitur.

6.° *Mahummedis Ebn Agiazari* poëma, quod in tradendis orthographiæ Arabicæ præceptis versatur.

7.° Regulæ quædam grammaticales circa literam *nun,* auctore *Scihada Jamani.*

8.° Disputationes de lingua Arabica, auctore *Abdilkadero Giorgiani.*

9.° Poëma de lingua Arabica, auctore *Kasem Abu Mohammed al Hariri,* qui Bassoræ natus anno Hegiræ 446. obiit in urbe Persiæ Harir anno 515.

D C X I.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus brevis de annis & mensibus lunaribus cum solaribus componendis, & vice versa. Auctore *Abu Albika Giaan.*

Is codex exaratus est anno Christi 1493. illudque elegantissimè.

D C X I I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur plures tractatus in unum

volumen conjecti. Ibi de temporum cognitione, astrolabio, illiusque usu differitur.

DCXIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Tractatus de temporum cognitione, auctore *Mardinensi.*

2.° Tractatus de parallelis, auctore *Schehabiddino Mohammed Almgidi.*

3.° Ejusdem de cognitione temporum tractatus.

4.° Quæsita varia ad res mathematicas pertinentia, auctore *Mardinensi Ahmed* filio *Abdallah.*

5.° Tractatus de cognitione temporum, auctore *Gorsiddino* filio *Schehabiddini.*

6.° Tractatus de astrolabio, auctore *Schemseddino Ebn Gaib.*

7.° Tractatus de cognitione temporum, auctore *Ahmed Azhari.*

8.° Tractatus ejusdem argumenti, auctore *Scharifiddino Khalili.*

9.° Tractatus ejusdem argumenti, auctore *Mohammed* Tyrinensi.

10.° Tractatus ejusdem argumenti, auctore *Reskalla.*

11.° Anonymi tractatus ejusdem argumenti.

12.° Anonymi tractatus de puncto meridiano.

13.° Tractatus ejusdem argumenti, auctore *Mohammede* Tyrinensi.

14.° Anonymi tractatus de parallelis.

15.° Tractatus ejusdem argumenti, auctore *Mohammede* Mardinensi.

16.° Tractatus de parallelis, lingua Turcica conscriptus, auctore anonymo.

17.° Tractatus ejusdem argumenti, auctore *Mohammede* Alepensi.

CHRONOLOGIA.

In-octavo.

DCXIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi miscellanea quædam de syderum ortu & occasu, annis Coptorum, Arabum & Græcorum, illosque computandi ratione. Ibi quoque multa ad astronomiam & astrologiam quam judiciariam vocant, pertinentia reperiuntur.

2.° Anonymi selecta quædam ex *Hippocratis* scriptis, adjunctis medicamentorum quæ magis necessaria visa sunt, formulis.

HISTORICI.

In-folio.

DCXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Gallandii opera illatus. Ibi continetur historiæ universalis compendium, quo de rebus à creatione mundi ad Muhammedem usque gestis, de Chalifis & de Sultanis ad imperii Ægyptiaci excidium differitur, auctore *Mohammede* filio *Mohammedis* filii *Omari* filii *Chahirchah;* filii *Joub.* Chahirchah autem Saladini frater natu major erat. Scriptores quos Mohammedes ille sequi se profitetur, sunt *Abu Isa, Madaserius, Ebn Chalican, Abu Mansor* Hispanus, & *Makrisius.*

DCXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Opus cujus titulus liber margaritæ, sive compendium historiarum à mundo condito ad Mohammedem usque, & à Mohammede ad annum Hegiræ 845. Auctore *Mohammede* filio *Ali Chatibi,* id est, ex urbe Hispaniæ Xativa oriundi, qui huic suo operi brevem rerum à Mahummedanis in Africa gestarum historiam subjunxit.

2.° Excerpta quædam de primis rerum initiis, ex *Asiouti* aliorumque scriptis.

3.° Muhammedis sociorum, nonnullorumque ex illius secta doctorum historia, auctore *Ahmede* filio *Confod.*

DCXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Opus inscriptum raud alnawadher fi jilm alauvaiel vel alauvacher, id est, exercitium oculorum in cognitione veterum & recentiorum, sive historia brevis rerum ab orbe condito ad annum usque Hegiræ 806. gestarum, auctore *Mohabeddino Ebn Schuhna,* qui hosce annales rogatu Omadiddini Mohammed Aleppi præfecti publici juris fecit. *Mohabeddini* mors ad annum ejusdem æræ 816. refertur.

2.° Ejusdem tractatus de iis quæ ante diem judicii contingere debent.

Is codex anno Christi 1455. exaratus est.

DCXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber inscriptus ketab taouarikh

al ſcheikb al makin Ebn al Amid al Eskenderani, id eſt, liber hiſtoriarum doctoris celebris qui filius *Amid Alexandrinus* nuncupatur. Incipit à creatione mundi & deſinit in imperatoris Heraclii undecimo, quem Hegiræ primum exiſtimat. Ait vero auctor in præfatione hiſtoriam à ſe perductum iri ad tempora uſque Almalek Aldhahers Bibars, qui anno ejuſdem æræ 648. regnare cœpit. Itaque opus de quo nunc, tribuendum videtur *Georgio Elmacino*, cujus ſecundam partem Erpenius hiſtoriæ Saracenicæ nomine typis mandatam Latina interpretatione donavit.

Is codex eleganter quidem, ſed parum emendatè exaratus eſt.

CDXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam anno 1675. illatus. Ibi continetur annalium prima pars quibus anonymus Elmacini hiſtoriam Saracenicam continuare ſibi propoſuit. Deduxerat enim ad regnum uſque Sultani Aldaher Bibars, cognomine Bondokdari, qui quartus è Turcarum gente Ægypto imperavit anno Hegiræ 558. Hinc orditur anonymus noſter, opuſque ſuum protraxit ad mortem Sultani Naſer Mohammed, quæ contigit anno Hegiræ 741.

DCXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inſcriptum ketab nafaies al araies, deliciæ ſponſarum, id eſt, animarum Deo devotarum. Nuncupatur etiam is liber bedoual khalk, initium orationis; item koſſos al enbia, hiſtoriæ Prophetarum, ab argumento nempe quod ibi pertractatur; præmiſſa enim mundi creationis hiſtoria, Prophetarum res geſtæ ab Adamo ad Muhammedem uſque deſcribuntur, auctore *Gemaleddino al Haſſani,* cognomine *al Keſſai* ſive Caſſæo.

Is codex anno Hegiræ 1004. exaratus eſt.

DCXXI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus inſcriptum ketab nafaies al araies, id eſt, deliciæ ſponſarum, ſive hiſtoria Prophetarum ab Adamo ad Mohammedem uſque, auctore *Gemaleddino al Haſſani.*

Is codex anno Hegiræ 1076. exaratus eſt.

DCXXII.

Codex bombycinus, quo continetur opus inſcriptum ketab nafaies al araies, id eſt, deliciæ ſponſarum, ſive hiſtoria Prophetarum ab Adamo ad ſanctum uſque Georgium. Auctor enim hanc ſuam hiſtoriam ad Mohammedis tempora non perduxit: unde conjicias alium eſſe à Gemaleddino al Haſſani. Deſideratur prima pagina.

Is codex, ad cujus oram complures notæ, illæque non indoctæ, conjectæ ſunt, exaratus dicitur anno Hegiræ 877.

DCXXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur hiſtoria Prophetarum, auctore *Ahmed* filio *Mohammed* filii *Ibrahim Thaalebi.*

DCXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus inſcriptum ſchah nameh moteragiam bel Arabi, id eſt, liber qui Perſicè ſchah nameh appellatur, è Perſica lingua in Arabicam converſus. Dividitur in duas partes, quibus de Perſarum regibus à Kaiumarath ad Iſdegerdem uſque. Interpretationis autem illius auctor *Kaouameddinus Aboulfatah Iſſa Ebn Ali Ebn Mohammed Esfahani,* qui hoc ſuum opus Aboulfetah Iſſæ filio Almalek al Adel Aboubekri filio Ajoub nuncupavit.

Is codex, cujus folia quædam tranſpoſita ſunt, exaratus eſt anno Hegiræ 1039.

DCXXV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur veterum Perſiæ regum hiſtoria. Ibi de regibus Alexandro paulo antiquioribus, de Alexandro, de bellis Perſarum adverſus Romanos & Indos ad Iſdegerdem uſque, quo imperante, Perſia in Mahummedanorum poteſtatem venit. Illud opus à celeberrimo poëta nomine *Alfardanſi* carmine ſcriptum eſt, atque illud poëma verſibus 12000. conſtitiſſe dicitur, deinde in Arabicam linguam converſum, idque proſa oratione à quodam *Phathi Ebn Ali,* ex oppido Hiſpahan, anno Hegiræ 754.

DCXXVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus inſcriptum tarikh al Eſlam,

id est, chronicon Islamiticum, sive imperii Mohammedici fundatio & institutio, auctore Imam *al Dhhebi*, qui hanc suam historiam à Mohammedis genealogia orditur, & ad Ali usque necem perducit. Ibi præterea occurrunt quædam de Moavrah ex Ommiadarum stirpe Chalifa.

DCXXVII.

Codex bombycinus, quo continetur pars tertia chronici quod Tabari sive Tabariense appellatur, idque ab auctoris nomine *Abougiafari* nempe *Mohammedis Ebn Giorair al Tabari*, qui Mohammedis vitam repetit ab eo anno quo Persæ in Arabiam felicem Æthiopum imperio tunc obnoxiam profecti sunt. Ibi præterea reperias pseudoprophetæ genealogiam, qui quadragesimus ab Ismaele filio Abrahami numeratur.

DCXXVIII.

Codex bombycinus, quo continetur pars decima quarta libri inscripti mehaiat al aret fi fenoun aladeb, id est, quidquid magna diligentia & solertia colligi potuit circa morum institutionem & disciplinam; opus historicum amplissimum. In eo autem volumine de Mohammedis rebus gestis accuratissimè differitur ad annum usque Hegiræ decimum, quo pseudopropheta ultimam suscepit peregrinationem: ibi vero quædam desiderantur. Auctore Imam *Ahmed* filio *Abdel Vahabi*, sub nomine tantum *Novairi* magis cognito, qui anno Hegiræ 832. vivere desiit.

DCXXIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi historia Mahummedis pseudoprophetæ. Auctor hanc suam historiam collegit è scriptis *Abou Moamad Abdelmalec* filii *Haschami*, & *Moamad* filii *Isaci*. Ibi de Mahummedis genealogia, de illius rebus gestis & revelationibus, de regibus Yeman, de Mecca & Medina, de annua ad urbem Meccam peregrinatione, de Mahummedanis martyribus.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1029.

DCXXX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inscripti excellentia Mahummedis pars secunda, auctore *Dono Barazeo* ex urbe Apamea. Ibi de pseudoprophetæ eximiis dotibus tam corporeis quàm intellectualibus, de majoribus, de prophetia, virtutibus & miraculis differitur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 769.

DCXXXI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum ketab altalkih fi fohoum ahel al athar fi oioun attaouarikh vel assoiar, id est, historia Mohammedis illiusque sociorum qui in varias regiones dispersi sunt, auctore *Gemaleddino Aboulfarage Mohammed Ebn Annavari*, qui sub operis finem Imamorum tam è Califis, quàm è cæteris doctoribus seriem pertexuit, & in plures classes tribuit ad annum usque Hegiræ 560. quo Mostanged Billah Califatum obtinebat.

Is codex Neapoli Syriæ anno ejusdem æræ 791. exaratus est.

DCXXXII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur caput undecimum historiarum *Giani Affendi*, ubi tempus & locus obitus sociorum Mohammedis successorumque illius traduntur. Est autem epitome majoris operis ab *Hassano Ebn Mohammed Assagani* conscripti.

Is codex mutilus est & imperfectus; in recensendis nominibus ordinem alphabeticum sequitur, sed nominum illorum major pars quæ rubrica notanda erant, à media parte codicis ad finem usque omittitur.

DCXXXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur operis inscripti al ektefa fi magazi al mostafa, vel attalatah al kholafa, pars prima, sive de bellis à Mohammede, Aboubekro, & Othmanno gestis, illorumque victoriis. Illud autem volumen ad eum usque annum progreditur, quo Abubekrus Chalifa renuntiatus est, auctore *Aboul Rabiaa Ebn Moussa al Kelai* Homerita origine, patria Valentino.

Is codex anno Hegiræ 909. exaratus est.

DCXXXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum tarikh Bagdadi, id est, chronicon Bagdadense, ubi de principibus qui in ea urbe imperii sedem collocarunt, non minus quàm de viris doctrinæ laude insignibus ejusdem urbis incolis ordine alphabetico differitur, auctore

Aboubekro Ahmede Ebn Ali Ebn Thabet, cognomine *Alkhatib al Bagdadi*, ſive concionatore Bagdadenſi. Sub finem hujuſce operis, quod enchiridii formam obtinet, nonnulla deſiderari videntur.

DCXXXV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus inſcriptum tarikh al khamiſſi, id eſt, chronicon quinquepartitum, quo diſſeritur de mundi creatione, Muhammedis animæ præexiſtentia, illiuſque rebus geſtis, de Chaliſis eorumque ſucceſſoribus, ut & de Abbaſſidis qui in Ægypto titulo tenus Chaliſatum obtinuerunt ad Selimum uſque, qui Mosſtangendum ultimum hujuſce ſtirpis Chaliſam, Ægypto devicta, ſecum Conſtantinopolim abduxit; auctore *Hoſſain Ebn Mohammed al Hoſſain*, cognomine *al Diarbekri*.

Is codex anno Hegiræ 1066 exaratus eſt.

DCXXXVI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Abdallæ* filii *Abrahami Aſſili*, liber inſcriptus baſis ad cognoſcendam Abutaleb poſteritatem. Ibi ſermo fit de Abutaleb rebus geſtis, de illius poſteris, variiſque urbibus Syriæ, Ægypti, Arabiæ, Meſopotamiæ, Babyloniæ, Perſidis & Indiarum in quibus domicilium collocarunt. Noſter autem hic auctor anno Hegiræ 792. ſupremum diem obiit.

DCXXXVII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Aſi Fildini* filii *Mahumetis Abdallæ* filii *Aſaad Jamnei* annalium volumen primum, complectens Mahummedanorum res geſtas ab anno Hegiræ primo ad annum uſque 399. Operis titulus ſpeculum viridariorum & deſiderium regum.

Is auctor ſupremum diem obiiſſe dicitur anno Hegiræ 778.

DCXXXVIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inſcripti annalium fontes tertia pars & octava, auctore *Mahummede Ebn Chaker* Damaſceno. Tertia pars Chaliſarum hiſtoriam ab anno Hegiræ 80. ad annum 123. complectitur, ubi multa de viris fortitudine bellica & doctrinæ laude inſignibus, multa quoque de urbe Damaſco, illius portis & meſquitis. Octava pars orditur ab anno 209. & deſinit ad annum 250.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 963.

DCXXXIX.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur hiſtoria Chaliſarum & regum qui in variis regionibus imperio Mahummedanorum obnoxiis rerum potiti ſunt, idque ab anno Hegiræ 163. ad annum uſque 886. Deſiderantur titulus & præfatio, proindeque auctoris nomen. Sequitur ejuſdem auctoris poëma, ubi Chaliſæ aliique principes Mahummedani enumerantur.

DCXL.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inſcripti ſpeculum temporum pars ſexta, auctore *Joſepho Giamaliddino Septeo ben al Giouzi*. Volumen illud Mahummedanorum annales complectitur ab anno Hegiræ 190. ad annum uſque 281.

Is codex anno Hegiræ 971. exaratus eſſe dicitur.

DCXLI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inſcripti ſpeculum temporum pars duodecima, auctore *Joſepho Giamaliddino Septeo ben al Giouzi*. Volumen illud Mahummedanorum annales complectitur ab anno Hegiræ 440. ad annum uſque 517.

DCXLII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inſcripti pervagatio oculorum per univerſa orbis regna pars vigeſima tertia, auctore *Schiahbiddino Abulabbaſi*. Volumen illud complectitur annales regum Mahummedanorum qui in Syria, Ægypto, Meſopotamia, Africa & Andaluſia ab anno Hegiræ 541. ad annum uſque 744. imperarunt.

DCXLIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Ebn Kadi Schohba* Mahummedanorum annalium tomus alter, ab anno Hegiræ 741. ad annum uſque 783. Ibi Abdhahabi Schamſiddini veſtigiis inſiſtens,

virorum fortitudine & doctrina insignium res gestas fusè persequitur.

Is codex anno Hegiræ 840. exaratus est.

DCXLIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inscripti speculum cordis pars altera & postrema, auctore Imamo *Abi Mohammed Abdalla* filio *Asaad Jasei*, ubi de rebus gestis principum Mahummedanorum ab anno Hegiræ primo ad annum 750. Auctor tamen in iis præcipuè immoratur quæ ad viros fortitudine & doctrina conspicuos pertinent.

Is codex anno Hegiræ 873. exaratus st.

DCXLV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Pars vigesima prima, secunda & tertia historiarum *Novairi*, ubi de Chalifarum Abbassidarum rebus gestis, à Moclasi Motadhedi filio ad Mostaassimum, qui fuit illorum ultimus, id est, ab anno Hegiræ 289. ad annum usque 656.

2.° Historia Chalifarum Abbassidarum qui in Ægypto inaugurati sunt, quorum primus fuit Almostanser Billah anno Hegiræ 659. ultimus Almotavakel Alallah, qui à Sultano Barkok, sive Malek Addaher anno ejusdem æræ 785. in carcerem conjectus est.

3.° Historia Ommiadarum qui in Hispania regnarunt ab anno Hegiræ 238. ad annum 290. Fuerunt autem numero quindecim. Illorum primus Abderahman, ultimus Nasser.

DCXLVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur operis inscripti Mahummedanorum annales pars sexta. Annales autem illi annorum 70. spatium complectuntur, ducto initio ab anno Hegiræ 301. Ibi de rebus memoria dignioribus quæ in variis Muhammedicæ ditionis regionibus contigerunt. Multa quoque de viris bellica fortitudine & doctrinæ laude insignibus, auctore *Abu Abdalla Mahummede Aldahabi.*

DCXLVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum akbarman nadah fi thalab al khilafah fi ethna addaoulat al Abbassiat, id est, historia illorum qui eo tempore, quo Abbassidæ Chalifatum tenuere, caput extulerunt & principatum sibi vindicarunt. Ibi de Ali posteris, Zeugiis, Carmathis, Samanidis, Suffariis, & de iis tandem qui post abrogatum Ommiadis imperium varias Hispaniæ regiones occuparunt, auctore *al Novairi.* Quædam sub finem desiderantur.

DCXLVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inscripti manifestatio rerum occultarum filiorum sæculi, volumen secundum, auctore *Alhafedh Schehabiddino Ahmad Alhagiari* Ascalonita, qui res suis temporibus gestas literis mandare volens, historiam hanc ab anno Hegiræ 773. quo natus est, ad annum 852. quo mortuus, perduxit, illudque tribus tomis, quorum secundus annos 22. complectitur, initio ducto ab anno 801.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 880.

DCXLIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Gelaleddini* Asioutensis historia Ægypti & Cahiræ, ubi de Ægypti finibus ex Alcorano, de Adami posteris, imperii Ægyptiaci primis auctoribus, de regibus qui post diluvium imperarunt, de pyramidibus aliisque Ægypti miraculis, de illius à Mahummedanis expugnatione, de eorum principibus, ducibus, viris illustribus & poëtis, de variis olerum, florum & fructuum generibus quæ ibi proveniunt, de Nilo & ejus canalibus, de collegiis & mesquitis.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1008.

DCL.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Tractatus inscriptus darr assa habat fi man dakhal mesr men assahat, id est, imbrium effusio. Ibi ordine alphabetico recensentur Mohammedis socii qui Ægyptum ingressi sunt, auctore *Gelaleddino al Soiouthi,* quem anno Hegiræ 888. mortuum ferunt.

2.° Epitome tractatus cujus titulus mokhtassar cout al koloub, id est, penu cordium ab *Abuthaleb* Meccensi conscriptum. Ibi de sophiorum institutis & moribus. Compendii autem illius auctor *Mohammedes Alamauri* Andalusius.

3.° Conciones ubi de quorumdam virorum illustrium virtutibus, auctore *Abu Abdallah Hanalhi.*

Is codex

Is codex anno Christi 1450. exaratus est.

DCLI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber inscriptus kaoukeb al raoudah vel arraoudah, id est, pratum floridum, hortus stellatus. In eo opere describitur insula id nominis quam Nilus exundans prope Cairum efficit, eratque una è quatuor illis urbibus quibus Cairus constabat. Auctore *Gelaleddino al Soiouthi,* qui in eo libro multa de Nilo & Nilometris collegit. Occurrit præterea pag. 48. Nili fontium delineatio.

DCLII.

Codex bombycinus, quo continetur florilegium è variis scriptoribus collectum, cujus auctor *al Soiouthi,* de rebus ad historiam Ægypti & Cairi potissimum spectantibus differit. In eo autem opere pauca ad historiæ fidem exacta, multa vero aut fabulosa omnino, aut fabulis saltem proxima. Ibi videas Mohammedis sociorum nomina, qui Ægyptum ingressi, totam hanc regionem in Arabum potestatem redegerunt, adjunctis poëtarum locis qui virorum illorum fortitudinem & res præclarè gestas summis laudibus extulere.

Is codex anno Christi 1584. exaratus est.

DCLIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum ketab fotouh Mesr, id est, liber victoriarum quibus Mohammedani Ægyptum, Tripolitanam, Africam, Iracam, tam Arabicam quàm Persicam, ad deditionem compulere; quæ omnia sub Mohammede & tribus pseudoprophetæ successoribus contigere: auctore *Aboul Rabia Soliman Ebu Salem al Kolai.*

DCLIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur volumen primum libri cujus titulus nogioum azzaherah fi molouk Mesr, vel al Caherah, id est, stellæ lucidæ regum Ægypti & Cairi. In hac autem parte de præfectis qui Chalifarum nomine Ægyptum rexerunt differitur, ab Amrous nempe, qui illam Græcis ereptam Mohammedanorum imperio subjecit anno Hegiræ 21. ad Ahmedem usque Tolonis filium, qui ejusdem æræ anno 254. Tolonidarum dynastiæ fundamenta jecit: auctore *al Giamali Joseph* filio *Tagri Berdi.*

DCLV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur redactarum in Mahummedanorum potestatem Ægypti & Africæ historia, auctore *Abderrhomano Karschita* Ægyptio. Dividitur opus in partes septem, quarum priores quatuor de Ægypto, quinta de Africa, sexta de quadraginta primis Ægypti judicibus, septima de Mohammedis comitibus qui primi in Ægyptum arma intulerunt.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 776.

DCLVI.

Codex bombycinus, quo continetur pars prima libri cujus titulus emba al gomri fi ebnailomri, id est, quod ex profundo emersit inter filios sæculi. Ibi de Sultanorum Ægyptiorum qui ab anno Hegiræ 773. ad annum ejusdem æræ 811. regnarunt, rebus gestis differitur. Auctor *Ebn Ali Ebn Agiar,* cognomine *al Askalani,* sive origine Ascalonita. Obiit anno Hegiræ 852.

DCLVII.

Codex bombycinus, quo continetur pars secunda libri cujus titulus emba al gomri, ubi de Sultanorum Ægyptiorum qui ab anno Hegiræ 812. ad annum usque 849. imperarunt, rebus gestis differitur, auctore *Ebn Ali.*

DCLVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur annalium emba al gomri dictorum volumen primum, ubi de Ægypti regibus.

DCLIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur *Josephi Giamaliddini Abulmohasen* provinciarum Damascenæ & Alepensis procuratoris, annales regum qui Ægypto præfuerunt ab anno Hegiræ 20. ad annum usque 254. Ibi multa de viris bellica fortitudine & doctrinæ laude insignibus.

DCLX.

Codex bombycinus, Constantinopoli

nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Josephi Almohasen* historia regum Ægypti qui ab anno Hegiræ 255. ad annum usque 525. imperarunt.

Is codex, cujus initio paginæ nonnullæ desiderantur, exaratus est anno Hegiræ 866.

DCLXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Josephi Almohasen* historia regum Ægypti, illorum nempe qui ab anno Hegiræ 525. ad annum usque 674. imperarunt. Sunt autem illi numero quatuordecim.

Is codex ex auctoris autographo anno Hegiræ 861. descriptus esse dicitur, superstite adhuc *Josepho Almohasen*.

DCLXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Josephi Almohasen* provinciarum Damascenæ & Aleppensis procuratoris, viri fortitudinis & doctrinæ laude celeberrimi, historiæ regum Ægypti pars quarta, ubi de illis qui à Turcis prognati Ægypto præfuerunt ab anno Hegiræ 676. ad annum usque 745. Ii autem sunt numero tredecim.

Noster hic codex exaratus est anno Hegiræ 861.

DCLXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Josephi Almohasen* historiæ regum Ægypti pars secunda, ubi de iis qui Ægypto præfuerunt ab anno Hegiræ 676. ad annum usque 783. Numerantur autem octodecim.

DCLXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Josephi Almohasen* historia regum Ægypti, complectens res gestas novem principum qui ab anno Hegiræ 746. ad annum usque 800. imperarunt.

DCLXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Josephi Almohasen* historia regum Ægypti. Orditur in eo volumine ab anno Hegiræ 746. primo Saifadini, cognomento Alcamel, septimi è Mamalucis, & desinit ad annum 783. ultimum Aladini, cognomento Almansur, qui vigesimus tertius è Mamalucis rerum potitus est.

DCLXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Josephi Almohasen* historiæ regum Ægypti pars tertia, ubi de undecim principibus qui Ægypto præfuerunt ab anno Hegiræ 784. ad annum usque 836.

DCLXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Josephi Almohasen* historia regum Ægypti duorum, qui ab anno Hegiræ 829. usque ad annum 856. imperarunt.

DCLXVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inscripti annales selecti, pars quinta, auctore *Jahres Almansuri* Ægyptio. Ibi reperiuntur regum Ægypti & Syriæ res gestæ ab anno Hegiræ 252. ad annum 322. quo temporis intervallo quinque Sultani imperitarunt. Fit quoque mentio duarum aliarum dynastiarum, Africanæ nempe, quæ Alaria dicitur, & dynastiæ filiorum Buia.

DCLXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur volumen secundum libri cujus titulus nogioum azzaherah, ubi de Sultanorum Ægyptiorum rebus gestis ab Ahmede Tolonis filio, ad Amerum Chalifam, id est, ab anno Hegiræ 254. ad annum ejusdem æræ 524. qui fuit vigesimus nonus & ultimus Ameri Chalifæ, auctore *al Giamali Joseph* filio *Tagri Berdi*.

Is codex à Mohammede Mohammedis filio al Caderi, anno Hegiræ 885. exaratus est.

DCLXX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur volumen tertium libri cujus titulus nogioum azzaherah, ubi de Sultanorum Ægyptiorum rebus gestis ad Hafedh le Illah, qui Chalifatum iniit anno Hegiræ 525. ad mortem usque Almalek al Dhahers Bibars Mamalucorum quartum, quæ anno ejusdem æræ 675. contigit, auctore *al Giamali Joseph* filio *Tagri Berdi*. Is autem sub finem operis polliceri videtur à se historiam Almalek Assain Nasireddin Mohammed

Barkat Cham Mamalucorum Sultanorum quinti conſcriptum iri. An promiſſis ſteterit minus eſt exploratum.

Is codex ex auctoris ipſius autographo, manu Jonæ Ebn Soudoun Aboubekri anno Hegiræ 866. exaratus dicitur.

DCLXXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur volumen ſecundum libri cujus titulus nogioum azzaherah, ubi de Sultanorum Ægyptiorum rebus geſtis ab Ahmede Tolonis filio ad Amerum uſque Chaliſam, id eſt, ab anno Hegiræ 254. ad annum ejuſdem æræ 524. qui fuit vigeſimus nonus & ultimus Ameri Chaliſæ: auctore *al Giamali Joſeph* filio *Tagri Berdi*.

DCLXXII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur pars prima & ſecunda libri cujus titulus ketab aſſolouk le moarefat doval al molouk, id eſt, inſtitutum de cognitione dynaſtiarum regum. In eo volumine de Sultanorum qui in Ægypto regnarunt ab anno Hegiræ 577. ad annum uſque ejuſdem æræ 753. rebus geſtis diſſeritur.

Is codex anno Chriſti 1630. exaratus eſt.

DCLXXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur pars tertia & quarta eaque ultima libri cujus titulus ketab aſſolouk le moarefat doval al molouk. In eo volumine de Sultanorum Curdorum, ſive Jobitarum & Mamalucorum qui in Ægypto regnarunt, rebus geſtis diſſeritur, auctore *Makriſio*, qui à Saladino anno Hegiræ 754. initium ſumit, & deſinit in Almalek Addaher Abouſaid Giakmak al Olai, qui anno ejuſdem æræ 844. imperitabat.

DCLXXIV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Makrſii* hiſtoriæ regum Ægypti pars tertia, ab anno Hegiræ 801. ad annum uſque ejuſdem æræ 822.

DCLXXV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Makriſii* hiſtoria virorum fortitudine & doctrina clarorum, ordine alphabetico diſpoſita.

Is auctor anno Hegiræ 840. Cairi diem ſupremum obiit.

DCLXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars prima libri cujus titulus almouadeh, vel al ectebar fi dhekr al khathat, id eſt, monita & exempla è veſtigiis & monumentis rerum deſumta, ſive deſcriptio geographica & hiſtorica totius Ægypti accuratiſſima. In primo autem illo volumine enumerantur populi quos Soudan ſive Nigros appellant. Auctore *Makriſio*.

Is codex anno Hegiræ 881. exaratus eſt.

DCLXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars ſecunda libri cujus titulus almouadeh. Ibi de iis præſertim quæ in urbe Cairo magis memoratu digna viſuntur: auctore *Makriſio*.

DCLXXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars ſecunda libri cujus titulus almouadeh. Ibi Cairi & Babylonis Ægyptiæ reperitur accurata deſcriptio, quæ hujuſce urbis arces, templa, fora, vicos, palatia, aliaque memoratu digna exhibet, auctore *Makriſio*.

DCLXXIX.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *al Makriſi* hiſtoriæ volumen ſecundum, ubi de iis qui Cairo præfuerunt, de ejuſdem urbis divitiis, reditibus, inſtitutis, ædificiis, tribunalibus, nundinis, feſtis, templis, vicis, & ſcholis. Sub finem de epochis apud varias gentes receptis nonnulla reperias.

Is codex anno Hegiræ 964. exaratus eſt.

DCLXXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars tertia operis cujus titulus almouadeh. Ibi de Ægypti præfectis ad Circaſſiorum uſque tempora, de præcipuis hujuſce regionis urbibus, illarum vicis, plateis, meſquitis, collegiis, xenodochiis, ut & de Coptorum eccleſiis cæteriſque rebus quæ ad Chriſtianos Ægyptum incolentes pertinent, auctore *Makriſio*.

DCLXXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars tertia operis cujus titulus almouadeh. Ibi de Ægypti præfectis, hujusce regionis præcipuis urbibus, rebusque ad Christianos pertinentibus copiosè differitur, auctore *Makrisio*.

DCLXXXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera anno 1673. illatus. Ibi continetur *Takieddini Makrisi* commentarius geographicus & historicus, quo Ægypti totius, præsertim vero Cairi, describuntur ædificia publica, ritus, leges, historia singularum urbium, Sultanorum, virorum doctorum encomia. Præmittuntur dissertationes nonnullæ de cælorum & terræ systemate, de mari Mediterraneo, de mari Rubro, de Nilo, illiusque canalibus.

DCLXXXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Novairi* historiæ universalis pars vigesima nona, de Sultanorum Ægyptiorum rebus gestis ab anno Hegiræ 678. ad annum usque ejusdem æræ 700. quo tempore Almalek Amoasser Kelaouni filius imperabat.

Is codex auctoris ipsius manu anno Hegiræ 726. exaratus est.

DCLXXXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur annales eorum omnium quæ in Ægypto & Syria ab anno 799. ad annum 832. singulis diebus contigerunt. Ibi multa de rebus gestis Tamerlanis. Titulus & præfationis pars desiderantur.

DCLXXXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Macmudis ben Abu Mohamad Alhhini* historia Sultani Almalec, & Almoaiad Abulnasri, qui ab anno Hegiræ 815. ad annum usque 819. Ægypto præfuit.

DCLXXXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur duorum Ægypti & Syriæ regum Alascirasi nempe, & Campson Abusaid, annales in modum diarii scripti, ab anno Hegiræ 891. ad annum usque 912. Auctor *Mohammedes* filius *Jas*, qui postremos Alascirasi annos & primos Campsonis ibi literis mandavit.

Is codex auctoris ipsius manu exaratus esse dicitur anno Hegiræ 919.

DCLXXXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Giamaliddini* Damasceni filii Kadi *Schehab*, annalium volumen, ubi narrantur quæ singulis diebus tam in Ægypto quàm in aliis ditionis Muhammedicæ regionibus contigerunt.

Is codex ab auctoris discipulo exaratus dicitur.

DCLXXXVIII.

Codex bombycinus, ab Orientali quodam Ludovico XIV. oblatus. Ibi continetur liber cujus titulus dorat elaslat fi daulat elatraat, id est, gemma institutionis de dynastia Turcarum. Dividitur in duas partes, quibus Sultanorum historia traditur, qui, extinctis demum Chalifis Ægypto & Syria potiti sunt. Ibi quoque de viris doctrinæ laude insignibus, idque ab anno Hegiræ 648. ad annum usque 778. Sequenti vero obiisse fertur auctor nuncupatus *Bedriddinus* filius *Itabib* Aleppensis.

Is codex anno Christi 1573. exaratus est.

DCLXXXIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur operis inscripti rerum mirabilium gesta, & temporum eventus, pars undecima. Auctor, cujus nomen ignoratur, res singulis diebus gestas dum imperarunt Campson Tomambei, Selimus & Solimanus ejus filius, describit. Orditur ab anno Hegiræ 922. & definit ad annum 928.

Is codex ab ipso auctore exaratus est anno 934.

DCXC.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus dhil al codhat, sive appendix ad opus quoddam *Ebni Hagiar*, inscriptum resa al esran codhat Mesr, id est, de supremis Ægypti judicibus in urbe Cairo. Illud autem supplementum ad annum usque Hegiræ 893. perducitur, idque ordine alphabetico, auctore *Schemseddino Aboulkhair Mohammed*, cognomento *Sakhaoui*.

DCXCI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur opus inscriptum stellæ resplendentes, de judicibus Ægypti & Cairi, sive historia Cadiorum qui in illo regno floruerunt, auctore *Hafetz* filio *Haiar* Ascalonita. Is autem operi ultimam manum imposuit anno Christi 1466.

DCXCII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber inscriptus sukardan, sive voce Persica vulgatiori sche kerdan, id est, vas sacchariferum. Constat præfatione & capitulis septem, ubi de numeri septenarii præstantia, in iis maximè quæ ad Ægyptum pertinent, fusè disseritur, auctore *Ahmede Ebn Jahia Ali Hagelah al Temessani*, qui hoc suum opus Nassero Ægypti Sultano nuncupavit anno Hegiræ 757.

DCXCIII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam regiam Joannis Francisci la Croix opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus ketab ma be aklenis. Opus quo variæ Ægypti regiones recensentur, agrorum cujusque regionis mensura definitur, & annui reditus exponuntur; auctore, ut quidam existimant, *al Massoudi*, à quo hocce opus absolutum anno Hegiræ 777. imperante Sultano al Malek al Aschraf Schaban filio Houssain.

DCXCIV.

Codex bombycinus, quo continetur florilegium ad historiam Ægypti pertinens, ubi de Cairo, præcipuis regionis illius oppidis, Nilo, & Ægypti Sultanis ad Nasser Abulmuhacen usque, qui nonus è Mamalucis rerum potitus est: auctore *Ebn Abu Haiola* filio *Yahia* Tremesano, à quo hoc opus anno Christi 1558. absolutum est.

DCXCV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Chatil Ebn Schiahin Alzoheri* historia, in XII. sectiones divisa, quarum prima de regni Ægyptiaci supra cætera dignitate. Secunda, de regiminis forma. Tertia, de judicibus & doctoribus. Quarta, de primo regni administro. Quinta, de filiis regis, exercitus præfectis, decurionibus & Centurionibus. Sexta, de variis militiæ ordinibus. Septima, de eunuchis, regni proventibus & ærario. Octava, de palatio & venatione. Nona, de pontibus, Nili fossis, & Ægypti præfecturis. Decima, de octo Mamalucorum ordinibus, & urbibus ad septemtrionem positis. Undecima, de Turcomanis, Curdis, & iis quæ in insula Cypro temporibus Alhasciarafi regis Ægypti contigerunt. Duodecima, de iis quæ minus prævisa magnas important clades. Sequitur *Alasciarafi* epistola ad Myrsam Schiah Rochi, Tamerlani filium.

DCXCVI.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam regiam Joannis Francisci la Croix opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus fotouhat asscham, sive redactæ in Mahummedanorum potestatem Syriæ historia. Illa autem non ultra annum Hegiræ decimum sextum progreditur, quo tempore expugnata Cæsarea Palæstinæ, omnes penè Syriæ urbes in Mahummedanorum ditionem venerunt. Auctore *Abou Abdallah Mohammed Ebn Omar*, cognomine *Vakedi*.

Is codex anno Hegiræ 994. exaratus est.

DCXCVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur redactæ in Mahummedanorum potestatem Syriæ, & expugnatæ Damasci sub Abubekero & Omare, historia, ubi multa de Arabum rebus præclarè & fortiter adversus Græcos gestis, ad pacem usque cum imperatore Constantino Cæsareæ sancitam, auctore *Abu Abdalla* filio *Omar al Vakedi*.

DCXCVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus fotouhat asscham, sive Syriæ ad deditionem à Mahummedanis coactæ historia. Auctore *Vakedi*.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 827.

DCXCIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus fotouhat asscham, id est, Syriæ à Mahummedanis subactæ historia.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1009.

DCC.

Codex bombycinus, olim Gilberti

Gaulmini, ubi continetur opus imperfectum historiæ *Novairi* adjungendum. Ibi 1.° de regibus qui in Arabia felice rerum potiti sunt. 2.° De Arabibus è stirpe Joctan, qui in Syria imperarunt. 3.° De principibus ejusdem prosapiæ, quos Sapor Persarum rex Hiræ præfecit. 4.° De antiquis Arabum originibus, idololatriæ tempore, diluvio, & gentium dispersione. 5.° De priscis Ægypti regibus, Mercurio, Oro, & Pharaonibus ad Persas usque. 6.° De Persarum regibus à Kacuniaratho ad Isdegerdem à Mahummedanis expulsum. 7.° De Alexandro magno, illiusque successoribus Ptolemæis. 8.° De Assyriorum & Chaldæorum regibus. 9.° De Romanorum imperatoribus.

DCCI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus, quo continetur historia Sanaa urbis Yemen, sive Arabiæ felicis quondam primariæ. Auctore *Ahmede ben Abdallah ben Mohammed Razi*.

Is codex anno Christi 1586. exaratus est.

DCCII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Novairi* historiarum pars quinta, ubi 1.° de iis differitur quæ in Africa & Occidente ab anno Hegiræ 40. ad annum usque 666. contigerunt. 2.° De filiis Mezin, qui Almohadis anno ejusdem æræ 719. in imperio successerunt. 3.° De expugnata ab Arabibus Sicilia, eaque à Christianis recepta. 4.° De Creta insula. 5.° De illis qui ab Ommiadis defecere. 6.° De illis qui Abbassidarum temporibus novorum imperiorum fundamenta jecerunt.

DCCIII.

Codex bombycinus, ex Africa in Bibliothecam Colbertinam opera Petis de la Croix illatus. Ibi continetur liber inscriptus de regibus Benizian, auctore *Mahummede ben Abdel al Giali* Tremensi in Mauritania. Dividitur opus in quinque partes, quarum quatuor primæ de regibus è familia Edrisitarum & Benizianitarum, qui in diversis Africæ regionibus imperarunt. Quinta, de illorum regimine politico differit.

Is codex exaratus est charactere Mauritanico.

DCCIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Hispaniæ in Mahummedanorum ditionem redactæ historia, auctore *Ahmede* filio *Mohammedis*, cognomine *el Mokri el Mogrebi*. Dividitur opus in duas partes, & pars unaquæque in duo volumina. Noster autem hic codex primæ partis tomum primum complectitur, ubi de Hispaniæ amœnitate, fertilitate & salubritate, Cordubæ expugnatione, & viris doctrinæ laude insignibus qui in ea regione floruerunt.

DCCV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur historiæ Hispaniæ primæ partis volumen secundum, ubi de Mahummedanis qui ex Oriente in Hispaniam profecti sunt, de viris ingenii & doctrinæ laude insignibus, de Hispania à Christianis recuperata, &c. Auctore *Ahmede* filio *Muhammedis*, cognomine *el Mokri el Mogrebi.*

DCCVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, characteribus Mauritanicis exaratus, quo continetur opus ubi de redactis in Arabum potestatem Hispaniis, auctore *Ebn el Kautir*, qui ad annum Hegiræ 280. historiam perduxit.

DCCVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus ketab fihi sairat al Eskender dhoul karnain, sive de Alexandri bicornis rebus gestis, auctore Imam *Aboulfarage Assouri*, id est, Tyrio, qui in eo argumento tractando summa diligentia versatus dicitur. Multa tamen ab eo parum accuratè tradita; verbi gratia, Alexandrum modo Græcum, modo Persam, & Darii filium facit. Quin, & in commemorandis Persarum regibus multa profert illorum nomina quæ apud Persicarum rerum scriptores nusquam reperias. Quod si auctori fides, librum Schah Nameh nuncupatum imprimis sequitur. Testatur autem Aboulfarage hoc suum opus anno Hegiræ 1007. à se ad umbilicum perductum esse.

DCCVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Ahmed ben Arabschah* historia Tamerlani, jampridem Arabicè edita, & à Petro le Vattier in Gallicam linguam conversa.

2.° *Papazaher Alhamadani* Persæ, tractatus de sapientia comparanda, cum anonymi commentariis.

3.° Anonymi poëma de laudibus Mahummedis pseudoprophetæ. Quod si præfationis auctori fides, ædes in quibus poëma illud asservatum, nunquam ignibus absumtæ leguntur.

DCCIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam anno 1675. illatus. Ibi continetur Tamerlani historia ab *Ahmede* filio *Arabschah* scripta, eadem quæ Lugduni-Batavorum lucem publicam aspexit. In hoc nostro codice occurrunt præterea quædam de ludo Schaccorum magno, & de Tartarorum Zagathæorum characteribus.

DCCX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus vus al gelil betarikh al valkhali Kods, id est, Hierosolymorum & Hebronis historia, quæ à mundi creatione ad annum Hegiræ 900. perducitur. Ibi quoque nonnulla de templis Meccano & Medinensi, auctore al Cadhi *Mohhebeddino Abderrhaman al Khaliti al Hanbali,* qui Ægypti Sultano Aschraf Aboul Nesser Kaitbaj opus nuncupavit.

Is codex anno Hegiræ 1022. exaratus est.

DCCXI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur opus inscriptum vus al gelil, &c. id est, Hierosolymorum & Hebronis historia, quæ à mundi creatione ad annum Hegiræ 900. perducitur, auctore al Cadhi *Mohhebeddino Abderrhaman.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 974.

DCCXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus inscriptum præstantissima familiaritas, sive consortium de historia Jerusalem & Chalil, auctore *Mohiddino Abil Jaman,* qui res maximè memorandas, quæ in utroque oppido, Hierosolymis nempe, & antiqua Hebron contigerunt, fusè persequitur.

DCCXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Hierosolymorum & al Chalil, id est, Hebronis historia, ubi multa de bellis sacris & rebus Francorum præclarè gestis, auctore *Abderrhaman* filio *Mahummedis,* qui huic suo operi historiam subjunxit Alaskirasi Ægyptiorum Sultani.

Is codex ex ipso auctoris autographo descriptus est anno Hegiræ 901. quo tempore adhuc vivebat.

DCCXIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber cujus titulus historia bipartita de Jerusalem expugnatione. Ideo autem bipartita appellatur, quod ab illius auctore *Omadiddino Abu Abdalla* Hispahanensi in duas partes tribuatur, quarum prior de variis Syriæ & Palæstinæ urbibus à Salaheddino expugnatis; altera vero de Francorum adventu, illorumque victoriis, adjunctis compluribus regum ad Salaheddinum, & *Salaheddini* ad reges epistolis. Auctor hujusce historiæ anno Hegiræ 600. floruit.

DCCXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum fatalh kossi fi fatahl Kodsi, ubi de expugnatis à Saladino Hierosolymis, auctore *Abou Abdallah Mohammed Ebn Ahmed al Kateb al Esfahani,* qui historiam suam ab anno Christi 1163. quo Amalaricus Fulconis filius & Balduini fratris in regno Hierosolymitano successor vivere desiit, ad obitum usque Saladini anno 1193. mortui, perduxit.

DCCXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Liber cujus titulus mothir al garam elaaziarat al Cods vel asscham, id est, excitatio desiderii ad subeundam peregrinationem Hierosolymorum & Syriæ. Dividitur in duas partes, quarum prima de Syria & Palæstina; secunda, de templo Hierosolymitano, illiusque prærogativis: auctore *Schehabeddino Ahmed* filio *Mohammedis,* cognomine *Almokadessi,* è Schafeitarum secta, à quo opus illud anno Hegiræ 75. absolutum est. Obiit autem anno ejusdem æræ 765.

2.° Liber inscriptus mothir al garam fi ziarat al Khalil, sive de peregrinatione quæ ad sepulcrum Abrahami, quod Hebrone visitur, fieri solet. Auctore *Isaaco* filio *Ibrahim Aboulfeda,* qui Hebrone obiit anno Hegiræ 833.

3.° Liber cujus titulus tohfat al keram

ſi akhbar al balad al haram, ſive hiſtoria Meccana in epitomen contracta, opus à *Takieddino Mohammede* de eo argumento conſcriptum.

DCCXVII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur opus de expugnatis à Salaheddino Hieroſolymis, auctore *Mohammede Mohammedis* filio, Hieroſolymitano.

DCCXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber inſcriptus zobdat al aamalat, vel geridat al afaal, ſive urbium Meccæ & Medinæ hiſtoria, ubi de illarum origine à mundi uſque incunabulis repetita, de peregrinatione Meccana, & Mahummedis ſepulcro diſſeritur. Eſt & peculiaris tractatus de variis illorum prærogativis, qui huncce locum religionis cauſa inviſere ſolent, auctore *Aboulhaſſani Ali ben Naſſer* Meccano, è Schafeitarum ſecta, alias *Saadeddin al Asfarani,* qui hoc ſuum opus aliis ſcriptoribus in epitomen contractis, ad umbilicum perduxit anno Hegiræ 762.

Is codex anno ejuſdem æræ 961. exaratus eſt.

DCCXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur pars prima operis quod inſcribitur akd atthamin ſi tarikh al balad al amim, id eſt, monile pretioſum, ſive chronicon Meccenſe, auctore *Takieddino Ahmede Ebn Ali,* è ſtirpe Haſſan filii Ali Feſſæ in Mauritania nato. Opus autem illud quod anno Hegiræ 833. prodiit, quatuor voluminibus conſtat, quibus poſtea duo addita ſunt dorr al kemni nuncupata. Ad primum volumen quod attinet, in eo 1.° de Mecca, ejuſque templo Cabaah dicto. 2.° De Mohammede. 3.° De viris doctrinæ & fortitudinis laude inſignibus, Meccæ incolis, vel ex oppido oriundis, qui Mohammed appellati ſunt, diſſeritur.

Is codex anno Hegiræ 891. Meccæ exaratus eſt.

DCCXX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur pars ſecunda libri qui inſcribitur akd atthamin ſi tarikh al balad al amim, id eſt, chronici Meccenſis, quo res geſtæ virorum illuſtrium qui Meccæ nati, vel illam incoluerunt, ordine alphabetico traduntur, volumen. Hocce autem volumen ab iis orditur quorum nomen eſt Ahmed, & in illis deſinit qui Said nuncupantur, auctore *Takieddino Aboul Thaib Mohamed al Faſſi.*

DCCXXI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur pars tertia libri qui inſcribitur akhd atthamin, &c. In eo volumine de viris Meccæ illuſtribus, ordine alphabetico diſſeritur, ab iis nempe qui Said appellati ſunt, ad illos uſque quorum nomen proprium Galeb.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 891.

DCCXXII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber inſcriptus ſchefal garam bé akhbar al balad al haram, quo de urbe Mecca & ejus templo Cabaah, cæteriſque ad locum illum quem Mahummedani ſacrum appellant, pertinentibus diſſeritur. Auctore *Takieddino Mohammed al Haſſani al Faſſi,* qui Azraki commentariis de hocce oppido ea quæ illo mortuo contigerant, à ſe addita teſtatur. Obiit autem Takieddinus anno Hegiræ 833.

Is codex exaratus eſt anno ejuſdem æræ 939.

DCCXXIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Mahummedis Afrachej* hiſtoriæ Meccanæ pars ſecunda. Ibi de puteo quem Angelus Gabriel in gratiam Agar matris Iſmaelis fodiſſe narratur, de inſignioribus Meccæ meſquitis quæ fusè deſcribuntur, de locis variis in quibus Mahummedes domicilium fixit, de ſepulcris quæ Meccæ viſuntur, de vallibus, collibus & montibus huic oppido vicinis, illorumque incolis.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 762.

DCCXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus inſcriptum ketab addorat atthaminat, id eſt, gemma pretioſa, ſive hiſtoria Medinæ. Dividitur in ſectiones octodecim, ubi de hujuſce oppidi variis appellationibus,

appellationibus, territorio, locis circumſtantibus, Mohammedis ſepulcro, templo & peregrinatione quæ illius viſendi cauſa ſuſcipitur; de variis oratoriis, & de viris illuſtribus qui eam urbem incoluerunt, auctore *Mohebeddino Abou Abdallah Mohammedis* filio, cognomine *Ebn Nagiar*.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 887.

DCCXXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus, quo continetur opus inſcriptum dor el hibab, id eſt, gemmæ ſerie ordinatæ, ſive Alepi hiſtoria, ubi de viris doctrinæ & fortitudinis laude inſignibus, qui in ea urbe vixerunt, diſſeritur; auctore *Ibrahimo* filio *Joſephi* filii *Abdelrhaman*, cognomento *Ebn Hanbali*, Alepenſi.

Is codex anno Chriſti 1590. exaratus eſt.

DCCXXVI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus inſcriptum deſiderium quærentis de hiſtoria urbis Alepi, auctore *Camaliddino Abi Hafz Ebn Omar Aadi* Alepenſi, qui patriæ ſuæ annales, & virorum in ea illuſtrium vitas decem voluminibus literis conſignavit. Noſtrum autem hoc volumen quotum ſit numero non indicatur. Ad *Camaliddinum* quod attinet, floruit ſeptimo Hegiræ ſæculo.

Is codex ex auctoris ipſius autographo deſcriptus eſt anno Hegiræ 814.

DCCXXVII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus inſcriptum grana ſelecta, auctore *Rida-Iddino*, cognomento *Ebn Alhanbali*. Ibi ordine alphabetico diſpoſita reperitur hiſtoria Alepenſium, qui doctrina, poëtica facultate, aliiſque artibus magnum nomen conſecuti ſunt.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 804. emendatus vero anno 985. ad auctoris ipſius autographum.

DCCXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Alepi hiſtoria, auctore *Camaliddino Schoriſo Abu Hafz*, qui ſexto Hegiræ ſæculo floruit.

DCCXXIX.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur operis cujus titulus tarikh Haleb, ſive Alepi hiſtoriæ pars ſecunda, in qua potiſſimum de viris qui in ea urbe nati, vel ex illa oriundi, doctrinæ laude inſignibus, ordine alphabetico diſſeritur.

DCCXXX.

Codex bombycinus, quo continetur liber cujus titulus ovafiat al aian, id eſt, vitæ & obitus virorum vel doctrina, vel dignitate inſignium, illudque juxta alphabeti ſeriem, auctore *Ahmed Ebn Mohammed Ibrahim Ebn Khalkan*, à quo hocce opus Cairi anno Hegiræ 672. abſolutum eſt.

Is codex anno ejuſdem æræ 992. exaratus eſt.

DCCXXXI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur dictionarii hiſtorici ordine alphabetico diſpoſiti volumen primum. Auctor *Ahmed* filius *Mohammedis*, cognomento *Ebn Khalkan*.

DCCXXXII.

Codex bombycinus, quo continetur liber inſcriptus dhil ovafiat al aian, id eſt, appendix ſive continuatio hiſtoriæ cujus titulus ovafiat al aian ab Ebn Khalkan, ubi de viris doctrinæ laude apud Mahummedanos inſignibus. Continuationis autem illius auctor *Fadhlallah Ebn Abilfakhr Aſſakai*, qui hoc ſuum opus ab anno Hegiræ 660. ad annum uſque 725. perduxit.

DCCXXXIII.

Codex bombycinus, quo continetur liber cujus titulus caſchf al dhonun an aſanis alcotob valſonun, id eſt, denudatio opinionum circa librorum eorumque inſcriptionum nomina, ſive catalogus operum quæ apud Arabas, Perſas, & Turcas variis temporibus ad annum uſque Hegiræ 1033. in lucem prodierunt. Fit etiam mentio Græcorum quorumdam ſcriptorum, ſed illorum tantum qui Arabicè converſi ſunt. Obſervandum autem eſt ab *Haggi Calfa* catalogi illius auctore, 1.° tradi libri titulum, idque ratione habita ordinis alphabetici. 2.° Auctoris nomen. 3.° Annum quo vivere deſiit.

DCCXXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus kelaid al ekian fi mehaſſem alaian, id eſt, torques aurei,

five encomia virorum illuftrium. Dividitur in partes quatuor, quarum prima de Chalifis & regibus. Secunda, de Viziris & regni adminiftris. Tertia, de judicibus, jurifperitis, cæterifque doctoribus. Quarta, de viris eruditis & poëtis, auctore *Abou Naffar Alfetah ben Iffa ben Khacan al Caiffi,* Hifpalenfi, qui Marocci obiit anno Hegiræ 535.

Is codex anno ejufdem æræ 883. exaratus eft.

DCCXXXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanflebii opera illatus, quo continetur fragmentum cujufdam operis hiftorici, ubi vitæ doctorum Mahummedanorum, præfertim vero illorum qui apud eos Mohadethin, five Traditionarii appellantur, ordine alphabetico defcriptæ funt. In eo autem volumine nomina tantum Abdalhamed & Abderrhaman reperias: unde conjicere eft opus illud in ingentem molem excrefcere. Neque omitti debet, in ordine alphabetico nominis proprii doctoris nullam haberi rationem: genealogia folum, five patris nomen fpectatur.

DCCXXXVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanflebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus tabakat al hadith, vel almohadethin, id eft, hiftoria traditionis Mohammedicæ, five fucceffio & enumeratio illorum qui apud Mohammedanos Traditionarii nuncupantur, auctore *Abdallah ben Abderrhaman ben Gioza al Andaloufi,* cognomine *al Kelabadi,* qui in hoc fuo opere ordinem alphabeticum fequitur.

Is codex anno Hegiræ 562. exaratus eft.

DCCXXXVII.

Codex bombycinus, Alepo in Bibliothecam Colbertinam Vanflebii opera anno 1673. illatus. Ibi continetur hiftoria virorum apud Mahummedanos illuftrium, eorum nempe quorum ope Mahummedis facta & dicta certius ad pofteros pervenerunt, auctore *Abilcafio Sabeki.*

DCCXXXVIII.

Codex bombycinus, Conftantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Ebn Algiauhari* opus infcriptum electio electionis. Ibi reperitur hiftoria virorum & mulierum quæ variis in locis Meccæ nempe, Medinæ, Bagdadi, & in regno Iaman Mohammedem primæ fecutæ funt.

Is codex anno Hegiræ 706. exaratus eft.

DCCXXXIX.

Codex bombycinus, Conftantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Giamaliddini Abulfragii Giaufej* opus infcriptum electio electionis. Ibi differitur de viris & mulieribus qui apud Mahummedanos eximia fanctitatis laude floruerunt.

DCCXL.

Codex bombycinus, olim Melchifedechi Thevenotii, ubi continentur vitæ & apophthegmata virorum qui apud Mahummedanos vitam folitariam profeffi funt. Opus illius non abfimile quod vitæ Patrum deferti nomine apud nos circumfertur, auctore *Abdelgafar* filio *Abdelmegib* filii *Nohæ* ex urbe Kous oriundo.

DCCXLI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur pars prima libri cujus titulus nadhm algiummam filtabacat ashab Imamna Annooman; id eft, feries & ordo claffium in quas tribuuntur difcipuli & fectatores Imam Abou Hanifah Nooman appellati. In prima autem illa parte de vita & rebus geftis Abou Hanifæ differitur. Auctor *Ebn Mohammed Ebn Aider Alolai.*

Is codex manu auctoris ipfius anno Chrifti 1392. exaratus dicitur.

DCCXLII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanflebii opera illatus. Ibi continetur liber infcriptus maarefat al corra al kobar alal thabacat ou al affar, id eft, notitia lectorum illuftrium in claffes & fæcula diftributa. Lectorum autem nomine ii intelliguntur, qui Alcoranum in mefquitis & fcholis legere folent, auctore *Schemfeddino Abou Abdallah Mohammed ben Othman ben Abdhahebi,* qui lectorum nomina & res geftas ab Othmanno ben Affan tertio poft Mohammedem Chalifa ad Ebn Ziat ufque, circa annum Hegiræ 630. mortuum, fumma diligentia profequitur.

DCCXLIII.

Codex bombycinus, Conftantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus infcriptum odor fuavitatis de hiftoria Silii concionatoris, auctore

Ahmed Abbas Mauritano, qui doctoris cujusdam Ebn Elkhalib vitam grandiori stylo conscripsit.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 180.

DCCXLIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Ali* filii *Josephi* liber inscriptus fodina secretorum & splendor luminum. Ibi de sanctitate, egregiis animi dotibus & miraculis Maihhraddini Abdelchaderi, totius Mahummedanæ sectæ dum vixit, quodammodo pontificis. Floruit Bagdadi sub Chalifarum imperio, partim sexto, partim septimo sæculis.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1008.

DCCXLV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur volumen secundum historiæ illustrium Bagdadensium quam scripsit *Abu Abdalla Mohammed al Wasithi*. In eodem argumento versatus antea fuerat Abd Elcarim Abu Jaad Assemanni, anno Hegiræ 562. mortuus, atque ab eo anno ad annum 637. hanc suam historiam deduxit *Abu Abdalla*.

DCCXLVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur *Mahumedis Abu Abdalla* historia virorum qui doctrina & ingenio floruerunt. Quo in argumento fusè antea versatus erat *Ali Abu Hosain* filius *Mosis*, cujus opus ibi à Mahummede in epitomen contractum est.

DCCXLVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inscripti aquarium limpidum pars prima, auctore *Josepho Abul Mohasen*. Ibi reperitur historia ordine alphabetico disposita virorum fortitudine, doctrina & honoribus gestis illustrium.

DCCXLVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur pars secunda operis inscripti aquarium limpidum, sive historia ordine alphabetico disposita virorum qui fortitudine, doctrina & honoribus gestis magnam sibi famam pepererunt, auctore *Josepho Abul Mohasen*. Ibi multa de Tamerlano & de rege Ægypti Giamak cognomento Alzaher.

DCCXLIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inscripti aquarium limpidum pars tertia, auctore *Josepho Abul Mohasen*. Ibi reperitur historia ordine alphabetico disposita virorum qui fortitudine & doctrina magnum nomen in Ægypto adepti sunt.

DCCL.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inscripti aquarium limpidum pars quarta, auctore *Josepho Abul Mohasen*. Ibi reperitur historia ordine alphabetico disposita virorum qui fortitudine & doctrina apud Mahummedanos floruerunt.

Is codex ad usum auctoris ipsius anno Hegiræ 855. exaratus esse dicitur.

DCCLI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inscripti aquarium limpidum pars quinta, ordine alphabetico disposita, auctore *Josepho Abul Mohasen*. Ibi sermo fit de viris fortitudine, doctrina & honoribus gestis illustribus.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 856.

DCCLII.

Codex bombycinus, quo continetur opus inscriptum paradisus animorum, sive historia virorum apud Mahummedanos illustrium, qui in Kairouan, Africa, vicinisque provinciis floruerunt, auctore *Aboubekro Abdalla* filio *Abu Abdalla Mohammed*, cognomine *Maleki*. In eo codice qui ultra annum Hegiræ 56. non progreditur, desiderantur multa.

DCCLIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur historia virorum apud Mahummedanos illustrium, eorum præsertim qui doctrinæ laude magnum nomen adepti sunt, auctore *Abu Abdalla* filio *Ahmed*, cognomine *Eldahebi*.

DCCLIV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur rerum Mahummedanarum, & virorum doctrinæ laude qui apud ipsos floruerunt insignium historia ab

anno Hegiræ 741. ad annum ejusdem æræ 785. auctore *Sakhauvæo.*

DCCLV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum ketab fi thabakat al kobra al fokaha, sive de variis classibus & ætatibus jurisperitorum qui apud Mahummedanos floruerunt, à pseudoprophetæ temporibus ad annum usque Hegiræ 729. auctore incerto. Initio codicis quædam, multo plura sub finem desiderantur.

DCCLVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars prima libri cujus titulus oioun alinha fi thabakat al atthebba, id est, fontes in altum erumpentes, sive medicorum classes ordine distributæ, vel historia medicorum, 1.° illorum qui ex Æsculapii, Hippocratis & Galeni schola exorti sunt. 2.° Eorum qui Alexandriæ inter Christianos, & ante Mohammedem inter Arabas floruerunt. 3.° Medicorum Syrorum qui Abbassidarum temporibus claruere. Ultimus quorum meminit, est Gabriel filius Bakhtisouæ. Operis illius auctor *Ahmed ben Abilcassem Khalifah al Kharzagi*, cognomine *Ali Ossaiben.*

DCCLVII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur pars prima & secunda libri cujus titulus oioun alinha fi thabakat al atthebba, id est, fontes in altum erumpentes, ubi de medicis Græcis, Christianis, Ægyptiis, Syris & Mahummedanis servato temporum ordine disseritur, auctore *Ahmede ben Abilcassem.*

DCCLVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur volumen primum historiæ *Lezaneddini* Viziri ultimorum Granatæ regum è familia el Ahmat, qui ab Hispanis Vermejos appellantur. Ibi præsertim de Viziri illius doctrina & poëmatibus, quorum nonnulla in eo volumine integra occurrunt. Occurrunt quoque opuscula quædam è quibus multum lucis rei literariæ Arabum Granatensium accedere potest.

DCCLIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur volumen alterum historiæ *Lezaneddini* Viziri Granatensis. Ibi enumerantur illius opuscula, è quibus nonnulla proferuntur fragmenta.

Is codex exaratus est in Ægypto anno Hegiræ 1038.

DCCLX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur anonymi opus inscriptum fath al ogioud ou scharh fi medah maoulana al Pacha Mahmoud, sive oratio in laudem Mahmoud Pacha summi totius Ægypti præfecti, viginti capitibus constans, & cui cassidah sive poëma acrostichum ejusdem argumenti adjungitur, cum variis circa illud lemniscis & corollis, quibus scriptores Arabici eorum nomina quos laudandos suscipiunt, exornare solent.

HISTORICI.

In-quarto.

DCCLXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Joannis Francisci la Croix opera illatus. Ibi continetur chronicon breve quo res gestæ à mundi creatione ad Chalifatum usque Hakemi in Ægypto, sive annum Hegiræ 411. narrantur. In eo autem opere 1.° de Patriarchis & Prophetis sermo fit. 2.° de Mohammede illiusque successoribus. 3.° de Ommiadis. 4.° de Abbassidis. 5.° de Fathimitis, auctore incerto. In eo codice quædam desiderantur.

DCCLXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus ketab al giammam men moktassar akbar azzaman, sive liber cumulatè, quamvis compendiosè, res gestas omnium temporum complectens, sive historia universalis, ubi 1.° de iis quæ à creatione mundi ad Mahummedem usque contigerunt. 2.° de veterum Arabum gestis. 3.° de Chalifis. 4.° de Africa littorali nunc Barbaria dicta. In hac vero sectione multa occurrunt quæ apud alios scriptores frustra requiras : auctore *Schehabeddino Ahmed al Mokri*, cognomine *al Fassi.*

DCCLXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur prima pars operis cujus titulus oioun al akhbar vel nazhat al absar, id est, historiarum fontes, & oculorum oblectamentum, sive historia universalis. Auctore *Mohammed Ebn Mohammed Abi Sorour*, cognomine *Seddiki*, qui in eo volumine ad

extrema Abbaſſidarum tempora hiſtoriam perduxit.

DCCLXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus keſſat al enbia, id eſt, hiſtoria Patriarcharum & Prophetarum à mundi creatione ad Mohammedem uſque, auctore *Mohammede ben Ahmed al Keſſaij.*

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 1017.

DCCLXV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus keſſat Joſeph alaihi aſſalam zahar al kaman ala attaman, id eſt, hiſtoria Joſephi Patriarchæ, ſecundum traditiones Mohammedicas, etiam Rabbinicas conſcripta.

DCCLXVI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Omar* juriſperiti *Abu Ali* filii, hiſtoria Joſephi Jacobi filii, duodecim tribuum Iſrael parentis. Ibi auctor colligit quæ in Alcorano de hocce Patriarcha leguntur, & quæ adduntur, commentarii in varios illos textus quodammodo locum obtinent.

Is codex anno Hegiræ 1082. exaratus eſt.

DCCLXVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur vitæ Prophetarum ab Adamo ad Joſue uſque filium Nun: auctore *Abu Iſaac Achmet Altualibi*, qui veris falſa multa ex Alcorano & Mahummedanorum traditionibus immiſcuit. Præmittitur præfatio, ubi de opere ſex dierum & dæmonis lapſu.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 999.

DCCLXVIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Ebu Albadich* opus inſcriptum parva portio, ſive quantitas, ubi de quadam Arabum tribu dicta Giaſima, de regibus Perſarum, de Mahummedis fuga & de Chaliſarum rebus geſtis, ab anno Hegiræ primo ad annum uſque 132. Ait auctor veſtigiis ſe inſiſtere Abdilchader Ebn Giaralla, cujus annales in epitomen contraxit.

Is codex Ebn Albadich manu exaratus eſt anno 1057. Hegiræ.

DCCLXIX.

Codex bombycinus, ex Africa in Bibliothecam Colbertinam opera Petis de la Croix illatus anno 1683. Ibi continetur hiſtoriæ Mahummedanæ compendium in tres partes diviſum, quarum prima eſt de Arabibus ante Mahummedem. Secunda, de victoriis à Mahummede reportatis. Tertia, de Chaliſarum qui in Aſia, Africa & Hiſpania imperarunt, rebus geſtis.

Ad calcem operis reperiuntur quædam de Beracberis ſive antiquis Africæ incolis: auctore *Ebn Khaldoun*, Adrumete nato, deinde Alepi judice, qui capta urbe à Tamerlano, Samarcandam cum aliis compluribus abductus, ibi diem ſupremum obiit anno Hegiræ 808.

Is codex exaratus eſt charactere Mauritanico.

DCCLXX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus inſcriptum dor al monaddam fil ſerr al aadham, id eſt, margaritæ connexæ & contextæ, circa arcanorum maximum. Is vero liber idem prorſus cum giamé, ubi multa ſcitu digna, tam quæ à Mahummedis fuga ad auctoris uſque tempora contigerunt, quàm de illis quæ ante Mehedi adventum, ut Mohammedani ſibi perſuadent, evenire neceſſe eſt. Auctore *Kemaleddino Abouſalem Mohammed ben Talectia.*

DCCLXXI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Mahummedis Phateddini* opus inſcriptum vitarum liber, ubi de Mahummede, illius itineribus, bellis, revelationibus, in cælum aſcenſu & fuga ad Medinam, de ipſius armigeris, comitibus, & iis qui pſeudoprophetæ doctrinam amplexi ſunt, quorum omnium vitæ & genealogia ab auctore traduntur.

Is codex anno Hegiræ 590. exaratus eſt.

DCCLXXII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Ebn Elgiauſi* compendium rerum à creatione mundi ad Mahummedem uſque geſtarum. Auctor, ut è præfatione conſtat, argumentum illud fusè proſequutus erat: verum à quodam *Ebn Magididin* Elgiauſi opus in epitomen anno Hegiræ 870.

contractum est, atque hanc ipsam epitomen noster hic codex exhibet.

DCCLXXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Mahumedis Ebn Salamæ Codomej* historia Mahummedana ab orbe condito ad annum usque Hegiræ 422. Is auctor anno ejusdem Hegiræ 454. diem supremum obiit.

2.° Anonymi catalogus regum Ægypti ad Tomanbej usque.

DCCLXXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Mahummedis Ebn Alscirhna* Alepensis, historia rerum à Mahummedanis gestarum ab Hegiræ principio ad annum usque 806. Præmittitur præfatio ubi de mundi creatione, diluvio, Mose, Judæorum regibus, præcipuis illorum festis, Christo, Christianorumque hierarchia ecclesiastica.

Is codex anno Hegiræ 983. exaratus est.

DCCLXXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum mogiablat al honafa fi menakeb al Kholafa, id est, codex orthodoxorum de laudibus Chalifarum sive vicariorum Mohammedis. Ibi autem de illis tantum sermo fit, qui pseudoprophetam proximè secuti sunt, Aboubekro nempe, Omare, Othmanno, Ali & ejus filiis Hassano & Hossenio, quorum egregiæ dotes & successionis legitimæ jura exponuntur. Auctoris nomen latet, à quo tamen nihil fermè dictum quod in Nagneddini al Schirazi scriptis non reperiatur.

DCCLXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus tarikh al Kholafa, sive historia Chalifarum tam Ommiadarum quàm Abbassidarum ab Abubekro ad Motaouakel Abdelazis ben Joseph, qui in Ægypto Chalifatum titulo tenus obtinebat anno Hegiræ 884. auctore *Gelaleddino Abderrhaman ben Abibekr Soiouthi,* qui de Chalifis Fathimitis tanquam spuriis silet. Verum ad libri calcem extat catalogus Obeiditarum, ut illos noster hic scriptor nuncupat, Ommiadarum Hispanorum indici subjunctus.

Is codex anno Christi 1591. exaratus est.

DCCLXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus maoured allat hafat fi man mali al solthanat. Ibi de iis 1.° qui regia dignitate & Chalifatus potiti sunt à Mohammede ad Caimum. 2.° de Ægypti Chalifis. 3.° de Jobitis regibus ad Atabekorum dynastiam. 4.° de Mamalucis, auctore *Aboul Mohacem Joseph ben Tagri Verdi.*

Is codex exaratus est anno Christi 1602.

DCCLXXVIII.

Codex bombycinus, quo continetur historia Chalifarum ad Motavakelum usque, qui anno Hegiræ 884. Chalifa renuntiatus est. Sub hujusce operis finem occurrunt nonnulla de Arabum, Diocletiani & Græcorum epochis, auctore *Nasereddino Abu Abdalla Jaaferi.*

DCCLXXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus tohfat aldhorafa fi hekaiat al Kholafa, id est, munus viris solertibus ex historiis Chalifarum decerptum & oblatum. In eo præterea opere occurrunt fabellæ quædam ludicræ, ut & nonnulla de subdolis mulierum artibus, auctore *Mohammed ben Abilsorour Alaskeri* Ægyptio.

DCCLXXX.

Codex bombycinus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur compendium historiæ regum Ægypti ad Selimum usque, cujus temporibus in Turcarum potestatem venit.

DCCLXXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus giaouvaher al bohour vel vakaj al omour, id est, uniones marium, sive rerum eventus & miranda sæculorum, ubi de Ægypti prærogativis illiusque dynastiis, tam veteribus quàm recentioribus enarratur. Definit hocce opus in Selimo Solimanni filio, Turcarum imperatore, qui Ægyptum ad deditionem compulit anno Hegiræ 923. auctore *Ibrahim ben Ouasaf Scha.*

Is codex anno ejusdem æræ 1033. exaratus est.

DCCLXXXII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus lathaif akhbar alaoual fi man tassaraf fi Mesr men arbab addaoual, id est, priscarum historiarum elegantiæ, in quibus de iis qui Ægypto potiti sunt per varias dynastiarum successiones disseritur. Hocce opus constat præfatione, decem capitibus & corollario: auctore *Mohammede ben Abdelmothi*, qui librum Mostaphæ Turcarum imperatori nuncupavit anno Hegiræ 1033.

Is codex anno ejusdem æræ 1086. exaratus est.

DCCLXXXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Anonymi compendium historiæ Chalifarum & regum Ægypti, inita accurata ratione annorum & dierum quibus singuli imperarunt. Auctor à Mahummede ad Tomambej usque historiam suam perduxit.

2.° *Mahumedis Mahummedis* filii *Giafarci* historia in tres partes divisa, quarum prima de prophetis & nonnullis ante Hegiram regibus; secunda, de viginti & octo dynastiis ante & post Hegiram; tertia, de regibus Mahummedanis à Mahummede ad Alhascirafi anno Hegiræ 875. differit.

Is codex anno Hegiræ 948. exaratus est.

DCCLXXXIV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur historia Ægypti & Cairi, in qua de Misraimo ejusque posteris, de Pharaonibus, de Chalifis, de imperatoribus Otthomanicis & de præfectorum quorumdam qui eorum nomine Ægyptum administrarunt, rebus gestis. Sequitur brevis & accurata regionis illius descriptio, auctore *Schemseddino Mohammede* filio *Elocheik Abalsorour*.

DCCLXXXV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus fotouh Mesr, sive historia Ægypti in Mahummedanorum potestatem redactæ ab Amrou ben Asasi Omaro imperante anno Hegiræ 18. & 19. auctore *Abderrhaman ben Abdallah* Coraisita Meccano, cujus opus publici juris fecit Ali Ebn Hassan ben Fediah al Ouakedi.

Is codex anno Hegiræ 785. exaratus est.

DCCLXXXVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus nozchat al naderin fi man ouala Mesr al Kholafa, id est, oblectamentum oculorum de Chalifis & Sultanis qui rerum in Ægypto potiti sunt, ab Omaro Chalifa ad Othmannum usque id nominis secundum Turcarum imperatorem, sive ab anno Hegiræ 13. ad annum ejusdem æræ 1029. Hujusce operis auctor *Marai ben Joseph al Hanbali*, qui illud Ami Zideh summo Cairi judici nuncupavit.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1034.

DCCLXXXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inscriptus selectæ historiæ de iis qui principatum in Ægypto tenuerunt, auctore *Mahummede* filio *Abdilmoothi*, cognomento *Alishaki*. Dividitur opus in decem partes, quarum prima de quatuor primis Chalifis & Hossain quarti Chalifæ filio. Secunda, de dynastia Ommiadarum. Tertia, de dynastia Abbassidarum. Quarta, de iis qui florentibus illis dynastiis proregum nomine Ægypto præfuerunt. Quinta, de Fathimidarum dynastia. Sexta, de dynastia Ajubitarum. Septima, de Mamaluccorum dynastia. Octava, de dynastia Circassiorum. Nona, de Othmannorum dynastia. Decima, de iis qui Turcarum nomine Ægyptum administrarunt.

Is codex anno Hegiræ 1033. exaratus est.

DCCLXXXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur historia Ægypti magno apud Mahummedanos in pretio, à pseudoprophetæ temporibus ad annum usque Hegiræ 941. deducta, auctore *Ebn Zulak*.

DCCLXXXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber cujus titulus stellæ maximè micantes ex stellis resplendentibus, auctore anonymo, qui Ægypti annales à Gemaleddino Abul Mohacem Rouceph in epitomen contrahere aggreditur. Ibi autem res gestæ Mahummedanorum à redacta in illorum potestatem Ægypto ad annum Hegiræ 863. reperiuntur.

DCCXC.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur historia Ægypti, cujus auctor *Gelaleddinus Soiouthi*, qui suum hoc opus ad Malek al Aschraf Aboul Nasser Kaitbai Mamaluccorum decimum tertium perduxit. Is autem regnare cœpit anno Hegiræ 872.

Is codex anno ejusdem æræ 969. exaratus est.

DCCXCI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus hosn al mohadherat fi akhbar Mesr, id est, confabulatio præstantissima de rebus Ægypti & Cairi, auctore *Gelaleddino ben Aboubekr*, cognomine *Soiouthi*, qui in operis præfatione testatum reliquit se compluribus lectis voluminibus ad hanc historiam scribendam accessisse.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1009.

DCCXCII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Ægypti historia, cujus auctor *Soiouthi*.

Is codex anno Hegiræ 1009. exaratus est.

DCCXCIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur historia Ægypti, auctore *Soiouthi*.

Is codex anno Hegiræ 872. exaratus est.

DCCXCIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus, quo continetur historia Ægypti, cujus auctor *Manfekeddinus Abdellatif* Bagdadensis, qui anno Hegiræ 634. supremum diem obiit.

Is codex anno Christi 1562. exaratus est.

DCCXCV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Ebn Calchan* historia Ægypti minus digna quæ legatur, ob nimiam illius brevitatem.

2.° *Josephi Abulmohacen* regum Mahummedanorum, Ægypti præsertim, historia in compendium redacta.

DCCXCVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus montekhab el tadziaret fil tarikh, florilegium nempe, sive epitome historiarum à creatione mundi ad annum usque Hegiræ 270. auctore *Takieddino Aboubekro Makrisio*.

DCCXCVII.

Codex bombycinus, quo continetur liber cujus titulus almouadeh, vel al ectelar, id est, monita & exempla ex historiis petita, sive historia Ægypti in sectiones septem distributa, auctore *Makrisio*. Noster autem hic codex primam tantum operis partem exhibet.

DCCXCVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber inscriptus almouadeh, sive historia Ægypti, cujus auctor *Makrisius*.

Ad hujusce codicis calcem, qui est operis illius pars secunda, annotatur hoc esse ultimum exemplar autographum quod reperiri potuit.

DCCXCIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur descriptionis Ægypti & Cairi pars prima, ex Arabum Christianorum, Mahummedanorumque scriptis collecta. Ibi de præcipuis Ægypti urbibus, illarumque antiquitatibus, auctore *Takieddino Makrisio*.

DCCC.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur descriptionis Ægypti & Cairi pars secunda, ubi de præcipuis hujusce oppidi ædificiis, viris doctrinæ laude claris, magistratibus, Sultanis, Emiris, scholis, ecclesiis & mesquitis, auctore *Takieddino Makrisio*.

DCCCI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Ægypti & Cairi descriptionis pars tertia, ubi complura de Christianorum ecclesiis, monasteriis, sectis illarumque doctrina, complura quoque de Chalifis & Ægypti Sultanis, auctore *Takieddino Makrisio*.

DCCCII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper

nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus cujus titulus lectio florum è libro qui inscribitur alkhithath, auctore *Mahummede Abu Assorur*, qui ex historia Ægyptiaca Abu Makrisii ea collegit quæ sibi lectu magis digna visa sunt. Triginta capitibus constat hæc collectio, quorum sex desiderantur.

DCCCIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus hosn al menakeb asseriat al montazah men assairat al Dhaheriat, id est, vita & mores Almalek al Dhaher Bibars Mamaluccorum in Ægypto Sultani, qui anno Hegiræ 658. regnum iniit, & ob victorias insignes de Tartaris, Armenis & Francis reportatas, saheb al fotouhat, sive victoris & triumphatoris nomen obtinuit. Hujusce operis auctor *Schafa ben Ali ben Abbas Alkateb.*

Is codex anno Hegiræ 716. exaratus est.

DCCCIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber cujus titulus divitiarum demonstratio in annotandis hominum statibus, sive Mahummedanorum, Ægyptiorum præsertim, historia, auctore *Mahummede Aldomairi* filio *Abdilcader*, à quo Schianisiddini Ebn Hagiar Ascalonitæ annales in epitomen ibi contrahuntur. Historiæ illius initium annus Hegiræ 773. finis 850.

DCCCV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus albedr alzaher fi nosrat al malek al Nasser, id est, luna pleno lumine fulgens, sive de rebus gestis Nasseri Ægyptiorum Sultani è Mamaluccorum stirpe, (is autem anno Hegiræ 901. regnare cœpit) auctore *Ebn Schuhna.*

DCCCVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber cujus titulus sakerdan al malek, id est, museum regis, auctore *Abu Hagelah Ahmede* filio *Jehia* Telmesano in Mauritania, qui in procemio numeri septenarii virtutem & proprietatem summopere prædicat, eumque in Alnazerem Ægypti regem accuratè cadere ostendit. Sequuntur multa de Ægypto, Cairo, Alnazere rege, fratribus, propinquis, Josepho patriarcha, Mose, aliisque qui in Ægypto rerum potiti sunt. Auctor obiisse dicitur anno Hegiræ 776.

DCCCVII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur opus inscriptum kitab sakerdan, sive compendium historicum, quo de rebus præsertim ad Ægyptum pertinentibus disseritur; adjunctis variis historiis, observationibusque, quibus numeri septenarii dignitas commendatur.

DCCCVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum sakerdan al solthan, id est, tragemata regis. In eo autem libro de numeri septenarii præstantia, & de rebus Ægypti quæ ad illum referuntur, auctore *Ebn Ali Hagelah Ahmed ben Jahia*, qui Nassero decimo nono Mamaluccorum Sultano nuncupavit.

DCCCIX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur historia rerum gestarum inter Sultanos Gaur & Tamanbei regum Mamaluccorum ultimum, & Selimum Turcarum imperatorem, auctore *Ahmede* filio *Zum bal.*

DCCCX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus nekat al asriah fi achbar al vouzara al mesriah, id est, apices notati & signati ad historiam Vizirorum qui hoc sæculo Ægyptum administrarunt, sive illorum elogia, quorum pars major versibus conscripta est, auctore *Nagmeddino Mohammed ben Amarah ben Abi Thasan* Jamanensi, qui initio operis res à se gestas enarrat. Vivebat autem sæculo Hegiræ sexto, obiitque anno ejusdem æræ 569. Primus Vizirorum de quibus ibi sermo fit, Schaver appellatur, qui toti Ægypto præfuit, regnante Adhed ultimo Fathemitarum Chalifa.

DCCCXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Ali Ebn Abilcosi* catalogus alphabetico-historicus magnorum Ægypti judicum. Testatur auctor in epitomen contracta quæ uberius de eo argumento scripserat Muhammedes Sacaveus, cognomine Alrahedi;

additis tamen è suo nonnullis.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 900.

DCCCXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Ali Gieuhari* filii *David* concionatoris tractatus inscriptus margarita pretiosa, ubi de iis quæ miranda in Ægypto visuntur. Præmittitur præfatio qua variis Alcorani & doctorum Mahummedanorum locis ostenditur Ægyptum cæteris orbis regionibus præstare.

Is codex anno Hegiræ 1110. exaratus est.

DCCCXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber inscriptus dictio utilis de Nili præstantia, auctore *Ahmede Scheabiddino Ebn Hamad,* qui postquam ex Alcorano & Mahummedanorum traditionibus ostendit Nilum cæteris fluviis antecellere, de illius origine, cursu, incremento & decremento differit. Ibi præterea de pyramidibus, & iis quæ in Ægypto magis miranda visuntur.

DCCCXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus fotouh medinat al Bahnasæ, id est, expugnatio urbis Bahnasæ, ubi multa fabulosa omnino de Jesu Christi nativitate, de oppidi illius ædificatione, & illis qui ibi regnarunt à Josephi patriarchæ temporibus ad ingressum usque Mahummedanorum in Ægyptum. Urbs autem Bahnasa in inferiore Thebaïde sita, compluribus veterum Ægypti regum monumentis commendabilis est.

DCCCXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi historia cujusdam urbis in Ægypto, nomine Bahnasæ, à Mahummedis sociis expugnatæ.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 975.

DCCCXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus gaiat al maareb fi menafih, id est, quidquid ad recondita aperienda, & desiderata comparanda necessarium est. Opus ubi absconditi Ægypti thesauri indicantur, loca certè designantur, suffumigationes docentur & telesmata, & ita quidem, ut illorum facile potiatur, qui hujusce libelli opera uti voluerit. Observandum interea est futilissimi illius operis auctorem anonymum peculiari alphabeto, ipsique soli fortasse explorato sæpissimè uti consuevisse.

DCCCXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur tractatus ubi de variis Ægypti locis, in quibus thesauri delitescunt. Auctoris nomen ignoratur.

DCCCXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Atabekorum, sive principum qui in urbe Mesopotamiæ Mosul imperii sedem collocarunt, historia ab anno Hegiræ 477. ad annum usque 607. Auctoris nomen ignoratur.

DCCCXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus mokhtassar fotouh alscham, sive compendium operis quo res à Mahummedanis in Syria gestæ narrantur, auctore *Abou Ismael Mohammed ben Abdallah,* cognomine *Azdi.*

Is codex exaratus est Hierosolymis anno Christi 1216.

DCCCXX.

Codex bombycinus, ab Orientali quodam Ludovico XIV. anno 1703. oblatus. Ibi continetur pars fermè dimidia operis cujus titulus fotouh alscham, ubi de subacta à Mahummedanis Syria, auctore *Vakedi.*

DCCCXXI.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera anno 1673. illatus. Ibi continetur Beryti historia, ducto à Mahummede initio ad annum usque Hegiræ 828. auctore *Saleh* filio *Jehia,* è ducum Algarbinorum prosapia. Differitur in eo opere de Beryti antiquitate, variis illius cum à Francis, tum à Mahummedanis expugnationibus, & principibus qui ab eo tempore rerum ibi potiti sunt.

DCCCXXII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus fotouhah

aſſcham dar aſſalam, id eſt, expugnatio Damaſci cæterarumque Syriæ urbium quæ Omari temporibus in Mahummedanorum poteſtatem venerunt, auctore *Gemaleddino*.
Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 764.

DCCCXXIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur urbis Damaſcenæ hiſtoria, in ſectiones ſex diviſa, quarum prima de Syriæ præſtantia; ſecunda, de Damaſci pulchritudine; tertia, de magnæ meſquitæ excellentia; quarta, de viris pietate, fortitudine & doctrina claris, qui in illo oppido floruerunt; quinta, de inſignioribus Damaſci meſquitis; ſexta, de iis quæ huic urbi ultimis temporibus eventura ſunt.
Is codex anno Hegiræ 1043. exaratus eſt.

DCCCXXIV.

Codex bombycinus, Marocco nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur hiſtoria redactæ in Mahummedanorum poteſtatem Africæ, auctore *Abul Kaſſem Abderrhaman al Karſchi* Ægyptio. In eo autem opere non pauca occurrunt, quæ jure ac merito inter fabulas annumeres.
Is codex characteribus Mauritanicis exaratus eſt anno Hegiræ 1148.

DCCCXXV.

Codex bombycinus, ex oppido Miſmis ad Atlantem montem poſito, in Bibliothecam Colbertinam opera Petis de la Croix illatus anno 1683. Ibi continetur opus inſcriptum lunæ reſplendentes de Marocci hiſtoria, quo de jactis urbis illius fundamentis, regum Marocci rebus geſtis & variis Arabum tribubus qui in deſertis degebant, ſermo fit. Occurrunt præterea ad calcem libri nonnullarum inſularum deſcriptio, & Patriarcharum catalogus ab Adamo ad Aaronem uſque, auctore *Abdalla Ebn Batata,* à quo huic operi manus ultima impoſita eſt anno Hegiræ 998.
Is codex exaratus eſt charactere Mauritanico.

DCCCXXVI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber cujus titulus fulgur Yemanicum, de victoriis Othomannicis, ſive hiſtoria regni Yeman in Turcarum poteſtatem redacti, auctore *Kothbiddino Mahummede,* qui opus illud rogatu Sinan Baſſæ aggreſſus Amurathi Selimi filio nuncupavit. Dividitur in tres partes, quarum prima de regibus Yeman, initio ducto ab ineunte decimo Hegiræ ſæculo. Secunda, de victoriis à Turcarum exercitu reportatis. Tertia, de Sinan ad magni Viziriatus dignitatem evecto, expugnataque illius ductu urbe Tunis.
Auctor diem ſupremum obiit anno Hegiræ 988.

DCCCXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continetur liber cujus titulus fulgur Yemanicum, auctore *Kothbiddino Mohammede.*

DCCCXVIII.

Codex bombycinus, quo continetur opus inſcriptum fulgur Yemanicum.

DCCCXXIX.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:
1.° Hiſtoria redactæ in Othomannorum poteſtatem Arabiæ felicis, imperante Selimo, una cum vita Alfakih Omar tunc temporis Yemen regis, auctore *Ahmad* filio *Joſephi* Phairuzi.
2.° Hiſtoria cujuſdam Pacha nomine Radwan, cujus ductu inchoatum in Arabia felici bellum, ſcripta eſt ab anonymo, partim ſtricta, partim ſoluta oratione.
3.° Bahram Pachæ hiſtoria, eodem ſtylo conſcripta, auctore *Muhammede* filio *Jehia.*

DCCCXXX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, characterum elegantia commendabilis, quo continetur inſulæ Rhodi, & variarum in Hungaria urbium ad deditionem à Solimanno Turcarum imperatore coactarum hiſtoria, auctore *Ramadano* illius archiatro.

DCCCXXXI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi hiſtoria urbis Hieroſolymitanæ, à jactis primum illius fundamentis ad annum uſque Hegiræ 900. Ibi de creaturis ante Adamum conditis, de Adamo, aliiſque prophetis uſque ad Abrahamum; de Davidis regno, de templo à Nabuchodonoſore everſo, illiuſque juſſu Cyri inſtauratione; de Zacharia, Joanne Baptiſta, & Chriſto; de Mahummede, de captis ab

Omaro Hierosolymis, & destructo illius opera templo, quod deinceps alharam appellatum est; de eadem urbe à Francis expugnata, & à Saladino recuperata; de illa iterum à Francis capta & à Mahummedanis recepta, de regibus nonnullis Mahummedanis qui Hierosolymæ imperarunt.

Is codex anno Hegiræ 1062. exaratus est.

DCCCXXXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi historia urbis Hierosolymitanæ & Chalil Abrahami patriæ, quam sic dictam Arabicè, idque per antonomasiam comminiscitur: ea enim lingua Chalil amicus Dei appellatur. Ibi præter Abrahamum sermo fit de Adamo, & patribus Veteris & Novi Testamenti. Ibi quoque occurrit historia Alascirafi, qui in Ægypto præerat anno Hegiræ 900. quo tempore scribebat anonymus.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1012.

DCCCXXXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus inscriptum præstantissima familiaritas, sive historia Jerusalem & Khalil, auctore *Mohieddino Abil Jaman Abdelrhaman Alkolami*, qui ad scribendum animum appulit anno Hegiræ 900.

DCCCXXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus uns algelil fi tarikh al Cods, id est, consortium nobile, quo de rebus ad Hierosolymorum & Hebronis historiam pertinentibus differitur; auctore *Abderrhaman ben Mogireddin al Hanbali al Olaim al Omari*, qui hoc suum opus ad annum usque Hegiræ 900. perduxit.

DCCCXXXV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus uns algelil, ubi de rebus ad Hierosolymorum & Hebronis historiam pertinentibus differitur, auctore *Abdelrhaman*.

DCCCXXXVI.

Codex bombycinus, quo continetur liber cujus titulus etchaf al ahsa fi fadhail al masgiad al aksa, id est, donum multiplex de plurimis dotibus & prærogativis templi Hierosolymitani, auctore *Kemaleddino Mohammed ben Mohammed Abil Scherif al Mesri Asschafei*, qui, ut ipse testatur, Hierosolymam peregrinationis causa ingressus est anno Hegiræ 874.

Is codex manu Ali ben Alem anno ejusdem æræ 973. exaratus est.

DCCCXXXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, elegantissimè scriptus, quo continentur:

1.° Anonymi historia urbis Jerusalem, ubi præcipuè de mesquita Hierosolymitana, quam Mahummedani templum Salomonis existimant.

2.° Carmen Turcicum de Mahummedis pseudoprophetæ egregiis animi & corporis dotibus. Auctor Emir *Alkany*.

DCCCXXXVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Ebn Abisciarif* historia templi Salomonis, quod Mahummedani præcipuè suspiciunt. Dividitur opus in septemdecim capita. Ibi de hujusce templi nominibus, ædificatione & mœnibus, de fonte Siloë, de Hierosolymis ab Omaro expugnatis, de prophetis & sanctis qui templum Salomonis ingressi sunt, de spelunca ubi sepultus Abrahamus, de Ismaele & ejus corpore post mortem Meccam translato, de Syriæ præstantia, illiusque limitibus.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 993.

DCCCXXXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Liber cujus titulus feth al Codsi, sive expugnatæ à Saladino Hierosolymæ historia, auctore *Emad al Kateb*.

2.° Opus inscriptum merat al maani le edrak al elm al ensani, id est, speculum intellectuale ad humanam scientiam comparandam; tractatus magicæ superstitionis plenus, ex Indica lingua in Arabicam à *Mohieddino ben al Arabi* conversus.

3.° Ejusdem, de consolatione & sublevatione afflictorum tractatus.

4.° *Mohammedis* Effendi poëma tunc temporis compositum, cum Hierosolymorum judex constitutus est.

DCCCXL.

Codex bombycinus, ab Orientali quodam, cujus nomen reticetur, Ludovico XIV. anno 1703. oblatus. Ibi continetur pars prima operis inscripti fatahl kussi si fatahl Codsi, quo de expugnatis à Saladino Hierosolymis, auctore *Abou Abdallah Mohammed Ebn Ahmed al Kateb al Esfahani*, qui hanc suam historiam ab anno Christi 1163. ad annum usque ejusdem æræ 1193. qui fuit Saladini ultimus, perduxit.

DCCCXLI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Liber cujus titulus mathir al garam elaziarat Cods, id est, de peregrinatione Hierosolymitana, ut de locis sacris Syriæ & Palæstinæ quæ à Mahummedanis pietatis causa adiri solent. Dividitur opus in duas partes, quarum prima de Syria in genere; secunda, de templo Hierosolymitano illiusque prærogativis, auctore *Schehabeddino Abu Mahmoud Ahmed* Hierosolymitano, qui anno Hegiræ 583. aut circiter librum absolvit.

2.° Opus inscriptum mathir al garam leziarat al Chali assalam, sive de peregrinatione quæ ad Abrahami sepulcrum Hebrone à piis Mahummedanis suscipi solet, auctore *Aboulfeda Ishak al Khalili*.

3.° Anonymi tractatus de Mahummedis moribus & institutis.

DCCCXLII.

Codex bombycinus, quo continetur liber cujus titulus mathir al garam, sive de peregrinatione Hierosolymitana, & aliis locis Syriæ & Palæstinæ quæ Mahummedani pietatis causa invisere solent, auctore *Schehabbedino*.

DCCCXLIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Meccæ historia, initio ducto à mundi creatione. Ibi de urbis illius templis, ædificiis publicis, vallibus & montibus oppido circumjectis, auctore *Afraki*.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 687.

DCCCXLIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus zobdat al aamal, vel kholassat al afaal, id est, opus operum omnium excellentissimum, nempe visitatio sacra urbium Meccæ & Medinæ. In eo autem opere tam de rebus historicis quàm de iis quæ ad Mahummedanam religionem pertinent, disseritur, auctore *Saaeddino Esfaraini*, à quo huic tractatui manus ultima imposita est anno Hegiræ 762.

Is codex anno ejusdem æræ 996. exaratus est.

DCCCXLV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Cotbeddini* historia Meccæ, ubi de illius oppidi origine & nomine, de ejus mesquita Elchaba dicta, de Arabum tribubus, de Muhammede pseudopropheta, illiusque successoribus ad deletum usque ab Othomannis ipsorum imperium; de Othomannis & illorum adversus Persas & Christianos bellis. Ab auctore hisce annalibus ultima manus imposita est anno Hegiræ 980. Exaratus autem noster hic codex anno 1002.

DCCCXLVI.

Codex bombycinus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur liber inscriptus cogitationum flores de lapidibus pretiosis, auctore *Ahmede* filio *Josephi*. Verum de eo argumento ne verbum quidem, si præfationem exceperis, atque illius tres tantum paginæ supersunt. In operis vero decursu quod est Turcico sermone conscriptum, templi Meccani & Hierosolymitani historia legitur, sed auctoris nomen non comparet.

DCCCXLVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo, præmissa templi Meccani delineatione, continentur variæ chartæ geographicæ, omnes tamen ad navigationem accommodatæ.

Is codex charactere Mauritanico exaratus est anno Hegiræ 758.

DCCCXLVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inscriptus sincerum grati animi monumentum de historia domicilii electi. Ibi de Medina & rebus à Mahummede in eo oppido gestis. Auctor hujusce operis *Nuriddinus Ali*, vulgo *Alsamhuri*: absolutum vero anno Hegiræ 886. dicitur.

DCCCXLIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus sirat al Solthan Gelaleddin Mankberni, id est, vita Sultani Gelaleddini filii Mohammedis, nuncupati Chouarezm-Schah, qua irruptio Genghizcani & Tartarorum in Persidem fusè describitur, auctore *Mohammede ben Ahmed ben Ali ben Mohammed al Monschi al Nassaoui.*

Is codex anno Christi 1368. exaratus est.

DCCCL.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continetur Tamerlani historia, cujus auctor *Ahmed Mohammedis* filius.

DCCCLI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur historia rerum à Ludovico magno gestarum anno 1667. Arabico sermone à Joanne Francisco de la Croix conscripta, & in celebriores Orientis urbes missa, ad vanos quos ibi Batavi, Regis gloriæ infensi, sparserant rumores confutandos.

DCCCLII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus al fossoul al moemmat fi maarefat al alcmat, &c. id est, historia Imamorum, sive antistitum ex Ali stirpe prognatorum, quos Persæ velut supremos religionis Mohammedanæ principes venerantur. Illi autem sunt numero duodecim, Ali nempe, Hassan, Hossain, Zin al Abedin, Mohammed al Baker, Giafar al Sadek, Moussa al Kadhem, Ali Rheda, vel Riza, Mohammet al Giaouad, Ali al Hadi, Hassan Askeri, Mohammed al Karin, al Mahadi, quem Persæ adhuc superstitem fabulantur. Illius operis anno Christi 1601. exarati auctor *Ebn Sabbagh.*

DCCCLIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus al nafhat al anbariat fi ansab al khair alberiat, id est, odor suavissimus odori qui ex ambaro prodit simillimus, sive historia familiæ quæ ab Ali Mohammedis genero ortum ducit, & in multiplices ramos divisa est, secundum varias sectarum opiniones quæ non uno modo Imamorum seriem recensent, auctore *Aboul Fodhail Mohammed al Schehir be Sadr al Alem al Scherif al Hossaini.*

DCCCLIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus raoudh al riahin fi hekajat al salehin, id est, de virorum illorum vitis qui sanctitatis laude apud Mahummedanos floruerunt. Opus quingentis narrationibus constans & in sectiones quinquaginta distributum, auctore *Abdallah ben Asad Jafei al Iemeni.*

Is codex anno Hegiræ 909. exaratus est.

DCCCLV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Opus inscriptum ketab sarr al salekat al moumenat al khairat, id est, vitæ mulierum quæ apud Muhammedanos pietatis & sanctitatis laude claruerunt, auctore *Takieddino Aboubekr al Hosni* Damasceno, qui circa annum Hegiræ 820. vivere desiit.

2.° Commentarius in ejus Takieddini tractatum cujus titulus scir al salek fi asna al messalek, id est, institutio, sive rudimentum quoddam Mohammedicæ pietatis, in illorum gratiam qui purius & strictius vivendi genus amplectuntur.

Is codex anno Hegiræ 875. exaratus est.

DCCCLVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus makmor mobarek, id est, sylloge benedictionum, sive vita, mores, doctrina & encomia Imam Schafei: illius nomen integrum Abou Abdallah Mohammed Ebn Edris ben al Abbas ben Othman, ben Schafé. Meccæ natus fertur, tribu vero Choraischita: quin & ad Abdalmothleb pseudoprophetæ avum genus referebat.

DCCCLVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur Abi Alsabi viri sancti, qui amore castitatis sibi virilia amputavit, historia excerpta è libro Giaheddini de animalibus, in qua de libidinis sede an in renibus, testiculis vel corde sita sit, fusè disputatur, adjunctis etiam variis narratiunculis tam ex Christianorum, quàm ex Mahummedanorum scriptis, quibus auctoris sententia adversus Giahedhi opinionem asseritur.

Is codex manu Christiani cujusdam exaratus fertur anno Christi 1683.

DCCCLVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur vita Jachijddini Abulabbasi Ebn Timia, auctore *Mahummede Sciamsiddino* Hierosolymitano. Ibi de optimis doctoris illius moribus, rebus gestis, & variis quæ scripsit operibus.

DCCCLIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus tarikh Ebn Habib, id est, epitome chronici ab Ebn Habib conscripti, ubi de doctoribus sectæ Schafiinæ insignibus, qui ab anno Hegiræ 648. ad annum usque 797. floruerunt: auctore *Takieddino ben* Cadhi *Schobah*. Sequitur catalogus Chalifarum & regum penes quos Ægypti imperium fuit.

DCCCLX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus thabakat al kobra, id est, classes majores, sive doctorum apud Mahummedanos insigniorum vitæ in classes tributæ, illudque ordine alphabetico, auctore *Tageddino al Sobeki Abd al Vahab*. Volumen autem illud, quantum conjicere licet, est totius operis pars secunda: incipit enim à litera *ain*, & desinit in Ali ben Abdel Kafi.

Is codex anno Hegiræ 856. exaratus est.

DCCCLXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum thabacat asschafiat, id est, elenchus doctorum legis Mohammedicæ, è Schafeitarum secta. Dividitur is tractatus in viginti novem classes, quarum singulæ doctorum illorum nomina ordine alphabetico exhibent, auctore *Takieddino Ebn* Cadhi *Schobah* Damasceno, qui anno Hegiræ 850. fato functus est, & ad sua usque tempora hanc historiam perduxit.

Is codex anno Hegiræ 882. exaratus est.

DCCCLXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus cujus titulus de nominum propriorum æquivocatione, auctore *Muhammede Sciamsiddino Alzahabi*, id est, aureo Mahummedanorum quondam pontifice. Ibi breviter differitur de pluribus hominum & fœminarum apud Mahummedanos illustrium nominibus, cognominibus, genealogia & vita, illudque ordine alphabetico. Differitur quoque de recta nominum illorum scribendorum & legendorum ratione.

Is codex anno Hegiræ 743. exaratus & emendatus sub auctoris oculis dicitur.

DCCCLXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur operis akd atthamin inscripti pars quarta & ultima. Incipit à nomine Galeb, desinitque in nomine Jones, sive Jonæ. Sequuntur sectiones quatuor, prima de illis est quorum nomen proprium vel ignoratur, vel incertum est, quique Abou prænomine noti sunt. Secunda de iis qui cognomine suo tantummodo innotescunt, quod cognomen addita voce din plerumque distinguitur. Tertia, de illis qui à patre suo denominantur. Quarta, de iis qui vel à patre, vel ab arte quam profitebantur, vel alio quodam casu cognomina sortiti sunt. Accedit corollarium de mulieribus Meccæ clarioribus.

Is codex anno Hegiræ 891. exaratus est.

DCCCLXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur pars prima historiæ virorum tam doctrinæ quàm fortitudinis laude apud Mahummedanos insignium, illudque ordine alphabetico, auctore *Schemseddino*, cognomine *Ebn Khalecan* Ramlensi, cujus mors cadit in annum Hegiræ 681.

DCCCLXV.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur collectanea quædam è *Mohammedis Ebn Caschem* libro ab aliquo tirone recenti & inerudita manu descripta. Ibi de nonnullis viris qui doctrinæ laude apud Mahummedanos floruerunt.

DCCCLXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur operis inscripti interrogationes Mahummedis Abi Hubeo pars quarta & quinta, ubi sermo fit de nonnullis Mahummedanis qui ingenii solertia famam sibi pepererunt.

DCCCLXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi historia virorum qui doctrinæ laude apud Granatenses floruerunt.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 996.

DCCCLXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus schakaik al nooman, id est, flores verni temporis. In eo autem opere de viris doctrina claris, qui in Græcia nati, vel ibi domicilium collocarunt, differitur. Græciæ autem nomine veniunt illæ omnes regiones quæ Turcarum imperio parent, auctore *Ahmede ben Mostafa Taschkupri Zadeh*, qui ad annum Hegiræ 968. quo mortuus est, historiam suam perduxit.

DCCCLXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus, quo continetur opus inscriptum schakaik al nooman, id est, flores verni temporis, sive historia virorum doctrinæ laude insignium, qui sub Othomannidarum imperio floruerunt, auctore *Ahmede ben Mostafa.*

Is codex anno Christi 1572. exaratus est.

DCCCLXX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus schakaik al nooman, id est, flores verni temporis, ubi de viris doctrina præstantibus, qui sub Othomannidarum imperio floruerunt, auctore *Ahmed ben Mostafa.*

DCCCLXXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur doctorum Mahummedanorum catalogus, qui ab Othomanno ad Solimannum usque Selimi filium floruerunt. Auctorem cujus nomen ignoratur, cum hæc scriberet cæcum fuisse è Mahummede quodam Ebn Macmat illius discipulo ad calcem codicis discimus.

Is codex anno Hegiræ 979. Constantinopoli exaratus est.

DCCCLXXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum monte khabmen al moagem, id est, selecta è tractatu nuncupato maagem, sive compendium libri cujusdam ab Hafedh al Dhahabi editi, quo doctores in Mahummedanorum jure tam civili quàm canonico majori doctrinæ fama versati, ordine alphabetico recensentur, auctore incerto.

DCCCLXXIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur historia medicorum, auctore *Ebn Abi Osaibchab.*

DCCCLXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars prima libri cujus titulus ketab al cheresat, id est, catalogus librorum Arabica & Persica lingua conscriptorum ad annum usque Hegiræ 377. auctore *Aboulfarage Mohammed Ebn Isaak al Ouarek,* qui vulgo *Ebn Abi Jacob al Nedim* appellatur.

DCCCLXXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber cujus titulus caschf aldhonun an ansanis alcotob valonun, id est, denudatio opinionum circa librorum, eorumque inscriptionum nomina, sive catalogus operum quæ apud Arabas, Persas & Turcas, variis temporibus ad annum usque Hegiræ 1033. prodierunt. Fit etiam mentio Græcorum quorumdam scriptorum, sed illorum tantum qui Arabicè conversi sunt. Observandum autem est ab *Haggi Calfa* catalogi illius auctore, 1.° tradi libri titulum, idque servato ordine alphabetico. 2.° auctoris nomen. 3.° annum quo vivere desiit.

DCCCLXXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Vita clarissimi cujusdam viri qui Solimanno imperante Viziriatus dignitatem adeptus est, auctore anonymo.

2.° Anonymi dissertationes decem de variis grammaticæ Arabicæ capitibus.

HISTORICI.

In-octavo.

DCCCLXXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur

continetur *Abdelrohman Mahumetis* filii tractatus inscriptus odor muschi de Meccæ victoriis, divisus in centum capita, ubi sermo fit de quatuor ætatibus quæ à diluvio ad Hegiram usque intercesserunt, de spirituum existentia, de Prophetis, de Constantinopoleos & magnæ Romæ expugnatione, de Dei nominum explicatione, de revelatione, de sanctorum omnium somniis, de scientia Mosaïca & Christiana, de Dei nominum proprietatibus, &c.

DCCCLXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber cujus titulus prærogativæ mirabiles Ægypti & Cairi, ubi de pyramidibus, æde Talismanum appellata, templis, collegiis, tempore quo jacta Cairi fundamenta, de regionis hujusce fertilitate, aeris & aquæ salubritate, mirando Nili incremento, & tempore quo Ægyptus in Mahummedanorum potestatem venit. Auctore *Ebn Thobair* Mahummedanorum Pontifice.

DCCCLXXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus anneil fi choval annil, id est, munus oblatum de iis quæ ad Nilum spectant. In eo autem opere de Niloscopiis fusè differitur, & fluminis incrementa per singulos annos ab initio Hegiræ ad annum usque ejusdem æræ 875. accuratissimè recensentur, auctore *Schehab al Hegiazi.*

Is codex ex auctoris ipsius autographo exaratus dicitur.

DCCCLXXX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus moharebat al Solthan Selim Khan ben Bajazid Khan ma al Solthan Consouah al Gaouri, id est, de bello quod gessit Selimus Bajazethis filius Turcarum imperator cum Campsone Gauri Ægypti Sultano, Mamaluccorum ultimo, auctore *Ahmede ben Zenbel al Rammal al Mahali.*

Is codex anno Hegiræ 1066. exaratus est.

DCCCLXXXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Muriddini Ali* filii *Masichei*, cognomento *Assabaghi* tractatus cujus duæ sunt partes, in quarum priore de Fatimæ vita, virtutibus, prole & morte differitur. Altera complectitur historiam Immamorum quos Mahummedani magno in honore habent.

Is codex scriptus est anno Hegiræ 1006.

PHILOSOPHI.

In-folio.

DCCCLXXXII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum makassed al Gazali, id est, propositiones Gazali, ubi de philosophorum quos divinos appellat, Pythagoræ nempe, Socratis, Platonis & Aristotelis placitis, auctore *Gazali*, qui anno Hegiræ 505. obiisse dicitur.

2.° Opusculum de intellectu intelligente & intelligibili. Illius auctor *Mohid-Eddinus al Agemi al Asfahani.*

3.° Anonymi de variis Judæorum, Christianorum, Mahummedanorumque tam orthodoxorum, quàm heterodoxorum circa unitatem Dei, illiusque attributa sententiis.

Is codex anno Christi 1309. exaratus est.

DCCCLXXXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus celeberrimum cujus titulus almaouakef, id est, stationes, sic à tribus hujusce voluminis sectionibus, quæ stationes appellantur, dictum: in illarum prima, de iis quæ scientiis præmitti debent; in secunda, de universalibus; in tertia, de elementis disputatur. Auctore *Adhadeddino* Cadhi, sive judice.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 782.

DCCCLXXXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum maaref al akliah, &c. id est, de notitiis intellectualibus. Constat capitibus quinque, quorum primum de arte ratiocinandi; secundum, de rebus metaphysicis; tertium, de verbo & sermone; quartum, de arte scribendi; quintum, de fine & proposito in rebus agendis differit. Auctore *Abou Hamed Mohammet ben Mohammed,* vulgo *Gazali.*

2.° Ejusdem tractatus cujus titulus almoneadh men al dhalal, id est, liber errorum, ubi ostenditur quid in philosophorum scriptis Mohammedanæ fidei vel adversum vel consentaneum sit.

3.° Ejusdem tractatus cujus titulus

almadhnoun bihi men giir ahelibi, id eſt, quod debet iis abſcondi qui illius cognitione indigni ſunt. Ibi ſolvuntur quæſtiones nonnullæ circa Mahummedanam religionem auctori propoſitæ.

4.° Ejuſdem tractatus cujus titulus meſchkat al anouar, id eſt, fax luminum. Dividitur in tres articulos, quorum primus de Deo, quod ſolus ſit vera lux; ſecundus, de ſecundariis luminibus; tertius, de illo Mohammedis dicto, Deum velis ſeptuaginta contegi & obnubi.

5.° Ejuſdem tractatus cujus titulus merage al ſalehim, ſive aſcenſus mentis virorum piorum Deoque devotorum. Opus aſceticum, ubi multa ad pietatem, unionemque cum Deo hortamenta.

DCCCLXXXV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus cujus titulus ketab al ohoud al jounaniah, id eſt, liber axiomata è Platonis politicis complectens. Introducitur rex quidám Adhrianous nomine, qui ante Moſaïca tempora imperitaverit, & morti vicinus complura de regno præclarè adminiſtrando filio ſuo mandata dederit. Auctore *Ahmede ben Joſeph ben Ibrahim,* qui in hac ſua lucubratione duos errores, illoſque fœdiſſimos admiſit; Platonem enim Moſe antiquiorem facit, & Hadrianum imperatorem apud vetuſtiſſimos Græcos regnaſſe fabulatur.

DCCCLXXXVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus gorar al khaſais al vadhehab, &c. id eſt, liber de ſelectiſſimis morum diſciplinæ capitibus, auctore *Abou Abdalla Mohammed ben Ibrahim ben Jahia,* cognomine *al Kotbi.* Dividitur opus in ſexdecim ſectiones, quarum prima eſt de morum honeſtate, bonaque indole. Secunda, de indolis & morum pravitate. Tertia, de ingenii ſolertia. Quarta, de mentis imbecillitate. Quinta, de eloquentia & dicendi peritia. Sexta, de errore & hallucinatione. Septima, de ingenii acumine. Octava, de hebetudine. Nona, de liberalitate. Decima, de avaritia. Undecima, de animi fortitudine. Duodecima, de ignavia. Decima tertia, de injuriarum oblivione & condonatione. Decima quarta, de vindicta. Decima quinta, de amicitia & conſuetudine. Decima ſexta, de vita ſolitaria & ab amicorum conſortio ſeparata.

DCCCLXXXVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus ſerag almolouk, id eſt, fax, ſive lucerna regum & principum. Opus ad regimen politicum pertinens, capitibus conſtans ſexaginta quatuor, quorum ſingula in plures articulos diviſa ſunt, ubi plurima eaque ſcitu digniſſima è prophetarum oraculis, ſapientum reſponſis & Chaliſarum reſcriptis collecta occurrunt. Auctore *Aboul Valid Ebn Roſchd,* ſive *Averroe,* qui in eo tractatu virorum meminit, qui regnante in Hiſpania Abdalla Mohammede ex Ommiadarum ſtirpe, primas dignitates obtinuerunt.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 786.

DCCCLXXXVIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, exaratus anno Hegiræ 1007. Ibi continetur *Averrois* tractatus cujus titulus lucerna regum, ſcriptus in gratiam Mahummedis Ali-Abdallæ, Andaluſiæ regis. In eo tractatu auctor ex Arabum, Græcorum & Perſarum ſcriptis excerpit quæ ad politicam pertinent.

DCCCLXXXIX.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, ab Omar Abdelrahmani filio anno Hegiræ 870. ſcriptus. Ibi continetur *Averrois* tractatus cujus titulus lucerna regum.

DCCCXC.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Camaleddini* tractatus cujus titulus margaritarum collectio, ubi de optimo principum regimine, de lege & religione.

Is auctor Aleppi ſupremum diem obiit anno Hegiræ 502.

DCCCXCI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Hegiræ 818. exaratus. Ibi continetur *Oſciahnagi* regis teſtamentum, quo ex Perſarum, Indorum, Græcorum & Arabum ſcriptis ea colligit quæ in formandis filii moribus ipſi magis idonea viſa ſunt. Ibi ſæpius Mahummedes, evangelium & vitæ patrum deſerti laudantur.

Qua lingua hocce opus primum prodierit, non dicitur. Interpres annotare ſatis

habuit ex alia lingua in Persicam, & è Persica in Arabicam fuisse conversum.

DCCCXCII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur opus inscriptum lucernæ regum, sive de optima regum institutione, virtutibusque ad regnum præclarè administrandum necessariis. Dividitur ille tractatus in sectiones sexaginta quatuor, ubi multa ex Arabum, Persarum, Græcorum, Indorum & Sinensium scriptis petita, auctore *Mohammede Aboubeker* filio *Walid Kaheri*, Dertusano Hispano.

DCCCXCIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum moijd annoam, vel mobid annakam, ubi de imperio præclarè administrando, adductis 112. exemplis, differitur. Auctore Imam *Tageddin Aboul Hassan Assabeki*.

2.° Tractatus cujus titulus nassihah al molouk, sive monita ad reges de recta imperii administratione, auctore *Aboul Hassan Ali, Ebn Mohammed al Maouardi.*

Is codex anno Hegiræ 1007. exaratus est.

DCCCXCIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Tractatus cujus titulus nassihah al molouk, id est, monita principibus data, è lingua Persica in Arabicam ab anonymo conversus. Operis autem Persicè conscripti auctor *Abi Hamed Mohammed al Gazali:* verum titulus quem Gazalius operi præfixerat, nempe nassihah al molouk, ab interprete sic immutatus, dorr al masbouk fi nakl nassihat al molouk, id est, margaritæ fusæ in translatione libri monitorum regibus datorum à Gazalio compositi. In eo autem opere Gazalius Sultanum Melik Shcah Selgiucidam perpetuo alloquitur.

2.° Anonymi tractatus, ubi de rebus ad grammaticam pertinentibus.

DCCCXCV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Facri Razinei* liber cujus titulus monarchiarum annales. Dividitur in duas partes, quarum prior de iis quæ in regimine politico tam à principibus quàm à subditis servari debent. Altera de quatuor primorum Chalifarum, Buidarum, Seljoukidarum & Fatimitarum imperio.

Is codex ab ipso auctore exaratus dicitur anno Hegiræ 701.

DCCCXCVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur tractatus cujus titulus solouk al malek fi tedbir al memalek, id est, de bono principis regimine: liber in tabulas divisus, & ex Aristotelis scriptis collectus; verum speciminis potius quam plenæ institutionis loco habendus. Auctore *Aboulabbas Ahmed Ebn Mohammed Ebn Abilrabi al Hakim,* sive medico, qui in præfatione testatur se ad hoc opus suscipiendum maximè è lectione cujusdam libri de conservanda principum valetudine impulsum, cum ipse reputaret majorem animi quam corporis habendam esse rationem.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 959.

DCCCXCVII.

Codex bombycinus, ex urbe Mismis ad montem Atlantem posita in Bibliothecam Colbertinam illatus anno 1683. Petis de la Croix opera. Ibi continetur tractatus magni apud Mahummedanos nominis, de ratione qua aulici se gerere & verba facere apud principes debeant. Laudantur sententiæ & acutè dicta, quorum complura exempla adducuntur. Occurrunt quoque historiæ non paucæ, auctore *Ebn Cotrob* Marocci regis Viziro.

Is codex charactere Mauritanico exaratus est.

DCCCXCVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus agiaib al makhlouiat, vel garaib al masnouat, id est, rerum quæ à Deo conditæ, vel ab hominibus fabrefactæ sunt admiranda & peregrina. Auctore *Zacharia Ebn Mohammed Ebn Mahmoud Alkemouni,* vulgo *Cazuini.* Constat hocce opus prolegomenis quatuor & tractatibus duobus. In prolegomenis vero differitur 1.° de admiratione, quid sit. 2.° de entium divisione, qua Deus non comprehenditur. 3.° de admirabili. 4.° de multiplici rerum in natura positarum substantia & existentia. Ad duos tractatus quod attinet, in uno res superiores & à nobis remotæ, in altero inferiores explicantur. Ibi non pauca reperias ad geographiam & historiam naturalem

ſpectantia. Fit & interdum mentio virorum doctrinæ laude inſignium qui in variis oppidis nati ſunt.

DCCCXCIX.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber inſcriptus mirabilia regionum. Auctore *Zacharia Mohammedis* filio Caſbinenſi.

C M.

Codex bombycinus, ex urbe Syriæ Tripoli in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur tractatus cujus titulus tohfat al garaib, ſive rerum peregrinarum & mirandarum donum. Is autem idem prorſus eſt cum illo qui agiaib al makhlouiat inſcribitur, cujus auctor *Zacharias* Caſbinenſis.

Is codex ex auctoris ipſius autographo deſcriptus eſt anno Hegiræ 660.

C M I.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inſcriptus compendium rerum mirandarum. Dividitur in duas partes, quarum prior de rebus mirandis à Deo conditis, altera de Adamo, illiuſque poſteris, de variis orbis regionibus, ac præſertim de Ægypto, illiuſque regibus.

C M I I.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus cujus titulus ſcharh le Kouagè Zadeh fi ketab hedaiat al hekmat, id eſt, *Kouagè Zadeh* commentarius in librum Ebn al Athir al Abheri, qui ſapientiæ ſive philoſophiæ index vel ductor inſcribitur. Monere tamen operæ pretium eſt Abherium in hedaiat de rebus logicis, phyſicis, & metaphyſicis diſputaſſe, à noſtro vero auctore de rebus tantum naturalibus ſermonem inſtitui, illudque ſtylo facili & perquam eleganti.

Is codex Pruſæ in Bithynia exaratus eſt anno Hegiræ 803.

C M I I I.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Soihabiddini Gazarei* tractatus inſcriptus mirabilium præſtantia & inuſitatorum venuſtas. Ibi diſſeritur de cælo, angelis, & archangelis ſublunaribus, quatuor elementis & meteoris, de mundo, tempore, die, menſibus, anno, quatuorque illius partibus, de fluviis, pontibus, puteis, montibus, urbibus, mineralibus & animalibus.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 684.

C M I V.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus de regnis mundi liber vigeſimus tertius, auctore *Acmad Scialıdino Abu Elabbaſi*. Ibi ſermo de mundo, mercurio, ſulphure, terræ motibus & vaporibus, de Adamo, Noe, diluvio, Abrahamo, Iſaaco, duodecim Patriarchis, quatuor monarchiis, Chriſto Domino, Mahummede, uxoribus, illiuſque ſociis, Chaliſis præſertim Babyloniis.

C M V.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur opus inſcriptum liber decoris & animi relaxationis, ubi de plantis & metallis ad conficiendum lapidem quem philoſophalem vocant idoneis, illorumque præparandorum ratione juxta alchymiſtarum doctrinam, & Giaber regulas, auctore *Hezzeddino Ali Gialdacheo*.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 973.

C M V I.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus hiat al haivan al kobra, id eſt, hiſtoria animalium, quæ major dicitur ad minoris diſcrimen. Utraque eundem habet auctorem cujus nomen *Kemaleddin Mohammet ben Iſſa al Domairi*, ſecta Schafeium, profeſſione juriſconſultum, qui in præfatione teſtatum reliquit ſe à nemine invitatum aut juſſum, verum ſua ſponte ad ſcribendum acceſſiſſe, ut controverſias quæ inter Mohammedanos doctores circa varias animalium ſpecies occurrunt, componeret. In minori autem hiſtoria complures narrationes fabuloſas, ſomniorumque videas interpretationes, quibus major caret.

Is codex juſſu cujuſdam Solimanni Effendi, divani Conſtantinopolitani ſcribæ primarii, exaratus eſt anno Hegiræ 1079.

C M V I I.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Camaliddini Mahummedis Ebn Iſa Aldomairi* hiſtoria animalium, ordine alphabetico diſpoſita, ubi multa de illorum nominibus & proprietatibus. Huic operi manus ultima impoſita dicitur anno Hegiræ 773.

CMVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus, quo continetur hiſtoria animalium, auctore *Kemaleddino*.

CMIX.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, characteribus Mauritanicis exaratus, ubi continetur hiſtoriæ animalium pars prima, ordine alphabetico, quem auctor neglexerat, diſpoſita. Hocce opus à *Kemaleddino Mohammede* filio *Iſſa al Domairi* publici juris factum eſt.

CMX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur hiſtoria animalium, ubi de illorum natura, proprietatibus, ſymbolis & utilitate quæ ex iis percipi poteſt, quatenus hæc omnia ad rem medicam referuntur. Ibi etiam occurrunt proverbia & ſententiæ poëticæ quæ in variorum ſcriptis ad animalia pertinent. Auctore *Mahummede Ebn Marwan*, à quo opus illud abſolutum anno Hegiræ 773.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 1027.

CMXI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi tractatus inſcriptus animalium vita, ordine alphabetico diſpoſitus, ubi de animalium & avium nominibus, proprietatibus & utilitate quæ ex iis percipi poteſt.

CMXII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus ketab al falahat, ſive tractatus de agricultura, auctore *Abou Zacharia Jehia Ebn Mohammed Ebn Ahmed al Aonam*. Dividitur opus in duas partes, quarum prima de telluris cognitione, electione, ſtercoratione, irrigatione, cæteriſque culturæ generibus. Altera vero cujus ſexdecim priora tantum capita ibi reperias, inquiritur in varia ſementum genera quæ telluri mandari poſſunt. Ait *Abou Zacharia* ſe duorum ſcriptorum veſtigiis potiſſimum inſiſtere, videlicet Abou Omar Ebn Hagiage, qui meſtah al falahat, ſive agriculturæ clavem anno Hegiræ 466. publici juris fecit, & Cothai qui de agricultura Nabathæa ſcripſit. Is autem ab Adamo exordium capiens, præcipuos rerum ruſticarum auctores ſumma cura & diligentia conquiſitos recenſuit.

Ad illius codicis calcem hæc legas: explicit pars prima, ſequetur Deo dante, altera quæ à capite decimo ſeptimo incipit.

CMXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur tractatûs de agricultura pars ſecunda & tertia. In ſecunda auctor præmiſſa calendarii ruſtici delineatione, de lunationibus ad agriculturam pertinentibus, anni tempeſtatibus ſationi, aliiſque ruſticanis operibus idoneis, variis ſtercorationis generibus, graminis, juncorum & arundinum exſtirpatione diſſerit. In tertia vero parte quæ complectitur agriculturæ Nabathææ è Chaldaica lingua in Arabicam converſionem, ſermo fit de plantis & oleribus, à Caryophyllo ad Thegamum quæ eſt albicantis plantæ ſpecies, cujus decoctum canitiem accelerare dicitur. Tractatus illius auctor *Ebn Vahſchiah*, qui ultimam huic manum impoſuit anno Hegiræ 291.

Is codex exaratus eſt anno ejuſdem æræ 1043.

CMXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus inſcriptum ketab mokhtaſſar al falahat, id eſt, compendium libri de agricultura ab *Ebn Vahſchiah* compoſiti. In ea autem epitome de telluris excolendæ ratione, ſeminibus terræ committi ſolitis, morborum quibus animalia & aves domeſticæ vexantur curatione, ut & de modo quo variæ anni tempeſtates aſtronomiæ adjumento divinari poſſint, diſſeritur. Quod ſi auctori anonymo fides, nihil à ſe dictum quod ex Democratis ſcriptis non hauſerit.

CMXV.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi opus, in quo libri ab *Ebn Vahſchiah* de agricultura conſcripti in epitomen contrahuntur.

CMXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur anonymi tractatus de agricultura. Dividitur in duas partes, quarum prima de arboribus & fruticibus; ſecunda vero de plantis humilioribus. Sic autem in

eo argumento versatus est auctor, ut de plantarum natura & viribus explicandis parum sollicitus, ad illarum excolendarum rationem exponendam totus se converterit. In eo autem opere Malaiesa medicus & Græci agriculturæ auctores sæpenumero laudantur. Nonnulla sub finem desunt.

PHILOSOPHI.

In-quarto.

CMXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Isæ Alsusi* opus inscriptum magnæ epistolæ explanatio. Ibi de tribus intellectus operationibus juxta recentiorum philosophorum methodum.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1077.

CMXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus fatehat al oloum, id est, januam scientiarum aperiens. Auctore viro doctrina, pietate & morum gravitate apud Mahummedanos celeberrimo *Abi Hamed al Gazali.* Dividitur opus in septem capita, quorum primum de doctrinæ præstantia. Secundum, de recta ad doctrinam capessendam intentione. Tertium, de signis quibus veri doctores à falsis dignoscuntur. Quartum, de disciplinis studio dignis, illarumque partitione. Quintum, de disputationibus & conditionibus ad disputandum requisitis. Sextum, de docentis & discentis officiis. Septimum, de principum muneribus & salariis, quatenus liceat doctoribus illa accipere & insumere.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 873.

CMXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus kaschf al asrar, vel hatkal astar, id est, revelatio arcanorum & manifestatio rerum reconditarum, ubi de variis scientiarum & disciplinarum generibus, auctore *Abdarrahman ben Abibekr al Demeschki,* cognomine *al Giaouberi,* qui initio operis scriptores enumerat quos in eo tractatu conscribendo potissimum secutus est.

CMXX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus irschad el kassed ila asna almokassed, id est, directio intendentis ad majora proposita, ubi de variis scientiarum generibus breviter differitur, auctore *Schemseddino Mohammed Ebn Sahed* Ansaræo, qui anno Christi 1391. vivere desiit.

CMXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur opuscula duo, in quibus de rebus ad artem disserendi pertinentibus. Auctorum nomina ignorantur.

CMXXII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus brevis de scientiarum intellectualium divisione.

2.° Anonymi de orbibus cælestibus excerpta quædam è scriptis *Abderremani Omar al Thusi.*

3.° Anonymi de physica tractatus divisus in partes tres, quarum prima de corpore physico in genere; secunda, de corporibus cælestibus; tertia, de elementis.

4.° Anonymi de metaphysica tractatus divisus in partes tres, quarum prima de entis divisione; secunda, de ente necessario existente; tertia, de angelis, adjunctis notis quibusdam interlinearibus & marginalibus.

5.° Tractatus de astronomia, auctore *Mahummede Khuaresmi Alfakih,* adjunctis notis quibusdam.

6.° Fragmenta varia ad arithmeticam & geometriam spectantia.

CMXXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Cogiazadæ* tractatus, ubi varii philosophorum errores confutantur. Is ex ipsius auctoris exemplari descriptus dicitur.

2.° Anonymi epistola qua refellitur quorumdam philosophorum de individuitate opinio, adjectis notis *Eben Camal* Bassa, quibus doctrinam anonymi evertere conatur.

3.° Anonymi epistola de judiciis, cum notis ejusdem *Eben Camal.*

4.° *Gialaliddini Douanci* epistola, ubi probatur admittendum esse ens aliquod quod necessario existat.

Is codex anno Hegiræ 928. exaratus est.

CMXXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus, ubi varii philosophorum errores confutantur, adjectis quibusdam *Eben Camal* in hunc auctorem animadversionibus.

2.° Anonymi epistola de judiciis, cum notis ejusdem *Eben Camal.*

3.° *Gialaddini* epistola de honesto, cum *Eben Camal* animadversionibus.

CMXXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Anonymi epistola, ubi de logica.

2.° Opusculum cujus titulus, sufficiens. Ibi traduntur præcepta ad perfectiorem Arabicæ linguæ intelligentiam comparandam idonea, auctore anonymo, qui tamen in præfatione monuit natum se esse in oppido Haintab propè Aleppum.

Is codex anno Hegiræ 869. exaratus est.

CMXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur opuscula logica pleraque imperfecta, è quorum numero ressalat sive mokaddemat al Athiriat, id est, tractatus *Athireddini al Abeheri* in isagogen Porphyrii, qui liber eo est apud Mohammedanos in pretio, ut quam plurimi ad illum illustrandum & commentariis, scholiisque locupletandum accesserint.

CMXXVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi scholia in Athireddini al Abeheri tractatum quo Porphyrii isagoge explicatur.

2.° Isagoges Porphyrii explicatio, auctore *Athireddino al Abeheri.*

3.° Liber cujus titulus ressalat al berdaiat, sive tractatus metaphysicus, cujus auctor *al Berdai.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 911.

CMXXVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, ubi continentur:

1.° Commentarius in philosophiæ compendium, cujus auctor *Athireddin al Abeheri,* commentatoris vero nomen *Mula Zadeh.*

2.° Folia aliquot incompacta, quibus brevis præceptorum legis Mohammedicæ explicatio occurrit.

CMXXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Anonymi commentarius in isagogen, cujus auctor Athireddinus. Sub finem quædam desiderantur.

2.° Anonymi opusculum, ubi de locis variis quibus thesauri reperiri possunt. Initium & finis desiderantur.

3.° Anonymi tractatus de literarum alphabeti Arabici vi & proprietatibus, illudque ad conficienda telesmata.

4.° Anonymi opus de horis & momentis ad aliquid aggrediendum faustis & infaustis.

5.° Tractatus de astrologia quam judiciariam vocant, auctore *Davide* medico.

6.° Fragmentum ubi de amuletorum conficiendorum ratione.

7.° Fragmentum ejusdem argumenti.

8.° Tractatus ejusdem argumenti, auctore *Khouaresmi.*

CMXXX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur commentarius in philosophiam Athireddini Abeheri, auctore *Husein* filio *Mohyeddin,* à quo hocce opus anno Hegiræ 880. absolutum dicitur.

Is codex exaratus est anno ejusdem æræ 1000.

CMXXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus ressalat fi adab al dach, id est, tractatus de conditionibus disputationis philosophicæ, in quo de vocibus & terminis in metaphysicorum scriptis usurpari solitis, deque vera disputandi methodo, auctore *Schemseddino Mohammed al Samarcandi,* viro apud Mohammedanos ob insignem in rebus philosophicis peritiam celebratissimo.

CMXXXII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur.

1.° Liber cujus titulus giamé al dakaiek fi kaschf al hakaiek, id est, summa disquisitionum subtiliorum circa verum ratiocinandi modum, auctore viro dignitate &

conditione insigni *Mohammede al Giovini,* Ægypti Viziro.

2.° Ejusdem tractatus, ubi de naturæ arcanis differitur. Quod illius opus partim ad logicam, partim ad physicam pertinet.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 863.

CMXXXIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus scharh al tagrid lel Esfahani, id est, disquisitiones metaphysicæ sive scholasticæ, quarum auctor est *Mohammed al Thousi,* doctor magni apud Mohammedanos nominis, adjunctis notis *Mahmoud ben Abi Cassem ben Ahmed* Hispahanensis.

CMXXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Tertia pars libri cujus titulus meftah al oloum, id est, clavis scientiam aperiens. In tertia autem illa parte de arte dicendi disputatur, auctore *Serageddino Abou Jacob Joseph ben Abibekr ben Mohammed al Seraki,* qui anno Hegiræ 626. vivere desiit.

2.° *Saadeddini Massoud ben Omar al Tagtazani* sæculo octavo clari, in clavem scientiarum commentarius duplex; prior mothoual, id est, prolixior, alter vero moktassar, sive brevior inscriptus.

3.° Tractatus de sphæra cælesti, cujus auctor *al Giagmini,* adjunctis scholiis Cadhi *Zadeh al Roum.*

Hujusce codicis pars prior anno Hegiræ 999. altera 1001. exarata est.

CMXXXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur pars tertia libri cujus titulus meftah al oloum, id est, clavis scientiarum, ubi de arte dicendi, sive de rhetorica differitur. Illius auctor *Abou Jacob Joseph al Sarraki.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 971.

CMXXXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Scholia *Alaeddini Ali ben Mohammed al Mosnafek* in commentarium quem edidit Saadeddinus Massoud ben Omar al Tagtazani, ad tractatum cujus titulus meftah al oloum, id est, clavis scientiarum, ubi de rebus ad dialecticam & metaphysicam pertinentibus.

2.° Scholia in eundem librum, quorum auctor est Cadhi *Zadeh.*

Hujusce codicis pars prima anno Hegiræ 971. altera vero anno 992. exarata est.

CMXXXVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur commentarius in tertiam partem libri cujus titulus meftah al oloum, id est, clavis scientiarum. In tertia illa parte de sensu recondito sermonis, ejusque enucleatione disputatur. Cum autem Serageddini opus innumeros prope scholiastas habuerit, quis hujusce commentarii auctor sit, definire non ita facile. Videtur tamen ab officio quo in mesquitis fungebatur monadhen, sive præconis cognomen ipsi inditum esse.

CXXXXVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur *Ali* filii *Mohammed* Germaniensis, commentarius in librum cujus titulus mothaleb al anouar, ubi de rebus ad logicam, physicam & metaphysicam pertinentibus differitur, auctore *Siragiddino Mahmoud* Armanensi.

CMXXXIX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur explicatio commentarii cujusdam in tractatum Esfahani, ubi de dialectica & metaphysica, auctore *Ali* filio *Mohammed* Germaniensi, qui vulgo *Assaied* nuncupatur.

Is codex anno Christi 1476. exaratus est.

CMXL.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Commentarius in logicam ressalat al schamsiat dictam, cujus auctor *Nagmeddinus* filius *Ali* Casbinensis. Interpretis vero nomen *Kothbeddinus* Razensis. Ad oram codicis conjectæ notæ quædam.

2.° Anonymi commentarius in eamdem logicam.

Is codex exaratus est anno Christi 1365.

CMXLI.

Codex bombycinus, quo continentur anonymi scholia in ressalat al schamsiat, sive tractatum de dialectica, cujus auctor *Nagmeddin Ali ben Omar* Casbinensis.

CMXLII.

CMXLII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur anonymi ſcholia in reſſalat al ſchamſiat, ſive tractatum de dialectica, quem Nagmeddinus Ali ben Omar nuncupavit Khouagiah Schemſeddino.

CMXLIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Opus inſcriptum ketab al haougial, id eſt, liber qui indicis viæ & ductoris ſolertis vice fungitur. Incipit auctor anonymus ab Ariſtotelis vita & doctrina. Sequuntur Alexandri magni, Salomonis, Lokmanni & Jeſu filii Sirakh dicta & axiomata quædam ad morum doctrinam pertinentia.

2.° Vita, geſta, & reſponſa Secundi, ſive Sekandas philoſophi Berytenſis, qui Hadriani imperatoris temporibus floruit. Illius autem ſcriptoris nonnulla Græcè Holſtenii cura prodierunt.

3.° Teſtamentum Hareth ben Kab. Hos omnes tractatus collegit Chriſtianus quidam Græcus.

CMXLIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus ketab al ſiaſſat fi tedbir al riaſſat, id eſt, liber politicorum Ariſtotelis ad Alexandrum magnum. Interdum vero inſcribitur ſerr al aſrar, ſive arcanum arcanorum. Illud autem opus conſtat capitibus duodecim, quibus varia ſapientum axiomata & philoſophorum dogmata Ariſtotelis nomine proponuntur, & è Græca lingua in Arabicam ab *Jahia ben Batrikh* converſa eſſe dicuntur.

CMXLV.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam regiam Joannis Franciſci la Croix opera illatus. Ibi continentur:

1.° Tractatus cujus titulus ketab al ſiaſſat fi tedbir al riaſſat vel al firaſſat, id eſt, liber de regimine politico, qui Ariſtoteli parum rectè tribuitur.

2.° Opus inſcriptum ketab al feraid vel al kelaid, id eſt, torques & monilia. Conſtat octo capitibus, quibus ſententiæ variæ tam ad doctrinam morum, quàm ad regimen politicum ſpectantes, collectæ ſunt. Auctore *Aboulhaſſan Mohammed ben Hoſſain al Ahouaſi.*

3.° Liber cujus titulus agiaieb al makloukat, ubi multa ad hiſtoriam naturalem pertinentia, auctore *Cazouino.* Deſideratur initium.

Hujuſce codicis pars prima anno Hegiræ 968. altera anno 971. exarata eſt.

CMXLVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inſcriptum ſiaſſat al ſcheriiat fi eſlah al rai, vel al raiat, id eſt, de adminiſtranda juxta Mohammedicas leges republica tractatus, in quo principum jura & ſubditorum officia examini ſubjiciuntur. Auctore *Ebn Timieh,* magni apud Mahummedanos nominis juriſconſulto.

CMXLVII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Ebn Ethes* tractatus in duodecim ſectiones diviſus, ubi de variis principum officiis.

Is codex anno Hegiræ 753. exaratus eſt.

CMXLVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus ſolvan al methaa fi adouan al atbaa, id eſt, remedia ſive ſolatia malorum. Dividitur opus in ſectiones quinque, quarum prima de illo animi affectu quo omnia alterius arbitrio committimus, & commendamus. Secunda, de animi robore & firmitate. Tertia, de patientia. Quarta, de conformatione voluntatis noſtræ beneplacito divino. Quinta, de vitæ purioris & ſeverioris ſtudio, quo à mundanis voluptatibus coercemur. Auctore *Abou Haſchem Mohammed,* à quo tractatus ille abſolutus anno Hegiræ 565.

CMXLIX.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii. Ibi continentur:

1.° Tractatus cujus titulus al farag baad al ſchediat, id eſt, mœroris & calamitatis ſolatium, auctore *Abi Ali Haſſan ben Ali* al Cadhi *al Tenouki,* qui anno Hegiræ circiter 484. vivere deſiit. In eo autem tractatu multa ex Alcorano, illius interpretibus, hiſtoriciſque monumentis excerpta reperias.

2.° Opus inſcriptum tohfat al mogtareb beblad al magreb, id eſt, peregrinantis in Africa donum, ſive collectanea ad hiſtoriam pertinentia, auctore *Ahmed ben Ibrahim ben Jehia al Azdi al Caſtelani.*

Is codex characteribus Mauritanicis exaratus eſt.

C M L.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber inſcriptus, remedia adverſus mœſtitiam. Dividitur in quatuor partes, quarum prima de ſpe in ſolo Deo ponenda. Secunda, de malorum oblivione. Tertia, de patientia. Quarta, de rerum hujuſce mundi contemtu. Auctore *Mahummede* filio *Zafar*, qui ut ſcopum aſſequeretur, varia attulit argumenta cùm è ratione, tùm è veterum teſtimoniis petita.

C M L I.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Liber inſcriptus ketab al maounat ala def al hamm, vel al gamm, id eſt, auxilium ad curas, ſollicitudines, animique mœrorem depellendum. Conſtat hoc opus capitibus duodecim, ubi de totidem virtutibus & vitiis illis oppoſitis diſſeritur. Auctore *Elia* Niſibenſi, ſecta Neſtoriano.

2.° Epiſtola de mœrore ſedando, cujus auctor parum rectè fertur Plato.

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1569.

C M L I I.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno 1489. ſcriptus. Ibi continetur *Mahumedis Haggidini Abu Schihab* ex urbe Apamea, tractatus de conſolatione, quo multa ex hiſtoriis petita exempla leguntur.

C M L I I I.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Mohammedis Ariſci* Adavenſis tractatus de conſolatione.

2.° Anonymi tractatus inſcriptus relaxatio mentis, ubi multa ad doctrinam morum ſpectantia.

C M L I V.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus tohfat al albat, vel nokhbat al aagiaieb, id eſt, munus viris cordatis exhibitum, ſive electa rerum mirandarum. Titulus operis capiti præfixus paulo aliter ſe habet, genuinus tamen is qui repræſentatur. Conſtat præfatione qua ſcriptoris conſilium & ſcopus declarantur. Sequuntur capita quatuor, quorum primum de orbis univerſi forma & figura, tum de hominibus & dæmonibus ſive geniis. Secundum, de admirandis tam naturæ quàm artis, quæ in variis orbis regionibus conſpiciuntur. Tertium, de maribus & variis piſcium, ſive monſtrorum generibus. Quartum, de monumentis & ſepulcris. Auctore *Abou Abdallah Mohammed, ben Abdalrahim, ben Soliman* Granatenſi.

C M L V.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus agiaieb al makloukat, ſive epitome operis quod inſcribitur admiranda creaturarum, auctore *Mohammed al Caſouini*. Ibi de rebus ad phyſicam potiſſimum pertinentibus diſſeritur.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 953.

C M L V I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus agiaieb al makloukat, id eſt, admiranda rerum, auctore *Caſouini*. In noſtro hoc codice non pauca deſiderantur.

C M L V I I.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Zachariæ* Caſbinenſis tractatus ordine alphabetico diſpoſitus, ubi de rebus ad phyſicam pertinentibus.

C M L V I I I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus agiaieb al makloukat, id eſt, miranda quæ in rebus creatis reperiuntur. Ibi de rebus ad phyſicam pertinentibus diſſeritur. Auctore *Zacharia* Caſbinenſi.

C M L I X.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur librorum Plinii qualis apud Orientales habetur, compendium, hoc titulo, liber ſecreti creaturarum Balini ſapientis.

C M L X.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur tractatus de rerum naturalium cauſis & principiis. Auctore Moula *Zadeh*, adjunctis notis quibuſdam, quæ,

nullo ſervato ordine, ad oram codicis conjectæ ſunt. Ibi non pauca deſiderantur.

CMLXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus al bahagiat al enſiat fil feraſſat al enſaniat, &c. ſive tractatus de phyſiognomia & chiromantia, quo ejuſdem generis opus tohfat al bahiat inſcriptum illuſtratur & magnis acceſſionibus locupletatur. Ibi multa ſuperſtitioſa occurrunt, præſertim circa ſigna quibus fideles ab infidelibus, & ſapientes ab indoctis ſecernuntur.

CMLXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus as as al riaſſat fi elm al feraſſat, id eſt, tractatus phyſiognomonicus, auctore *Mohammede ben Ibrahim, ben Saad al Anſari.*

CMLXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus reſſalat fi elm al feraſſat, id eſt, tractatus phyſiognomonicus è variis ſcriptoribus collectus, quos inter Philemon, Ariſtoteles, Almanſor, al Razi, Ajad Schafei, Ebn Arabi. Hujuſce operis auctor eſt *Mohammed ben Abi-Thaleb al Anſari, al Sofi* Damaſcenus.

Is codex juſſu Ragiebi, divani Cairenſis accenſi majoris, exaratus eſt anno Hegiræ 1075.

CMLXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Collectanea de ſubſultûs & palpitatationis membrorum ſubitaneæ ſignificatione, auctore anonymo.

2.° De itineris Meccani hoſpitiis à Cairo urbe ad Meccam uſque. Auctore *Muhammede Mohebiddino Ebn Elaatthar.*

3.° Ariſtotelis ad Alexandrum magnum epiſtola commentitia de ſagittis alcateriis, quibus victoria aut imminens clades ſignificantur.

4.° Hiſtoria fabuloſa de crania ſive calvaria quam Chriſtus Dominus interrogavit, ut & de illius reſponſis.

CMLXV.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam regiam Joannis Franciſci la Croix opera illatus. Ibi continentur:

1.° Liber inſcriptus hiat al haivan al kobra, ſive tractatus de animalibus, cujus auctor *Domairi.*

2.° Liber cujus titulus ketab kolilah ve damnah, apologi ſive fabulæ quæ ex Indica lingua in Arabicam converſæ ſunt.

CMLXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur tractatus de avibus & floribus, cujus auctor *Ezziddinus Ebn Ganem* Hieroſolymitanus. Philologorum potius quàm phyſicorum more in exponendis rebus verſatur.

CMLXVII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam regiam Joannis Franciſci la Croix opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus mogni al khollan an haivat al haivan, id eſt, quod amicis ſatis eſt è libro de animalibus, ſive compendium operis illius quod Domairi de animalibus conſcripſit.

CMLXVIII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanſlebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur liber de plantis, adjunctis illarum figuris. Auctore *Ebn Abuzahar,* qui à ſe peragratas quatuor mundi plagas eo conſilio aſſerit, ut in eam rem accuratius inquireret. In eo tamen libro qui eſt altera hujuſce operis pars, illæ tantum plantæ reperiuntur de quibus Dioſcorides libro 4.° Quod vero ad Abuzaharrem attinet, monaſticam vitam profitebatur, Ommiadiſque imperantibus floruit anno Hegiræ 125.

CMLXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus de arboribus & fruticibus, ut & de utilitate quæ ex illis capi poteſt.

2.° Opus inſcriptum ſad kelamat, ſive apophthegmata centum Omar filii Alkattab, & Ali filii Abutaleb, adjunctis gloſſa & commentariis Perſica lingua editis: utriuſque auctor *Mohammed* filius *Mohammed Ameri.*

3.° Tractatus de lapidibus pretioſis, auctore *Schehabeddino Ahmed* filio *Yoſeph Tifaſchi.*

4.° Anonymi tractatus de peſte.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1063.

CMLXX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus thesaurus mercatoris, sive lapidum historia naturalis è Græcis Arabicisque scriptoribus collecta, nuncupataque Mansori Hafiereddino Mohammed principi Hamat, auctore *Bailac Kabgiagi*, à quo opus illud Cairi absolutum est anno Hegiræ 681.

CMLXXI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus cujus titulus omdat al safouat fi hall al cahuat, id est, de usu legitimo & licito potionis quæ Cafe nuncupatur. Auctore *Abdalcader ben Mohammed al Ansari*. Constat opus illud capitibus septem, & publici juris factum est anno Hegiræ 996. cum ab annis centum & viginti ejus potionis usus in Arabia felici obtineret.

CMLXXII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Tractatus cujus titulus ketab al fossoul al athna aschar le Osthanes al hakim, id est, liber definitionum sive aphorismorum duodecim *Osthanis* sapientis, de lapide glorioso sive philosophico, è Græca lingua in Persicam & Chorasanicam, deinde in Arabicam ab anonymo conversus.

2.° Opus inscriptum ketab al molk, id est, liber regni sive possessionis & divitiarum, tractatus chymicus, & pars octava quingentorum illorum quos de hoc argumento literis consignavit *Abou Moussa Giaber ben Haijam al Sofi*, qui vulgo *Geberi* nuncupatur.

3.° Alia quædam *Osthanis* sapientis opuscula, ubi de arte chymica.

CMLXXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Tractatus cujus titulus rotbat al hakim, id est, gradus sapientis & introductio ad doctrinam. Opus chymicum, in quatuor capita divisum, ubi de lapide philosophico illiusque præparatione fusè differitur, auctore *Aboulcassem Moslemah ben Ahmed* Cordubensi.

2.° Opus inscriptum ressalat manaoviat be dhia al dholmat le tholab al hekmat, id est, epistola qua obscura philosophiæ chymicæ in gratiam studiosorum explicantur, auctore incerto.

CMLXXIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur operis inscripti claves misericordiæ, & lampades sapientiæ, pars prima, auctore *Mohieddino Hossain* filio *Ali*, filio *Muhammedis Tograi*, ex urbe Ispahan, qui ibi totus est in exponendis alchymiæ mysteriis, illudque in hominum tenuiorum gratiam.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 934.

CMLXXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, initio & fine mutilus, quo continetur anonymi tractatus, ubi de quintæ essentiæ & lapidis quem philosophicum vocant, conficiendi ratione differitur.

PHILOSOPHI.

In-octavo.

CMLXXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus cujus titulus taalim al motaallem, id est, institutio dicentis, sive methodus ad comparandas scientias utilis. Auctore *Borhaneddino al Zerbergi*. Adjuncta sunt scholia cujusdam *ben Ismael*, qui illa in gratiam eunuchi primarii anno Hegiræ 996. imperante Amurathe III. conscripsit.

Is codex manu Ibrahim ben Hossain al Vizir anno ejusdem æræ 1047. Constantinopoli exaratus dicitur.

CMLXXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi introductio ad logicam, ubi de tribus mentis operationibus.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1074.

CMLXXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, quo continetur liber cujus titulus mesabih, id est, lampades accensæ, sive commentarius in tractatum dialecticum Ali ben Omar al Kasuini, qui ressalat al schamsiat inscribitur. Commentarii illius auctor est *Schamseddinus* Schiraziensis.

CMLXXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus almosciare fiadeb el soluk, id est, liber de bonis moribus, sive recto in moribus incessu. Quod opus constat sexaginta capitibus. Illius auctor est *Azzeddinus ben Attaieb.* Ibi quædam de Hierosolymorum obsidione, anno Christi 1187. occurrunt.

Is codex manu cujusdam Zainoldini ben Ibrahim al Homsi exaratus est anno Christi 1599.

CMLXXX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus Vanslebii opera, quo continetur opus inscriptum siassat al scheraijat, id est, politica legalis, sive tractatus de administranda republica, Mohammedicis legibus accommodatus. Auctore *Takieddino ben Timiat,* qui ob vitæ religiosæ studium Zahed nuncupatur.

Is codex anno Hegiræ 876. exaratus est.

CMLXXXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur commentarius in librum Persicè conscriptum, cujus titulus rosarium politicum, auctore *Jacobo* filio *Saydali.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 934.

CMLXXXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Hegiræ 711. exaratus. Ibi continetur *Mahumedis Hasanei* annalium compendium. Dividitur in duas partes, quarum prior de regia potestate juxta Alcorani doctrinam; altera de quatuor celebrioribus Chalifis, Abubekir, Omar, Osman & Ali. Multa desiderantur.

CMLXXXIII.

Codex chartaceus, quo continetur liber cujus titulus fovaid most e khassat men ketab agiaieb al makloukat, id est, selecta è libro historiæ naturalis Kasouini, quæ agiaieb al makloukat, sive admiranda rerum inscribitur.

CMLXXXIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus. Ibi continetur pars prima libri cujus titulus lucerna. Auctor *Algiabdachi* in eo totus est, ut alchymiæ mysteria & ænigmata patefaciat.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1094.

MEDICI.

In-folio.

CMLXXXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur *Galeni* commentarii in Hippocratis aphorismos, è Græca lingua in Syriacam ab *Honaino Isaaci* filio, & è Syriaca in Arabicam à *Costha ben Luca,* aliisque conversi. Complures enim operum à Græcis de re medica conscriptorum feruntur interpretes.

Is codex manu cujusdam Christiani Syri exaratus est anno Hegiræ 640. mense Syrorum Haziran dicto, qui Maio nostro respondet.

CMLXXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum ketab Gialinous fi tedbir al schat, id est, *Galeni* liber de sanitate tuenda, in sex tractatus sive sermones divisus. Ibi de interprete ne verbum quidem.

CMLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Opus inscriptum ketab Gialinous fel alaschat sat ala rai Abocrath, id est, liber Galeni de elementis juxta Hippocratis sententiam, è Graca lingua ab *Honaino Isaaci* filio conversus, illustratus vero studio *Ahmedis ben Mohammed Ebn Alaschaat.*

2.° *Galeni* libri sex de temperamento, eodem interprete.

Is codex exaratus Hierosolymis anno Hegiræ 614. illudque ad usum Josephi Samaritani Israelitæ medici, à quo ad Meletium quemdam Christianum pervenit.

CMLXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum ketab Gialinous fi menafe al aadha, sive *Galeni* liber de usu partium humani corporis, septemdecim sectionibus sive sermonibus constans, interprete *Honaino Isaaci* filio, cognomine *al Ebadi* medico Syro, qui complures alios Galeni tractatus è Græca lingua, imperante Almamone Chalifa, convertit. Hujusce exemplaris initio Galenus à Mohammedano

quodam iis titulis ornatur, medicorum antesignanus, mirandorum patrator, rerum peregrinarum inventor: adjuncta etiam euphemia, retribuat illi Deus mercedem bonam, & parcat.

Is codex manu Abdallæ cujusdam Ebn al Fetah Abundarii Ispanensis anno Hegiræ 682. exaratus est.

CMLXXXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Avicennæ* canonis pars prima.

Hujusce codicis primus quaternio recentiori manu exaratus est. Cæteri vero magnam antiquitatem præ se ferunt.

CMXC.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur canonis *Avicennæ* pars prima.

CMXCI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur canonis *Avicennæ* pars prima.

MCXCII.

Codex bombycinus, quo continetur pars libri primi canonis *Avicennæ,* quæ incipit à tractatu secundo, & ad finem usque ejusdem libri primi pertingit, videlicet ad tractatûs quarti articulum trigesimum primum, qui tamen in aliis codicibus trigesimus secundus numeratur.

Is codex anno Hegiræ 617. exaratus est.

CMXCIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus, magnamque præ se ferens antiquitatem. Ibi continetur *Avicennæ* canonis pars secunda.

CMXCIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, magnam præ se ferens antiquitatem, ubi continetur *Avicennæ* pars secunda, in duas sectiones divisa, quarum prima de rebus ad physicam pertinentibus; secunda, de medicamentorum simplicium viribus & proprietatibus, illudque ordine alphabetico Hebræorum, non Arabum more disposita.

CMXCV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur canonis *Avicennæ* pars secunda. Initio quædam desiderantur.

CMXCVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur tertia pars canonis *Avicennæ.*

CMXCVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Avicennæ* liber tertius, qui medicinæ canon inscribitur.

CMXCVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Avicennæ* canonis pars quarta & quinta.

CMXCIX.

Codex bombycinus, quo continetur canonis *Avicennæ* liber quintus, ubi de medicamentis compositis differitur, adjuncta anonymi interpretatione Persica, qua major operis illius pars illustratur.

M.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, scriptus anno Hegiræ 576. Ibi continetur *Avicennæ* canonis pars nona & decima.

MI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus teffir fel canoun, sive expositio partis primæ canonis Avicennæ, ubi de principiis generalibus & fundamentis artis medicæ disputatur. Præmittitur *Avicennæ* textus. Sequuntur auctoris anonymi observationes philosophorum potius more, quàm medicorum conscriptæ.

MII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur commentarii in Avicennæ canonem, auctore *Alaiddino Abu Hassan Aly Ebn al Kiscarsci.* Commentariis præmittuntur prolegomena quædam, ubi de membrorum in animalibus diversitate, de anatomiæ principiis, de membrorum utilitate, de modo quo ad singulorum utilitatis cognitionem perveniri potest, & de instrumentis ad anatomiam pertinentibus.

MIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur in Abdilatiph filii Josephi Bagadanensis canonem medicinæ universalem commentarius divisus in

tres partes, quarum prima de medicinæ regulis tam universalibus quàm particularibus. Secunda, de morbis qui singulis corporis membris accidunt. Tertia, de medicamentis simplicibus & compositis. Auctore *Muhammede* filio *Mashoud* Schirazita, qui lectis compluribus veterum medicorum libris, hocce opus aggressus est.

M I V.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi commentarius perpetuus in universæ medicinæ compendium, cujus auctor *Alaeddinus Ebn el Naphid Kareschita.* Dividitur autem ille commentarius in quatuor partes, quarum prima de rerum naturalium principiis, de corporis constitutione, tuendaque sanitate Secunda, de iis quæ corporibus accidunt, de alimentorum facultate, remediisque simplicibus & compositis. Tertia, de singularibus morbis qui in singula membra cadunt, illorumque curatione. Quarta, de febribus, aliisque morbis gravioribus, & eorum remediis.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 968.

M V.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *al Katrani* de arte medica tractatus. Dividitur in partes quatuor, quarum prima de medicina in genere, sanitate tuenda, morborumque curandorum ratione. Secunda, de cibis & medicamentis tam simplicibus quàm compositis. Tertia, de morbis quibus singula corporis membra obnoxia sunt. Quarta, de febribus, illarumque crisi.

M V I.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus cujus titulus ketab al mogni scharh al mougiaz fittheb, id est, liber dictus mogni, sive sufficiens & abundè præstans, ubi exponitur quoddam medicinæ compendium ab *Ebn Nefis* magni nominis medico compositum. Commentarii vero illius auctor *Saadeddinus Kazerouni,* qui Ebn Nefis epitomen à multis jam scriptoribus illustratam explicare rursus aggressus est.

Is codex in oppido Mesopotamiæ Mardin exaratus est anno Hegiræ 791.

M V I I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus inscriptum ketab al mogni fittheb, id est, liber ubi quidquid ad artis medicæ cognitionem pertinet, abundè sufficienterque præstatur. Auctore *Aboulhasan Said ben Hebatallah,* medicinæ doctore & professore, qui hoc suum opus Moctadiro Chalifæ nuncupavit, illudque juxta morborum & ægritudinum seriem, quibus singulæ corporis humani partes obnoxiæ sunt, disposuit tabularum instar, quæ quatuor classibus, sive ordinibus distinguuntur. In prima, nomen & natura morbi explicatur; in secunda, illius causa & origo; in tertia, morbi symptomata & effectus; in quarta, de morborum curandorum ratione disseritur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 665.

M V I I I.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus cujus titulus ketab al mogni fel adouiat almofredat, id est, liber abundè præstans quidquid ad cognitionem & usum medicamentorum simplicium necessarium est. Auctore *Ebn Beitar.* In eo autem opere de variis morborum generibus disseritur.

M I X.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber cujus titulus Christianus de arte medica, auctore *Abu Sahal Isa* Christiano filio *Jehia* sive *Joannis.* Dividitur opus in centum sectiones, quarum triginta primæ tantum in nostro hoc codice leguntur. Ibi vero de medicina in genere, illiusque definitione, de morborum causis & signis, de corporis partibus tam homogeneis quàm heterogeneis, de spiritibus vitalibus, de temperamentorum diversitate, de cibo, potu, olfactu, somno & vigilia. Non est autem prætermittendum decem ultimos tractatus ab alio scriptore profectos esse.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 982.

M X.

Codex bombycinus, characteribus Mauritanicis, illisque antiquis exaratus. Ibi continetur opus cujus titulus ketab al maiat fi thebb, id est, centiloquium medicum, opus centum libris constans, auctore *Abou Sahal Issa ben Jahia al Marsiohi* sive Christiano. Ali Ebn Abbas qui veterum primus illius auctoris meminit, in physicis parum exercitatum fuisse affirmat, ideoque in morbis illorumque causis recensendis sæpenumero lapsum esse. Quæ fortasse ab Ebn

Abbas dicta sunt in odium Christianæ religionis quam Abou Sahal profitebatur.

MXI.

Codex bombycinus, quo continetur pars prima operis kamel al sanaat al thebbiat appellati, ubi medicinæ theoreticæ principia explicantur. Auctore *Ali Ebn al Abbas,* Abi Maher Moussa ben Saiar medici ignicolæ, sive Magi, discipulo. Hæc autem prima pars quinque capitibus constat.

Is codex qui primò Christiani Chaldæi, Judæi deinde fuisse dicitur, exaratus est anno Hegiræ 705.

MXII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur pars prima operis in quo medicinæ practicæ præcepta exponuntur, auctore *Ali* filio *Abbas,* Mago, Ajanæo Abu Maher discipulo, qui Sultano Adadeddoulæ è Bouiadarum genere nuncupavit. Is autem imperare desiit anno Hegiræ 982.

MXIII.

Codex bombycinus, characteribus Mauritanicis exaratus, quo continetur liber cujus titulus kamel al sanaat, sive syntagma artis medicæ, quod vulgò al Maleki nuncupatur. Auctore *Ali ben al Abbas.* In nostro autem codice occurrunt tantum primæ partis tractatus priores quinque; quin & tractatûs quinti duo ultima capita & trigesimi sexti dimidium fermè desiderantur.

MXIV.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur tractatus decimus secundæ partis operis medici cujus auctor *Ali ben al Abbas,* quo de medicamentis purgantibus compositis sermo fit.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 565.

MXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur secundæ partis libri cujus titulus kamel al sanaat al thebbiat, tractatus aliquot, septimus nempe, octavus, nonus & decimus. Quo in opere de universa medicina tam theoretica quàm practica disseritur. Auctore *Ali Ebn al Abbas,* Abi Moussa Zoroastricæ religionis cultoris discipulo.

Ad hujusce codicis calcem aliquot ejusdem operis folia ex aliis locis translata, addita sunt. Exemplar vero exaratum est anno Hegiræ 611.

MXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, antiquo & eleganti charactere scriptus, quo continentur tractatus septimus, octavus, nonus & decimus operis kamel al sanaat al thebbiat inscripti, auctore *Ali Ebn al Abbas.*

MXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus schefa al askam, sive salus ægrotorum, morborumque medicina. Dividitur in quatuor tractatus, quorum primus de principiis & fundamentis medicinæ tam theoreticæ quàm practicæ. Secundus, de cibis & potionibus, medicamentisque tam simplicibus quàm compositis. Tertius, de morbis quibus singulæ corporis humani partes obnoxiæ sunt. Quartus est de morbis qui peculiari corporis membro non assignantur. Operis auctore *Kheder ben Ali ben al Khatthab,* cognomine *Hagi* Pacha, qui huic suo operi manum ultimam imposuit anno Hegiræ 782. illudque Fakreddino Issæ ben Mohammed ben Aidin nuncupavit.

Is codex exaratus est anno ejusdem æræ 914.

MXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Muhammedis* filii *Aly,* filii *Omar* Samarcandæi, tractatus de morborum causis & signis.

MXIX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, magnæ, ut videtur, antiquitatis, ubi continetur tractatus ad rem medicam pertinens, Persicè primum ab *Abu Ismael Ibrahim* scriptus, postea in Arabicam linguam ab anonymo conversus. Ibi de variis morborum generibus, remediis adhibendis, prænotionibus, victûs ratione servanda, aere & aquis disseritur.

MXX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Opus cujus titulus takuim al abdan fi tedbir al ensan, sive de curandis hominum corporibus. Liber in tabulas & areolas tributus, quibus singulorum morborum nomina

nomina, causas, indicationes, remedia pretiosa & magis obvia, itemque temperamenta, ætates, tempora & regiones quæ nonnullis morbis obnoxiæ sunt, reperias. Hujusce tractatus auctor *Abou Hassan Ali ben Issa Giavallah* medicus Bagdadensis, qui illum in gratiam Moctadi Billah Chalifæ & Abbassidarum familiæ composuit.

2.° Liber cujus titulus takium asschat, id est, rectæ sanitatis institutio: liber eadem methodo scriptus ac is de quo supra, nisi quod in hoc nostro ciborum ac medicamentorum genera una cum suis proprietatibus, non autem morborum areolis inclusa sint. Auctore *Aboul Hassan al Mokhtar ben Hassan ben Aidoun* medico Bagdadensi.

3.° Liber inscriptus tag fi keifiat al alag, id est, de medicamentorum proprietatibus & remediis tam simplicibus quàm compositis, adjunctis plerumque Persicis illorum nominibus, auctore *Abdalvahed ben Abdal al Razzak*.

Is codex anno Christi 1150. exaratus est.

MXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Opus cujus titulus menhag al beian fi ma jestamalho al ensan, id est, rerum omnium quibus homines utuntur declaratio & modus Ibi autem ciborum, potionum, medicamentorum tam simplicium quàm compositorum variæ species, servato semper ordine alphabetico, recensentur & explicantur. Auctore *Ali ben Hossain Alkateb* vulgo *Giazalah*, qui è Christiano Mahummedanus vivere desiit anno Hegiræ 493.

2.° Anonymi appendix cum notis *Ebn Beithar*, ubi plurima ben Giazalæ sphalmata emendantur.

3.° Anonymi supplementum, quo ben Giazalam inter hujus argumenti scriptores primas obtinere contendit, & pauca illa quæ ipsi exciderunt, compluribus ab illo præclarè repertis, compensari.

Is codex anno Hegiræ 674. exaratus est.

MXXII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continentur:

1.° *Taheri* filii *Ibrahim* filii *Mohammed*, de morborum curandorum ratione tractatus.

2.° Anonymi medicamentorum index, ubi de variis eorumdem proprietatibus.

3.° Medicinæ totius compendium è clariorum medicorum scriptis excerptum, auctore *Muhammede* filio *Behram*.

4.° *Hippocratis* de quindecim mortis signis libellus à *Jehia* filio *Patrik* è Græca lingua in Arabicam conversus.

5.° Anonymi tractatus de cibis in morborum curatione adhibendis.

6.° Index medicamentorum ordine alphabetico dispositus, auctore *Muhammede* filio *Aly* Samarcandæo.

7.° Anonymi de medicamentis tractatus.

Ad calcem operis reperitur opus quoddam lingua Persica scriptum, ubi de rebus variis ad medicinam spectantibus.

MXXIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur tractatus inscriptus ketab almofredat fel adoviat, id est, liber simplicium medicamentorum. Hunc titulum præfert noster codex; verum *Ebn Beithar* auctor in præfatione testatur à se nomine giamè sive collectionis, publici juris factum, eo quod, ait ipse, omnia simplicium genera tam medica quàm esculenta in eo collegerit. Porro extra omnem controversiam est, hunc librum vel simpliciter almofredat, vel giamè almofredat vulgo nuncupari. Constat præterea ibi non ea tantum quæ ad usum medicinæ pertinent, sed & alia quævis simplicium genera describi. Monendus autem lector opus illud à Gemaleddino Ansario in epitomen contractum, quæ sæpenumero in locum Ebn Beithar nescientibus obtrudi solet.

Is codex jussu Othman Beghi imperii Othomanici vexilliferi, exaratus est anno Hegiræ 1033.

MXXIV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, multis in locis imperfectus, ubi continetur pars operis ad rem medicam spectantis, cujus auctor *Ebn Beithar*. Ibi de medicamentis simplicibus differitur.

Is codex anno Hegiræ 608. exaratus est.

MXXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam illatus anno 1675. Ibi continetur operis cujusdam ad rem medicam spectantis pars tertia, complectens varia plantarum & medicamentorum genera, ordine alphabetico disposita, singulorum virtutes & usum, è præstantiorum medicorum Arabum, Græcorum & Syrorum scriptis collectum. Auctore

Diaiddino Abdalla, sub nomine *Ebn el Beithar* notissimo.

MXXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Ebn Beithar* de medicamentis simplicibus pars tertia & ultima, ab anonymo in epitomen contracta.

MXXVII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum takuim al adoviat al mofredat, sive tabulæ medicæ ad astronomicarum & geographicarum normam dispositæ, ubi de medicamentis simplicibus: auctore *Ibrahim ben Abusaid al Mogrebi al Olai* medico Africano aut Hispaniensi, ex Olaidarum familia. Ad hunc tractatum quod attinet, singula libri folia quinque simplicium species exhibent, & in sexdecim areas distinguuntur hoc ordine, nomen, natura, species, electio, temperamentum, caput, ejusque partes juvantia, pectus ejusque partes, stomachum ejusque partes & viscera, quæ toti corpori prosunt, modus & ratio illis utendi, quantitas sive dosis.

2.° Liber cujus titulus menhal al dekan, id est, praxis officinarum: auctore *Ebn Beithar*.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 932.

MXXVIII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum ketab al adoviat, id est medicamentorum liber, sed illorum præcipuè quæ nullo negotio reperias, & cibis quodammodo annumerari possunt. Auctore *al Vazir Abou Marvan Abdelmelek ben Zohr,* qui ab Hispanis quos inter versabatur *Avenzohar* nuncupari solet. Judæum fuisse verisimile est. Prophetæ enim ab eo sæpenumero laudantur, Mohammedis vero ne meminit quidem.

2.° Opusculum ejusdem omnino argumenti, cujus auctor *Abou Ali Avenzohar* filius.

3.° Liber cujus titulus teiessir felmedaouat, id est, præparatio & compositio medicamentorum. Dividitur in duas partes, quarum prima de medicamentis in genere. Secunda, de illis quæ ad alvum pertinent. Auctore *Zohar ben Zohar.*

Is codex in oppido Hispaniæ Barcinone characteribus Mauritanicis exaratus est anno Hegiræ 561.

MXXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur tractatus inscriptus, de iis quæ medicum oportet non ignorare. Ibi artis medicæ principia explicantur, humani corporis fabrica, morborum causæ, illorumque remedia tam simplicia quàm composita facili methodo proponuntur. Auctore *Josepho* filio *Ismaelis,* cognomine *Ebn Elcabir.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 711.

MXXX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur tractatus ordine alphabetico dispositus, cujus titulus, de iis quæ medicum ignorare non oportet. Auctore *Albugdado*, ubi de herbis ad conficienda remedia idoneis, illarum virtute, nomine & etymologia. Manus ultima huic operi imposita est anno Hegiræ 711.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 913.

MXXXI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, & eximiam præ se ferens antiquitatem. Ibi continetur liber cujus titulus kefaiat al naik haouaschi messail al hakim Honain ben Ishak l'Ebn Abi Sadek fithebb, id est, quod viro solerti sufficit, notæ marginales ad quæstiones Honaini Isaaci filii medici, cum responsis Ebn Abi Sadek circa rem medicam.

MXXXII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Tractatus de medicamentis simplicibus, per tabulas dispositus, ea quidem ratione & methodo, ut medicamentorum illorum nomina, proprietates, & usus, servato ordine alphabetico, facilè cognosci possint. Auctore *Kemaleddino Abulfadel Gioch Ibrahim* filio *Mohammed* Teflisæo.

2.° Tractatus ejusdem argumenti, auctore *Ibrahim* filio *Abuzahid* Mogrebita.

3.° Opus ejusdem argumenti, auctore *ben Jezlah.*

MXXXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur opus inscriptum recta officinæ institutio. Dividitur in capita viginti quinque, ubi de medicamentis simplicibus & compositis, illorumque conficiendorum & conservandorum ratione. Ad calcem

libri occurrunt nomina ſimplicium ordine alphabetico diſpoſita, auctore *Abu Mona* filio *Abunacer,* cognomento *Kouvin* Iſraelita Harronnita.

MXXXIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur anonymi tractatus de medicamentis ſimplicibus ad curandos morbos magis idoneis.

MXXXV.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus via ad explicationem eorum quibus homo uti ſolet, ſive tractatus de alimentis, medicamentiſque tam ſimplicibus quàm compoſitis, auctore *Cherſeddino Yahia* filio *Iſa* filii *Gazlah.*

Is codex anno Chriſti 1218. exaratus eſt.

MXXXVI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber tertius partis tertiæ operis quod inſcribitur nehaiat al adrak, ſive de medicamentis compoſitis, & antidotis, quod etiam Adeli nomine circumfertur, juſſuque Hakemi Bemrillæ è Fathemitarum proſapia Chalifæ editum eſt: auctore *Davide ben Naſſer al Agberi, al Mouſſali,* id eſt, Ninivenſi, Chalifarum Fathemitarum & regum Jobitarum archiatro.

Is codex perita manu, ſummaque diligentia ab Iſſa ben al Agber auctoris ipſius pronepote, exaratus eſt anno Hegiræ 826.

MXXXVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus cujus titulus ketab menafé al haivanat, ſive liber de utilitate quæ ex animalibus capi poteſt, ut & de ſimplicium proprietatibus. Is autem tractatus videtur majoris illius qui giamé nuncupatur, epitome, vel ab eodem ſcriptore, vel ab alio, mutato ordine, editus. Quæ enim in giamé juxta alphabeti ſeriem deſcripta ſunt, ibi in claves diſtribuuntur, & ita quidem ut animalium tantum & arborum fiat mentio. In eo autem codice arborum icones exhibentur rudi & imperita manu adumbratæ.

MXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Tractatus de arte veterinaria ſive mulo-medicina. Auctore *Honaino Iſaaci* filio medico, à quo Græci alicujus ea de re opus ibi converſum eſſe veriſimile eſt.

2.° Tractatus ejuſdem argumenti, auctore *Tabeth* filio *Korah.* Illud autem è Perſica lingua in Arabicam converſum dicitur.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 750.

MEDICI.

In-quarto.

MXXXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur tractatus, ubi de medicinæ dignitate & utilitate, eaque cum aſtrologia conjungenda. In eo laudantur Hermes, Socrates, Hippocrates, Ariſtoteles & Ptolemæus; quod argumento eſt plurima ab auctore è Græcorum ſcriptis expreſſa eſſe.

MXL.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanſlebii opera illatus anno 1673. Ibi continentur:

1.° *Hippocratis* aphoriſmi è Græca lingua in Arabicam converſi ab *Honain* filio *Iſaaci,* è Jacobitarum ſecta Chriſtiano.

2.° *Hippocratis* prognoſtica, eodem interprete, adjunctis *Mohadebeddini Abdelrahim* filii *Ali* commentariis. Præmittitur præfatio è cujus lectione conſtat Mohadebeddini opus ab uno ex illius diſcipulis, Heliopoleos in Syria judice, collectum.

MXLI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus cujus titulus ſcharh mekalat hakim bokrath, id eſt, aphoriſmorum *Hippocratis* libri ſeptem, adjuncto uberi commentario, qui *Abdalrahman ben Ali* auctorem habet. Ad oram præterea codicis conjectæ notæ quædam Perſica lingua conſcriptæ.

MXLII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanſlebii opera illatus anno 1673. Ibi continentur commentarii in *Hippocratis* aphoriſmos. Auctore *Alaiddino Ebn Elnaſis.*

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 887.

MXLIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti

Gaulmini, ubi continentur:

1.° Tractatus cujus titulus ferak al theb, sive de variis medicorum sectis, deque diversa morbos curandi methodo. Opus *Galeni* ab *Isaaco Honaini* filio Arabicè conversum.

2.° Ejusdem ars parva, *Honaino* interprete.

3.° Ejusdem tractatus de pulsu, ab *Honaino* quoque conversus.

4.° Ejusdem libri ad Glaucum, de tuenda valetudine. Interprete *Honaino*.

Is codex manu cujusdam Samaritani, qui illius oræ nonnullas attexuit notas, exaratus est anno Hegiræ 696.

MXLIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum ketab fi menafé alaadha, id est, liber de usu partium corporis humani, cujus auctor *Galenus*, Arabicè conversus studio *Abdalrahman ben Ali, ben Abisadek*, una cum illius in loca difficiliora scholiis.

Is codex à quodam ben Kheder Schah exaratus est anno Hegiræ 885.

MXLV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur medicinæ compendium, ex Hippocratis, Galeni, Syrorum, Arabumque medicorum operibus collectum, divisumque in quatuor partes juxta methodum Ebn Elnafis, in modum commentarii ab anonymo quodam conscriptum.

MXLVI.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continentur:

1.° Anonymi artis medicæ compendium è Galeni, Dioscoridis aliorumque medicorum scriptis collectum, illudque in egenorum gratiam. Ibi de remediis quæ facilè reperiri & tenui pretio comparari possunt, differitur.

2.° *Mahumedis* filii *Alasi* Hispani, de cognoscendis venarum pulsibus.

3.° *Avicennæ* medicæ artis compendium versibus conscriptum. Desiderantur quædam.

MXLVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur canonis *Avicennæ* tractatus varii.

MXLVIII.

Codex bombycinus, olim Joannis Bourdelotii. Ibi continetur canonis *Avicennæ* liber primus, adjuncta interpretatione Latina interlineari. Uterque autem textus, si Latinæ interpretationi fides, Damasci à Ramusio descriptus fertur anno Christi 1485. verum in Arabica disertè legitur opus illud cœptum anno 1548. ejusdem æræ, anno vero 1575. absolutum esse. Neque prætermittendum est textum Arabicum plerisque in locis inversum & manu parum perita exaratum, glossam autem Latinam passim barbaram & insulsam, in ea tamen esse nonnulla ex quibus aliqua utilitas percipi possit.

MXLIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, charactere, quem vocant suspensum, scriptus. Ibi continetur medicinæ compendium ex Avicennæ libris collectum: dividitur in partes quinque, quarum prima de medicina & illius objecto. Secunda, de morbis, eorumque causis. Tertia, de iis quæ ad tuendam valetudinem conferre possunt. Quarta, de morborum curandorum ratione. Quinta, de febribus diebusque criticis. Auctore *Abulfedail Beheram* Oharensi.

ML.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Abulhacen Aladdini Aly* Karschitæ, anno Hegiræ 696. mortui, medicinæ totius compendium, idque ex Avicennæ canone. Dividitur in partes quatuor, quarum prima de regulis generalibus & principiis artis medicæ. Secunda, de medicamentorum, alimentorumque simplicium & compositorum vi & facultate. Tertia, de membrorum singularium morbis & curatione. Quarta, de morbis qui non unam corporis partem afficiunt, illorumque causis, signis & remediis.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 736.

MLI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur totius medicinæ compendium. Auctore *Abu Hassan Alajeddino Ebn Ali Hazm* Karschita, qui mortuus dicitur anno Hegiræ 696. Dividitur opus in quatuor partes, quarum prima de medicinæ speculativæ & practicæ fundamentis. Secunda, de medicamentis simplicibus & compositis. Tertia, de morbis singulis membris

peculiaribus, illorum caufis, fignis & remediis. Quarta, de morbis qui nullam certam corporis partem vexant.

Is codex exaratus eft anno Hegiræ 785.

MLII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanflebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur operis infcripti canon medicinalis, pars fecunda, qua de medicamentis fimplicibus ordine alphabetico difpofitis, fermo fit. Auctore *Nida* filio *Iffa*, qui in præfatione Avicennæ de medicina libros in epitomen contrahere propofitum fibi fuiffe teftatur. Floruit *Nida* ille decimo Hegiræ fæculo.

MLIII.

Codex bombycinus, quo continetur liber cujus titulus hall fchokouk al canoun, id eft, folutio rerum difficiliorum quæ in commentariis Fakreddini al Razi in Avicennæ canonem confcriptis reperiuntur. Auctore *Ahmed ben Aboubekr ben Mohammed al Nakhgivani.*

Is codex manu Judæi cujufdam medici exaratus eft anno Hegiræ 651.

MLIV.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanflebii opera illatus anno 1673. Ibi continentur:

1.° Introductio ad medicinam, qua difciplinæ illius principia breviffimè explicantur, auctore *Abubekro Muhammede* filio *Zachariæ* Razenfis, qui anno Hegiræ 310. obiit.

2.° Fragmentum quoddam de mufica. Auctoris nomen ignoratur.

3.° Fragmentum aliud de aftronomia, auctore anonymo.

MLV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur medicinæ compendium in modum dialogi fcriptum, ubi philofophi decem de fanitatis tuendæ & morborum curandorum ratione coram principe quodam inter fe colloqui finguntur, auctore *Ahmede Ebn Jofeph* Jafadenfi, à quo opus illud editum eft anno Hegiræ 742.

MLVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Canonis *Avicennæ* epitomes fragmenta quædam. Compendii autem illius auctor *Negmeddinus Jehia Ebn Elbadi.*

2.° Remedia adverfus morbos quibus ex certo quodam ciborum ufu obnoxii funt monachi, aliique qui procul ab urbibus degunt. Auctore *Abulhafan* filio *Bothlar.* Conftat hocce opus 42. capitibus, è quibus 35. defiderantur.

3.° Anonymi tractatus de medicina, verum maxima fui parte mutilus.

4.° Anonymi tractatus de medicina, è medicorum apud Arabas celebriorum fcriptis excerptus, fed è quo pauca tantum fuperfunt.

MLVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanflebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus ketab el maugiaz fi el teb, id eft, medicinæ compendium. Dividitur in partes quatuor, quarum prima de ordine partium totius medicinæ. Secunda, de morbis quibus peculiaria quædam humani corporis membra obnoxia funt, morborum illorum caufis, & remediis. Tertia, de morbis toti corpori communibus. Quarta, de medicamentis tam fimplicibus quàm compofitis. Auctore *Aboulhaffan.*

Is codex anno Chrifti 1555. exaratus eft.

MLVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanflebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus tadhkerat aouli al albab, &c. id eft, memoriale fapientum circa res admiratione dignas. Opus ad artem medicam pertinens, conftans præfatione, fectionibus quatuor & corollariis. In præfatione fcientiarum variæ claffes recenfentur; in prima vero fectione de principiis medicinæ univerfalibus differitur; in fecunda, de canonibus & regulis fpecialibus; in tertia, de medicamentis tam fimplicibus quàm compofitis; in quarta, de morborum variis generibus. Corollarium vero circa illa experimenta verfatur, quæ ufus comprobavit.

MLIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanflebii opera illatus. Ibi continetur tractatus infcriptus kamel al fanaat al thabbiah, five liber omnia complectens quæ ad artem medicam fpectant, qui etiam almaleki five liber regius nuncupatur. Auctore *Ali ben Abbas.*

In illo autem codice reperitur tantum ejus operis pars fecunda, quinque tractatibus

constans, in quorum ultimo desiderantur quatuor sectiones. Exaratus est anno Christi 1641.

MLX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Ali el Abbas* Adad Heddoulæ Sultani Bouiadæ archiatri, tractatûs de arte medendi partis primæ pars secunda, ubi de morbis & illorum causis, de signorum affectæ valetudinis cognoscendorum ratione, de morbis interioribus & exterioribus, remediisque ad eorum curationem adhibendis.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 845.

MLXI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Ali Ebn al Abbas* libri secundi de arte medendi pars prima. Dividitur in partes tres; prima de sanitatis tuendæ ratione; secunda, de medicamentis simplicibus, illudque ordine alphabetico; tertia, de febribus, tumoribus & remediis ad illorum curationem idoneis.

MLXII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continentur:

1.° Tractatus secundi de re medica pars prima, quæ de tuendæ sanitatis ratione: auctore *Ali* filio *el Abbas*, archiatri Adad Heddoulæ Sultani è Bouiadarum familia, cujus jussu hocce opus conscriptum appellatur melki, id est, regium.

2.° Ejusdem tractatus pars altera de medicamentis simplicibus, quod opus Avicennæ canoni Arabes anteponunt.

MLXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus ketab al asbab, vel al alamat, id est, tractatus de causis & signis morborum. Dividitur in tres sectiones, quarum prima de artis medicæ theoria generali. Secunda, de morbis quibus singula corporis membra obnoxia sunt. Tertia, de medicamentis ad morbos curandos idoneis.

Is codex manu cujusdam Aziz filii præfecti ærarii arcis Bagdadensis, anno Hegiræ 700. exaratus dicitur.

MLXIV.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur tractatus de morborum causis, signis, remediisque ad illorum curationem adhibendis. Auctore *Muhammede* filio *Aly* Samarcandæo, qui Hippocratis & Avicennæ vestigiis potissimum insistere se profitetur.

MLXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Samarcandæi* de morborum causis, signis & illorum remediis tractatus.

MLXVI.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus, in quo enumeratis variis morborum generibus, remedia ad illorum curationem magis accommodata proponuntur.

2.° Anonymi medicinæ compendium excerptum è tractatu Ahmedis filii Ibrahim, quem mortuum ferunt anno Hegiræ 473.

3.° Medicinæ compendium studio *Abdallæ* filii *Gabrielis Bachtiscua* medici Christiani.

MLXVII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur opus inscriptum, quod perfectum est atque sufficiens in arte medica. Dividitur in sectiones sex, quarum prima de aere quo circumdamur. Secunda, de cibo & potu. Tertia, de somno & vigilia. Quarta, de motu & quiete. Quinta, de affectibus quibus homines sunt obnoxii. Sexta, de modo in vitæ ratione servando, vestitu, ædibus, & lotionibus, auctore *Abu Nasr* Anazarbensi.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 953.

MLXVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus inscriptus, illationes mentales. Auctore *Mahummede Abu Abdallah* medico, cognomento *Alhubari*. Ibi differitur de variis morborum speciebus, qui in singula corporis humani membra cadere possunt, illudque adjunctis remediis.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 612.

MLXIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Sciabiddini Casjupei* tractatus cujus titulus lampades lucentes, de creaturæ medela, ubi de variis morborum generibus, illorumque curandorum ratione.

2.° Ejusdem catalogus ordine alphabetico dispositus, complectens nomina plantarum, fructuum, lapidum, aliarumque rerum ad medicinam pertinentium.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1132.

MLXX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur opus inscriptum, opus medicum in eorum gratiam qui medicæ artis sunt studiosi. Dividitur in duas partes, quarum prima de morbis omnibus, illorum signis, causis & remediis tam simplicibus quàm compositis; altera de cibo & potu, corporisque regendi ratione, idque servato ætatum discrimine. Auctore *Mahumede* filio *Abdallæ* Granatensi, à quo tractatus ille anno Hegiræ 761. editus est.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 894.

MLXXI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur pars prima operis de medicamentis simplicibus, ut & alimentis, ordine alphabetico dispositi, auctore *Diaiddino* filio *Ahmed Abdallæ* Hispano, cognomine *Ebn Beithar,* qui in plerisque secutum esse se testatur Dioscoridem, Galenum, Paulum Æginetam, Avicennam, Honain Israelitam, aliosque complures. Ad hujusce autem codicis oram leguntur scholia quædam Syriacè scripta, ubi plerumque simplicium nomina explicantur.

MLXXII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus cujus titulus ketab ma la jesa al thabib giahalho, id est, liber de iis quæ medicum ignorare nefas est. Ibi vero de medicamentis simplicibus differitur. Auctore *Josepho ben Ismael al Giouni,* à quo huic operi ultima manus imposita est anno Hegiræ 711. Illius scopus ea quæ prolixius vel etiam minus accuratè ab *Ebn Beithar* in libro giamé descripta sunt, vel contrahere vel emendare.

MLXXIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur tractatus, in quo de medicamentis simplicibus, servato ordine alphabetico differitur. Auctore, quantum conjicere licet, *Ebn Beithar:* operis enim illius initium desideratur.

MLXXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam illatus anno 1675. Ibi continetur tractatûs de medicamentis simplicibus pars secunda, auctore *Ebn Beithar.*

MLXXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur de morborum causis, symptomatibus, & illorum curandorum ratione liber singulari methodo per tabulas dispositus, scriptusque anno Hegiræ 597. Auctore *al Hacen* filio *Abdallæ,* à quo opus illud editum in gratiam Chalifæ Moctafi Billah.

MLXXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur tractatus ordine alphabetico dispositus, inscriptusque veræ & selectæ utilitates, ubi de utilitate quæ è variis plantis, medicamentis simplicibus, aliisque rebus percipi potest, differitur. Quod si auctori *Abulola Ebn Zohar* appellato fides, nihil à se allatum testatur quod usu, aut sapientum, Paganorum, Christianorum & Mahummedanorum scriptis non sit comprobatum. Multa tamen in hoc opere inepta & insulsa reperias.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 590.

MLXXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus menafé al haivan, id est, utilitas quæ ex animalibus capi potest, sive remedia quæ ex variis animalium partibus petuntur. Auctore *Abdallah ben Gebrail ben Bakhtisova.* In eo autem opere variæ animalium tam terrestrium quàm volatilium, postremo piscium figuræ rudi & imperita manu exhibentur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 700.

MLXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur tractatus medicinæ ordine alphabetico dispositus, ubi de morbis, illorumque medicamentis simplicibus & compositis, quorum nomina barbara & peregrina exponuntur. Auctore *Jehia* filio *Issa Giasleo,* cognomine *Alcateb,* sæculo Hegiræ quinto claro, qui hoc suum opus Moctadi Chalifæ nuncupavit.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 946.

MLXXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus menhage al beian fi ma jestamalho al ensan, id est, elucidatio & declaratio eorum quibus homines sive ad cibum vel potum, sive ad morborum medicinam, corporisque ornatum utuntur. Opus quo de medicamentis tam simplicibus quàm compositis disseritur, illudque ordine alphabetico. Auctore *Jahia ben Issa ben Giazlah.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1058.

MLXXX.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur opus inscriptum, quod homini ingenioso in absentia medici sufficit. Dividitur in quatuor partes, quarum prima de medicinæ speculativæ & practicæ principiis generalibus; secunda, de medicamentis simplicibus & compositis, ut & de cibis; tertia, de morbis quibus singula membra obnoxia sunt, illorumque curatione; quarta, de morbis quibusdam peculiaribus. Præmittitur præfatio, ubi de omnibus scientiis, illarum divisione & nominibus. Auctore *Hacen* filio *Hussein* Damasceno, cognomine *Ebn Akkad.*

MLXXXI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Ebn Hagige* Yemenensis, de elementorum & qualitatum mutationibus tractatus per quæsita & responsa. Illorum autem pleraque ad medicinam pertinent.

MLXXXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus megma men gialilab, sive collectio medicamentorum compluribus experientiis comprobatorum. Quod opus alio nomine mogiarrabat al Kaisouni, id est, experimenta *Kaisouni* nuncupatur.

MLXXXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus cujus titulus ketab al mogiarrabat, id est, liber experimentorum quibus varii morbi curantur. Initio operis occurrit mentio pharmacorum nonnullorum quæ lectori fucum facere possunt; verum quæ sequuntur, omnia ad magicas artes referuntur. Auctore, ut aiunt, d'*Hou Alnoun* Ægyptio.

Is codex manu Mohammedis ben Ali Zeid Constantinopoli exaratus est anno Hegiræ 1000. idque in gratiam Sunbul Aga eunuchi.

MLXXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus, curatio morborum, sive repositorium quo mineralia, plantæ & animalia, vel quæ ex illis selecta sunt, asservantur. Dividitur opus in tres sectiones, quarum prima de venenis, tam quæ propinantur, quàm de illis quæ exterius lædunt. Secunda, de signis quibus veneni qualitas cognoscitur. Tertia, de remediis quibus venenorum vis infringi potest. Auctore *Gemaleddino Abdallah ben Abilhasan Ali ben Aioub.*

MLXXXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Tractatus cujus titulus ketab al dorrat al montekhabat fil adouiat al mogiarrabat, id est, gemma electa, sive de medicamentis usu & experimento comprobatis. Auctore *Aboubecro al Farsi,* qui hoc suum opus duodecim capitibus constans Ægypti Sultano Almelik, al Modhaffer filio Almelik Almansor nuncupavit. Observandum autem est multa remedia superstitiosa & arte magica sive talismanica composita, tanquam omnium probatissima ab illo auctore proponi.

2.° *Avicennæ* poëmation de arte medica.

MLXXXVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus menhag aldoccan, ve dostour al aian, id est, praxis officinarum, sive tractatus de pharmacopœa, quo ars & methodus conficiendi potiones medicas, bolos, confectiones, sirupos, defruta, trochiscos, catapotia, collyria, electuaria, olea, cerota, emplastra, clysteria, pessaria, aliaque id genus ad morborum curationem pertinentia, accuratè docentur. Auctore *Aboulmonid ben Abounassar ben Hassadh,*

Haffadh, vulgo *Cohen Attar*, id eſt, ſacerdote Hebræo, Pharmacopola dicto. Is autem Aaronica ſtirpe prognatus, aromatarii artem Cairi exercuit anno Hegiræ 658.

MLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus aldorrat allameat fil adouiat al giameat, id eſt, gemma coruſcans, ſive de medicamentis univerſalibus. Opus ad artem medicam pertinens, conſtans decem capitibus, ubi neglectis ſinceræ medicinæ principiis, traditiones Mohammedicæ & doctorum veterum dicta proponuntur, ut & preces quædam ſuperſtitioſæ, quas ad morborum curationem Mohammedani plurimum valere exiſtimant. Tractatus illius auctor *Abdalrahman ben Mohammed ben Ali, ben Ahmed* ex Hanefitarum ſecta, Baſthamius à patria, urbe ſcilicet Baſtham nuncupatus.

MLXXXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Tractatus quatuor ſecundæ partis libri cujus titulus morſched ela giavaher al agdiah, &c. id eſt, manuductio ad notitiam ſubſtantiarum quæ ad nutritionem, & ſimplicium medicamentorum quæ ad morborum curationem idonea videri poſſunt, auctore *al Temini*.

2.° Opus inſcriptum ketab fi offoul mofredat al theb, &c. id eſt, de principiis medicamentorum ſimplicium quæ ad uſum medicinæ pertinent. Auctore *Mohammet Abdellatif ben Joſeph* Bagdadenſi.

Is codex ex auctoris ipſius autographo exaratus dicitur anno Hegiræ 947.

MLXXXIX.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur commentarius in tractatum quemdam Nafis Ebn Auvadh Caramani, in quo de corporum ſcientia, quatenus ad rem medicam pertinent, diſſeritur. Hujuſce autem commentarii auctor *Mahumedes ben Ahmed* Hadrianopolitanus, vulgo *Ebn Elaatthar*, à quo opus illud anno Hegiræ 976. abſolutum.

Is codex eodem anno Conſtantinopoli exaratus eſt.

MXC.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanſlebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur *Honain* filii *Iſaaci* Jacobitæ, magnique apud Syros nominis medici ſeptimo Hegiræ ſæculo clari, quæſtiones medicinales cum interpretatione & reſponſionibus *Abu Sadek* Niſapurenſis.

MXCI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus idhah fi aſrar al nekah, id eſt, expoſitio arcanorum concubitûs. Dividitur opus in duos tractatus, quorum primus de iis quæ hominum vires in rebus venereis augere poſſunt; alter de iis quæ in mulieribus idem præſtant. Diſſeritur præterea de rebus ad juvandum aut impediendum partum idoneis. Auctore *Abdalrahman Naſſer ben Abdallah*, cujus mors ad annum Hegiræ 774. refertur.

Is codex exaratus eſt anno ejuſdem æræ 980.

MXCII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur tractatus phyſico-medicus, ubi primum de ſervandis amicitiæ legibus & ſermonum inter amicos habendorum ratione; verum maxima operis pars in iis quæ ad venereas voluptates pertinent examinandis verſatur. Nimium illius uſum vituperat, deſcribit incommoda quæ ſecum importat, adjunctis remediis quæ afflictæ valetudini opem ferre poſſunt. Auctore *Moſe* filio *Jehiæ* filio *Aly* Mauritano.

MXCIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Excerpta quædam de medicina è variis ſcriptoribus collecta.

2.° *Avicennæ* poëma complectens omnes fermè artis medicæ regulas.

3.° Anonymi carmen ejuſdem argumenti.

4.° Compendium medicinæ, auctore *Mahummede* filio *Abdallæ*.

5.° Ejuſdem aphoriſmi è Galeni, aliorumque ſcriptis excerpti.

MXCIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Liber cujus titulus mecalat al faſſiat, id eſt, tractatus de iis qui ab inſectis venenoſis morſu, vel punctione læſi ſunt, vel qui aliquid veneno infectum ſumſerunt,

adjuncta methodo qua illi curandi sunt. Auctore *Abou Amram Moussa* Israelita Cordubensi. Is est qui à Judæis *Moses ben Maiemon* nuncupatur.

2.° Opus inscriptum meisselat fil kenais, id est, an Christianorum ecclesiæ claudi debeant. Auctore *Takieddino al Harrani*.

3.° Liber cujus titulus caouanin al davavin, id est, canones judiciales de iis quæ ad agrorum Ægypti vectigalia pertinent.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 651.

MXCV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber inscriptus kaschef eluvail fi miirifat amrad el khail, id est, declaratio & curatio morborum quibus equi obnoxii sunt; differitur præterea de illos domandi regendique ratione. Constat hoc opus tractatibus novem, quorum singuli in plura capita dividuntur. Nuncupatur etiam Nasseri, eo quod illius auctor *Aboubecr ben al Bedr* Sultani Kelaoum Mamaluccorum in Ægypto regis, equiso & medicus veterinarius fuerit.

Is codex manu Issæ ben Issæ Safatiensis exaratus est anno Hegiræ 1077.

MEDICI.

In-octavo.

MXCVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus fossoul Bokrath, id est, aphorismi *Hippocratis*, è Græca lingua in Arabicam conversi studio *Abdalrahman ben Ali ben Abi Sadik*, qui præterea notas adjunxit.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 977.

MXCVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Galeni* tractatus de elementis & temperamento, adjunctis *Gregorii Abulpharagii* commentariis.

MXCVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus cujus titulus asbab, vel alamat, vel elagiat al olal, id est, causæ, signa & remedia morborum, prout cuique corporis membro competunt, dispositorum, sive medicinæ practicæ compendium. Auctore *Mohammede ben Ali ben Omar*, medico Samarcandæo.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 753.

MXCIX.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus de variis remediis, iisque usu comprobatis, quibus complures morbi curari possunt. Ex illorum autem numero nonnulla sunt superstitiosa. Initio codicis quædam desiderantur.

MC.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus cujus titulus tadhkerat al Kahhalin, id est, enchiridion sive commentariolus medicorum qui oculorum morbos curare sibi proponunt. Dividitur in tractatus tres, quorum primo oculi definitio, compositio & anatomia exhibentur; in secundo, de morbis oculorum apparentibus illorumque curatione differitur; in tertio, de oculorum morbis occultis & eorum remediis. Auctore *Issa ben Ali al Kahhal*.

MCI.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Libri titulus antidota officinæ, ubi de illis omnibus quæ apud pharmacopolas reperiri debent, de siruporum & emplastrorum conficiendorum ratione, illorum virtutibus & usu. Auctoris nomen ignoratur.

MCII.

Codex chartaceus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi tractatus de collyriis.

MATHEMATICI.

In-folio.

MCIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur tractatus varii ad geometriam pertinentes. Auctore *Chihabeddino Ahmed*.

Is codex anno Christi 1585. exaratus est.

MCIV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Tractatus geometricus de lineis à puncto dato in circulo ducendis. Auctore *Ahmede* filio *Mohammed* filii *Abdelhalil*.

2.° Tractatus varii ad geometriam

quoque pertinentes, quorum auctores feruntur *Ahmed* de quo supra, *Euclides, Hassan* filius *Hassan, Haischam* & *Abibubal.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 539.

M C V.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber inscriptus ressaiel ekhoüan essafa, id est, tractatus fratrum Soffis, sive amicorum puro ac sincero affectu conjunctorum. Hocce opus magni apud Orientales nominis, dividitur in partes quatuor, quarum prima de arithmetica, geometria, astronomia, geographia, musica, logica, artibus & scientiis generatim sumtis. Secunda, de physica generali, & particulari, materia prima, forma, loco, tempore, motu, quatuor elementis, ventis, vaporibus, exhalationibus, mari, fluviis & fontibus, meteoris, metallis, mineralibus, natura & illius operationibus, plantis, animalibus, hominis corpore & anima, sensu & sensibilibus, syderum influxu in corpora. Tertia, de anima rationali juxta Pythagoræ & Soffis doctrinam, resurrectione, extremo judicio & causa destructionis mundi materialis. Quarta, de legibus divinis, de variis religionibus, variisque philosophorum circa illam opinionibus, de inferis, de animæ immortalitate & quid de illa senserint Patriarchæ, philosophi & Mahummedani; de essentia divina, fide, illius natura, magia, amuletis & horoscopo.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1065. prima die mensis Muharram in gratiam Mustaphæ Affendy.

M C V I.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur opus inscriptum ketab elhauvi, id est, liber plura complectens, quo differitur de mensuris, ponderibus, moneta, variarum mercium pretiis, vectigalibus, venditione, arithmetica & geometria practica. Auctore anonymo, qui singula Euclidis methodum secutus disposuit. Desiderantur figuræ.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 734.

M C V I I.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Ptolemæi* almagestum, sive syntaxis magna è Græca lingua in Arabicam ab *Aboulsafar Ismael ben Belil Isaak ben Honain ben Isaak,* medico longè celeberrimo conversa. Quam illius interpretationem postea recognovit & emendavit *Thabeth ben Corrah al Harrani,* qui vulgo *Thebit* appellatur, magni nominis philosophus, patria Carræus, religione magus sive ignicola.

Is codex, qui sex tantum priores Ptolemæi libros complectitur, characteribus Mauritanicis anno Hegiræ 618. exaratus est, illudque eleganter & accuratè.

M C V I I I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus tahrir al magisthi, id est, expositio sive commentarius in Ptolemæi opus quod almagestum appellari solet. Auctor *Mohieddinus ben Jahia ben Mohammed, ben Abi Schaker* Hispanus, cujus ob sinceritatem & fidem, tum ob perspicuitatem styli & elegantiam imprimis commendabilis tractatus ille, libris tredecim, capitibus vero uno & quadraginta supra centum constat.

Is codex manu erudita & eleganti descriptus est, numerisque omnibus absolutus.

M C I X.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continentur:

1.° Institutiones astronomicæ, adjunctis tabulis, auctore *Almamon Ebn Ahmed* Bussjanita, qui Abulwaphæ Busagenei filii Ahmed vestigiis insistere se profitetur.

2.° *Nasereddini* filii *Isa* medici, institutiones astronomicæ.

M C X.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur tractatus, in quo de rebus astronomicis. Auctore *Abdelrahman Abulhucein Soufi.* Adjunctæ sunt tabulæ & figuræ constellationum.

M C X I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Abderrohmani Ebn Omar Assufi* tractatus de astronomia, quem auctor in gratiam Sultani Adad Heddoulæ composuit, illique inscripsit.

M C X I I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Ebn al Sciater* tractatus, ubi de astronomia & inveniendis æris celebrioribus, Mahummedana nempe, Syriaca &

Cophtica. Traditur præterea methodus cujus ope linguæ Arabicæ characteres optimè exarari possunt. Initio codicis, ut & sub finem, nonnulla desiderantur.

MCXIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Tractatus de rebus ad astronomiam pertinentibus, una cum tabulis eleganter descriptis, auctore *Abdelrahman* filio *Omar*, cognomine *Abulhucein Soufi.*

2.° Anonymi, totius astronomiæ compendium lingua Turcica scriptum.

MCXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno 1428. scriptus. Ibi continentur:

1.° *Magemudis Sciagminei* de orbe cælesti & terrestri tractatus.

2.° Anonymi de syllogismorum & demonstrationum natura.

3.° Euclidis compendium.

4.° *Abharei* tractatus de physica & metaphysica.

5.° Anonymi de remediis ad conservandam & augendam memoriam idoneis tractatus.

6.° *Asiriddini* introductio ad logicam.

MCXV.

Codex bombycinus, primum Guillelmi Postelli, deinde Colbertinus, quo continetur tractatus inscriptus, quantum cognosci possunt orbium cælestium divisiones. Ibi de orbium cælestium ordine & motu, de terræ natura illiusque divisione, de temporis mensura, & variis apud varias gentes epochis. Auctoris nomen latet, qui tamen vixisse dicitur anno Hegiræ 633.

MCXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur *Olugbei* Tamerlanis nepotis tabulæ astronomicæ, è Persica lingua in Arabicam conversæ à doctore quodam nomine *Jehia* filio *Ali Alrasfahi.*

MCXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur anonymi tabulæ astronomicæ.

MCXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Tabulæ duæ astronomicæ, quarum auctor est *Mohammed ben Mohammed ben Abibekr al Tizini,* templi Damasceni æditus.

2.° Tractatus genethliacus, cujus auctor dicitur Imam *Fakreddin Abou Abdallah ben Omar al Rhazi,* vulgo à nostris *Rhazi* vel *Rhazes* nuncupatus. Quod opus lingua Persica primum scriptum, & Sultano Taghasch Alsizi filio Chouaresmiorum regi consecratum, Arabicè postea prodiit interprete *Emadeddino Cassem ben Mohammed al Gezeri,* qui hanc suam conversionem cuidam à Schahiorum sive Sofiorum genere principi obtulit.

3.° Anonymi tabulæ positionum secundum longitudinum & latitudinum gradus, quæ à Nasireddini & Vlug Beghi tabulis omnino diversæ sunt.

MCXIX.

Codex bombycinus, quo continetur anonymi calendarium astronomicum & astrologicum, ad annum Hegiræ 1040. accommodatum.

MCXX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur opus cujus titulus, institutio astronomiæ recta, quæ nihil aliud est præter almanachum anno Hegiræ 1053. accommodatum, in gratiam Ibrahimi Turcarum Sultani scriptum à quodam *Mahummede Tulun,* adjectis variis tabulis.

MCXXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Jachijddini Mahummedis Almahrusi,* de horologiorum fabricandorum ratione tractatus. Ait auctor conscriptum à se illud opus in oppido Cairi anno Hegiræ 966.

MCXXII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur opus inscriptum, scientiarum sol ac rerum excellentium scientia, auctore *Mohiddino Albouny.* Ibi differitur de Dei nominibus & attributis, literarumque quibus constant vi & potestate, ad deducendum horoscopum & amuleta conficienda. Differitur quoque de planetarum & orbium cælestium influxu in singulos alphabeti characteres.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 913.

MCXXIII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur pars ſecunda operis inſcripti ſcientiarum ſol. Auctore *Mohiddino Albouny.*

MCXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus ketab al anouar, vel meſatih al aſrar, id eſt, liber luminum, ſive clavis ſecretorum. In eo opere videas 1.° linguarum quarumdam peregrinarum alphabeta, ſed partim incondita, partim rudi & indocta manu delineata, pleraque etiam fictitia. Reperiuntur 2.° viginti octo alphabeta, quæ ad amuleta conficienda plurimum valere vana eſt Orientalium opinio. 3.° Magica quædam ſubjunguntur, priſcorum Ægypti regum, ſive potius dæmonum capitibus adumbrata. Is autem tractatus compoſitus dicitur à quodam doctore Hebræo *Jehuda* Moſlemano appellato, & Abdelmeleko Marvani filio Chaliſæ nuncupatus. Illius autem alterum exemplar à Jobo ben Moſeilema deſcriptum perhibetur.

MCXXV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur variorum qui de geomantia ſcripſere auctorum collectio, quos inter *Scheik Taraboloſi,* ſive Tripolitanus, *Scheik Zenati, al Barki, al Akairi, al Berberi, Ahmed al Hamadani.* Ab illis autem plurimi è veteribus laudantur ad quos vel inventio, vel ſtudium hujus nugaciſſimæ artis refertur. Ex eo numero Cham Noæ filius, Hermes Triſmegiſtus, quem eumdem cum Enocho Mahummedani fabulantur, Thomthom al Hendi, id eſt, Indus, al Kurdi, &c. Porro artis illius fundamenta ſexdecim figuris innituntur, quæ ſingulæ certo punctorum numero variè diſpoſito conſtant, & ad literas, vel numeros, vel ſigna zodiaci, vel planetas, aut etiam elementa referuntur. Hinc fit ut illarum combinatione vel disjunctione multa dubia, occulta & remota cognoſci poſſint.

MCXXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur tractatus cujus titulus ketab al dakhirah, v kaſchf al taouakkou le ahel al baſſirah, id eſt, liber commeatus, ſive virorum ſagacium expectatio manifeſtata; ibi vero de ſomniorum interpretatione. Auctoris nomen latet. Laudatur quidem in Bibliotheca Orientali kaſchf al dhonoun dicta, verum omiſſo ſcriptoris nomine. Deinurius autem in ſuo taabir al caderi, 7500. libros de eo argumento reperiri teſtatum reliquit. Obſervare operæ pretium eſt opus de quo nunc ſermo, dividi in octo ſermones, qui velutitot rami arboris myſticæ & hieroglyphicæ, quam auctor ſibi fingit, repræſentantur.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 976.

MCXXVII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur tractatus in quo de re equeſtri, armis tractandis, ſagittis mittendis & haſta vibranda, auctore *el Ahdab,* qui anno Chriſti 1295. vivere deſiit.

MCXXVIII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur tractatus de arte equitandi, jaculandi & arma tractandi, auctore *Schahin Zaini.* Adjunctæ ſunt icones variæ.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 986.

MATHEMATICI,

In-quarto.

MCXXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur *Euclidis* elementa è Græca lingua in Arabicam ab *Honaino Iſaaci* filio converſa, adjunctis notis marginalibus, quarum auctor ignoratur.

MCXXX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur introductio ad mathematicas diſciplinas, auctore *Haſſan* filio *Salem.*

MCXXXI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur geometriæ elementa, auctore *Mahummede Ebn al Hambali.*

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 961.

MCXXXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Joannis Franciſci la Croix opera illatus. Ibi continentur:

1.° Tractatus ubi de mathematicarum disciplinarum fundamentis.

2.° Tractatus de musica.

3.° Tractatus ubi de rebus ad astronomiam & astrologiam pertinentibus. Tres autem illi tractatus Avicennæ potissimùm principiis innituntur.

MCXXXIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus ressalat schamsijat si alkauvaed alhisabia, id est, tractatus solaris de fundamentis sive principiis arithmeticæ. Ibi multa de mensuris, ponderibus & divisionibus hæreditatum, auctore *Abdallah* filio *Mohammed Khauvam.*

MCXXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus brevis de arithmetica, auctore *Mohammede Kholsensi* Hispano.

MCXXXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Commentarius in tractatum inscriptum lamoon, ubi de arithmetica, auctore *Abu Abbas Ahmed Schehabiddini* filio *Abdilgaffar.* Commentatoris autem nomen ignoratur; illud tantum constat huic operi ultimam manum Meccæ ab eo impositam esse anno Hegiræ 920.

2.° Tractatus ejusdem argumenti, auctore *Alhharthabi.*

MCXXXVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus brevis de algebra, sive de iis ad quæ arithmeticæ ope perveniri nequit, auctore *Jiaddino* Nisaburensi.

MCXXXVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Liber cujus titulus ketab beian ahkam tholou al scherai al jemaniah, id est, liber judiciorum quæ è sirii jemanensis, sive canis majoris ortu fieri debent, auctore *Hermete Hermetum,* qui alias *Edris* & *Mercurius Trismegistus* nuncupatur. Hocce opus, ut fama est, è veteribus membranis Aristoteles Nicomachi filius descripsit.

2.° Tractatus cujus titulus ekteran al caouakeb, id est, de planetarum conjunctionibus, auctore *Abou Maschar, ben Mohammed al Balki,* qui vulgo *Albumasar* appellatur. Quæ codicis pars anno Hegiræ 1002. exarata dicitur.

3.° Opus inscriptum mocaddemat al vardiat, sive poëma, ubi de somniorum interpretatione, auctore *al Seragi Omar ben Alvardi.*

MCXXXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur *Ptolemæi* almagestum è Græca lingua in Arabicam ab *Abi Elwafa Mohammed Ebn Mohammed* Nurgianensi conversum.

MCXXXIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus; quo continetur *Ptolemæi* almagestum è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversum.

MCXL.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur astronomiæ compendium, cujus auctor *Nasireddinus* Tasensis.

MCXLI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur institutiones astronomicæ, quibus adjunctæ sunt tabulæ: hujusce operis auctor *Mohammed Abu Wafa Albuzgioni.*

MCXLII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur institutiones astronomicæ, quarum auctor *Schehiaeddinus Aboubekr.*

MCXLIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur anonymi institutiones astronomicæ, una cum tabulis ad diversas epochas tam solares quàm lunares accommodatis. Desideratur præfatio. Initio autem codicis reperiuntur duo folia & totidem ad calcem, Armeno charactere exarata, quæ ob antiquitatis notas propius inspicere abs re non erit.

MCXLIV.

Codex bombycinus Constantinopoli

nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Fragmentum institutionum astronomicarum, auctore *Ebn Asschather* Damasceno.

2.° *Ebn Junes* Ægyptii tabulæ astronomicæ.

MCXLV.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continentur *Giamaliddini* Mardinensis tabulæ astronomicæ, quarum ope calendarium emendari & almanachus confici potest.

MCXLVI.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur anonymi tractatus ad astronomiam & astrologiam quam judiciariam vocant, pertinens. Dividitur in sectiones LX. quibus de cælo, stellis, planetis & illorum motu, de bona vel mala fortuna, quæ, si auctori fides, tota à syderum influxibus pendet; de zodiaci signis, de lunæ stationibus, de septem mundi climatibus, de dierum faustorum & infaustorum cognoscendorum ratione.

MCXLVII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur *Huceini Ali* filii *Omar* Marocani, operum mathematicorum pars prima, in qua de rebus ad astronomiam pertinentibus differitur, adjunctis figuris & tabulis.

MCXLVIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur *Abulhacen Ali* filii *Omar* Marocani, operum astronomicorum pars altera. Ibi de instrumentis astronomicis & illorum usu differitur.

MCXLIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Macmud Ebn Moamad* disputatio de orbe cælesti & terrestri.

2.° Anonymi carmen de diebus faustis aut infaustis.

3.° Anonymi epistola de vero Meccæ situ.

4.° *Mahumetis Bariddini* Mardinensis, epistola ejusdem argumenti.

5.° Anonymi tractatus de rhetorica, in XLIV. sectiones divisus.

6.° Opusculum cujus titulus, centum *Aly* verba, vel apophthegmata.

7.° Anonymi commentarius in *Hosain* Tagrensis poëma.

8.° Preces quolibet hebdomadis die.

9.° *Aly* proverbia ordine alphabetico disposita, auctore *Abulphati Abdilvahed.*

MCL.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus inscriptus, qualitatis comprehensio. Auctore *Macmud Ebn Mashud Sciarrareo,* magno Mahummedanorum judice. Ibi differitur de corporum cælestium natura, & de terræ partibus habitabilibus, &c.

MCLI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Tractatus de corporibus cælestibus, orbiumque cælestium forma & motibus, auctore *Nasiriddino Mohammede* Thusæo.

2.° In huncce tractatum commentarius, cujus auctor *Abdilvahed Mohammedis* filius.

MCLII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur commentarius in Mohammedis Khouaresmi tractatum de corporibus cælestibus. Commentarii autem illius auctor *Assid Ascharif* Gergianensis, cujus mors in annum Hegiræ 816. cadit.

MCLIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Anonymi disputatio de syderibus, motibusque illorum, de circulis, zodiaci signis, horizonte, aliisque ejusdem argumenti.

2.° Ejusdem disputatio de longitudinibus & latitudinibus, de partibus terræ habitabilibus.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 896.

MCLIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur opus inscriptum liber originis veritatum, è cælorum scientia. Dividitur in partes decem, ubi de septem planetis, illorum influxibus & proprietatibus; de

mirandis rebus quæ ex mixtis, corruptionibus, plantis, lapidibus, coloribus & animalium membris ortum ducunt; de venenis, aliisque compluribus naturæ arcanis. Ibi quoque de iis quæ ad telesmata conficienda idonea sunt.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1041.

MCLV.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur *Gemaleddini* Mardinensis tabulæ astronomicæ.

MCLVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus brevis de solis cursu, illiusque mansionibus, illudque ut horæ diei ac noctis, quibus Mohammedani preces suas peragere debent, facilius cognosci possint. Auctore *Abderrhaman* Thannabensi, sacrarum precum in magna Cairi mesquita quæ Azhari nuncupatur, præcone.

MCLVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus de quibusdam instrumentis astronomo necessariis, lingua Arabica scriptus.

2.° Anonymi opusculum ejusdem argumenti, lingua quoque Arabica.

3.° *Esir Eddini* de astrolabio opusculum, lingua Arabica.

4.° Anonymi opusculum ejusdem argumenti, lingua Persica.

5.° *Izzeddini* dissertatio de quodam instrumento astronomico, Arabicè.

6.° *Selimi* tractatus ad astronomiam pertinens, Turcicè. Desiderantur initium & finis.

7.° *Jacobi ben Isaak Alchindi* tractatus de instrumento quodam mathematico sibi reperto, Arabicè. Floruit *Jacobus* duodecimo sæculo.

8.° Anonymi tractatus mathematicus, Arabicè.

9.° Anonymi tractatus de sphæricis, viginti septem capita complectens.

10.° Anonymi opus de astrolabio, quinquaginta capitibus constans, Persicè.

11.° *Moustafæ* de punctis ortus & occasus solis, dum signa zodiaci percurrit, Turcicè.

12.° *Izzeddini* tractatus astronomicus, Arabicè.

MCLVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Zainiddini Abderrohami* Hanifensis tractatus de astrolabio, in decem sectiones divisus; quæ omnes, si primam excipias, desiderantur.

2.° Anonymi tractatus de cognitione temporum & horarum. Sequuntur alii tres tractatus.

3.° *Sciamsiddini Algozuli* opusculum de cognitione temporum & horarum.

4.° Anonymi tractatus, ubi de rebus ad geometriam pertinentibus.

5.° Anonymi fragmentum de circulis ad horizontem parallelis.

MCLIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Tractatus de astrolabio, illiusque usu & utilitate. Auctore *Abu Rihan Mohammed Baciuni*. Constat capitibus viginti.

2.° Tractatus ejusdem argumenti varia capita complectens, auctore *Abderrahman* filio *Omar*, qui vulgo *Abu Hassan* sapiens appellatur.

MCLX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur commentarius in librum cujus titulus khatem Abi Ahmed, id est, annulus Abi Ahmed. In eo autem opere de astronomici illius annuli fabricandi ratione, illius usu & proprietatibus disseritur. Auctore *Fakreddino Osmar Abu Omar Ansari*.

MCLXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur tractatus, ubi de astrologia quam judiciariam vocant, auctore *Abuschocr* Africano. Ad hujusce codicis calcem reperiuntur folia quædam ad idem argumentum pertinentia.

MCLXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi tractatus ad astrologiam quam vulgo judiciariam appellant, pertinens. Ibi de horoscopo aliisque id genus ineptiis.

MCLXIII.

MCLXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus de astrologia judiciaria & literarum alphabeti Arabici arcanis proprietatibus, auctore *Abu Moofer*.

MCLXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1°. Tractatus cujus titulus lisan alfalac, id est, lingua astrorum, ubi de literarum alphabeti Arabici & zodiaci signorum ad horoscopum conficiendum cognitione. Auctore *Ahmed Massauri* Africano.

2.° Tractatus de arte divinandi, adhibitis alphabeti Arabici literis. Non desunt qui hoc opus *Fakriddino* Razensi tribuant.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1664.

MCLXV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus de conficiendo horoscopo. Auctore *Abu Maaschar,* cognomine Sapientis claro. Adjunctæ sunt signorum zodiaci icones, verum rudi & imperita manu delineatæ.

MCLXVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus de horoscopo, illudque per modum interrogationis & responsionis. Auctore *Abuzaid Abderrahman Ebn Khaldun.*

MCLXVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus cujus titulus kitab assuthas, ubi de anima astrorum & horoscopo conficiendo. Quod opus ab Arabe aliquo confictum *Hermeti Trismegisto* tribuitur.

MCLXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber quo plurium virorum & feminarum nativitates referuntur. Auctore *Ahmed* filio *Abdilgiauvad,* qui id omne ad proprios usus à se collectum scribit anno Christi 1642.

MCLXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus scharh al Sallah al Sogdi vel Sofadi, id est, commentarius *Sallah* Sogdiani sive Safetensis, in arborem nomanicam, sive opus astrologicum, quo Scheikh *Mohieddin* Othmanidarum dynastiæ, ex planetarum, maximè Martis & Saturni conjunctione multa fausta & prospera, sed obscurè & mysticè portendit.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1071.

MCLXX.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1676. Ibi continetur tractatus cujus titulus, de judiciis sublimibus signorum cælestium, sive de eligendis horis & momentis felicibus ad rem quamlibet incipiendam, juxta astrologorum Græcorum & Persicorum doctrinam. Auctore *Facareddino Muhammede* filio *Razi,* quem in urbe Raï anno Hegiræ 543. natum ferunt. Ejus autem opus Persicè scriptum in gratiam præfectorum exercitus regis Kuaremschah, in Arabicam linguam convertit anonymus, rogatu Emiri cujusdam nomine Achchabeddin Ahmed.

MCLXXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Tractatus, ubi traduntur regulæ ad ea cognoscenda quæ singulis annis evenire debent. Quod si interpreti Arabico fides, operis illius *Hermes* auctor est. Addit ab Aristotele in Græcam linguam fuisse conversum.

2.° *Abdil-Chader* tractatus inscriptus videntis recreatio, ubi de temporum scrupulis per singulos anni dies cognoscendis.

MCLXXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus inscriptus medicinæ scientia spiritualis, auctore *Ali* Hispano Granatensi. Dividitur opus in sectiones octo, in quibus de corporum cælestium & terrestrium ad componendas varias telesmatum species efficacia, de alphabeti literarum, & punctorum vi & proprietatibus.

MCLXXIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Liber cujus titulus gefr, ſive delineatio ænigmatica eorum omnium quæ Mohammedanæ religionis cultoribus evenire debent. Auctore *Chinoleddino Abuſalem* filio *Thallia*.

2.° Opus ejuſdem argumenti, cujus auctor *Mohieddinus*, vir maximi apud Mahummedanos nominis.

MCLXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur *Schemſeddini Mohammedis* tractatus, in quo totus eſt, ut quæ Mohammedanis ad mundi uſque finem eventura ſunt, è ſyderum influxibus divinet.

MCLXXV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur teleſmata quædam & alia nonnulla id genus commenta, quorum auctor fertur Mohammedis frater germanus.

MCLXXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur tractatus de aſtrorum animo, & de rebus ad artes magicas pertinentibus diſſerens. Auctore *Scherafiddino Abu Abbas* Bunenſi.

MCLXXVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus ſchams al afak fi elm al horouf, vel al aoufak, id eſt, ſol exoriens, ſive de literarum ſcientia, illarumque combinatione & convenientia. Opus planè myſticum, idemque ſuperſtitioſum, quo literarum ordo, ſignificatio & tranſpoſitio non ſolum ad ſenſus reconditos, ſed & ad mira quædam patranda valere dicuntur. Auctore *Abdalrahman ben Mohammed ben Ali, ben Ahmad al Baſtami*, ſectæ Hanefiticæ doctore clariſſimo. Is autem in præfatione ducentorum & amplius ſcriptorum meminit, qui de eo argumento ſcripſerunt.

MCLXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Abu Abdallæ Muhammedis* filii amil temimi, id eſt, explicatio ſpiritualis & myſtica variarum imaginum, figurarumque taliſmanicarum, quas auctor in vetuſto quodam templo Buſiritano à ſe repertas teſtatur.

MCLXXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur tractatus de variis ſortium generibus. Ibi teleſmatum conficiendorum ratio innumeris penè exemplis declaratur, multis quoque de literarum alphabeti vi & poteſtate, de geomantia, aliiſque ſimilibus diſſeritur. Auctore *Mahummede* Feſſano, qui ea mente illud opus à ſe ſcriptum ait, ut quæ in cæteris libris obſcurius dicta videbantur, majori in luce collocaret.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 1074.

MCLXXX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber inſcriptus calamorum ſcientia, ubi de characteribus qui apud varias gentes obtinent. Illorum tamen plerique commentitii, quales ii ſunt, quibus teleſmatum opifices, medici, alchymiſtæ & aſtrologi ad celanda artis ſuæ myſteria utuntur. Verum in eo opere alphabeta linguarum Syriacæ veteris, Saracenicæ, Chaldææ & Samaritanæ reperiuntur. Reperiuntur quoque characteres in monumentis antiquis, obeliſcis & pyramidibus inciſi. Quod ſi auctori anonymo fides, characterum illorum ope ad Dei, ejuſque attributorum cognitionem perveniri poteſt.

MCLXXXI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Vanſlebii opera illatus anno 1676. Ibi continetur tractatus cujus titulus luminum fomes, myſteriorum ſyntagma de ſcientia literarum. Auctore *Giamaladdino Joſepho Abulmohaſſen Alnoduni*. Contendit auctor cognitis ſemel alphabeti Arabici myſteriis, planetarum virtute & influxu ſecretiores animi cogitationes divinari, tempora fauſta intelligi, infauſta caveri, & amuleta confici poſſe. Illud autem opus anno Hegiræ 827. in lucem prodiit.

MCLXXXII.

Codex chartaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus ſefat al aklam, ſive alphabeta variarum linguarum; item alphabeta prophetica, myſtica, chymica, magica & teleſmatica. Verum illorum pleraque commentitia ſunt.

MCLXXXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Alphabeta varia prophetarum, philosophorum, & diversarum gentium, verum pleraque commentitia.

2.° Liber cujus titulus magmou ala elm al raml, sive collectanea de arte geomantica, quæ species est divinationis per puncta, sed superstitiosa & magica. Auctoris nomen latet.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1078.

MCLXXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus cabs al anouar, va giamé al asrar, id est, lumina accensa & arcanorum collectio, qua de literarum Arabicarum, & illarum præcipuè quæ quibusdam Alcorani capitibus præfiguntur & ab interpretibus diversimodè explicantur, mysteriis. Hocce opus superstitiosum & impium decem capitibus constat. Illius auctor est *Aboul Hegiag Joseph ben Ali al Cadherouni al Magrebi*, à quo absolutum dicitur anno Hegiræ 785.

Is codex ex auctoris ipsius autographo descriptus est anno ejusdem æræ 862.

MCLXXXV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur de literarum alphabeti Arabici vi & proprietatibus arcanis, idque juxta superstitiosam Mohammedanorum doctrinam tractatus, auctore *Mohijddino Abu Abbas* Corasita.

MCLXXXVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur tractatus, ubi de literarum alphabeti Arabici vi & proprietatibus. Credunt enim Mohammedanorum plerique illis semel probè cognitis, nullo negotio futura divinari. Auctore *Mohammede* Schabramalsensi.

MCLXXXVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur fragmentum commentarii in librum cujus titulus khatem, id est, sigillum, quo de recondito literarum Arabicarum sensu & mystica illarum operatione differitur. Auctore *Abou Hamed Mohammed ben Mohammed al Gazali*. Commentatoris nomen ignoratur, qui totus est in describendis amuletis variis characteribus consignatis, quibus Mahummedani artem magicam salva conscientia exercere posse sibi persuadent.

MCLXXXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus giamé le fenoun fi elm alzaiergiah, id est, collectio variorum auctorum qui de zaiergiah scripserunt. Est autem zaiergiah divinationis species, quæ literarum & vocum ope, quibusdam planetarum signorumque zodiaci characteribus notatarum, circulisque inscriptarum exercetur. Inter præcipuos nugatoriæ illius artis scriptores numerantur *Aboulabbas Ahmed Albesti, Ebn Khaledoun, al Hadhrami, Schemseddin Mohammet al Marmari*, & *Mohieddin Ebn Arabi*, quorum opuscula in eo codice reperiuntur.

MCLXXXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus taissir al methaleb lecol thaleb, id est, vota & desideria curiosorum facilè impleta. Opus quo mystici literarum Arabicarum sensus & arcana illarum efficacia exponuntur. Auctore *Mohammed ben Mohammed ben Jacob*, origine Cufensi, patria Tunetano, qui tamen in quibusdam exemplaribus non *Cousi*, sed *Coumi* appellatur.

Is codex anno Hegiræ 1056. exaratus est.

MCXC.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum ketab moschtamel ala faouaid adhimat, &c. sive liber multa utilia complectens, immo multa futilia & superstitiosa. Differitur 1.° de iis Alcorani versibus quos ad miras quasdam morborum curationes Mohammedani plurimum valere sibi persuadent. 2.° Precatiunculæ complures è viris nonnullis eximia sanctitatis laude insignibus proponuntur. Sequuntur 3.° characteres, schedulæ, telesmata, cæteraque id genus quæ probatissimorum remediorum adinstar adhiberi possunt.

MCXCI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Anonymi animadversiones in quemdam tractatum cujus titulus chaicret

hahamaniet, ubi multa absurda & insulsa de ratione divinandi per literas.

2.° Oratio de laudibus feriæ sextæ.

3.° Tractatus de dignitate & præstantia Jerusalem, Meccæ & Medinæ.

MCXCII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus inscriptus, juncta series margaritarum de secreto maximo, auctore *Camaliddino Abusalem Mohammedis* filio *Thalha* Rabensi. Ibi contendit ab eo qui semel ad nominis Dei cognitionem pervenerit, miracula vel maxima patrari posse. Quod si Camaliddino fides, vir quidam sanctus cum illam à Deo ipso variis circulis & lineis adumbratam accepisset, communicavit cum Ali Ebn Abuthaleb, is vero auctori tradidit, qui hocce opere tantum mysterium aperire sibi proponit.

Is *Camaliddinus* anno Hegiræ quadragesimo vivebat.

MCXCIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur collectanea varia in quibus de rebus spiritualibus, literis & medicina differitur. Opus imprimis superstitiosum, spirituum invocationes, incantationes, suffumigationes & cætera id genus complectens.

MCXCIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus scharh khauas esma allah taala al arbaijn, id est, expositio quadraginta nominum Dei, quorum virtute mira & insolita patrantur. Opus imprimis superstitiosum: nam Dei nominibus etiam nomina angelorum & dæmonum subjunguntur, & certis characteribus designantur. Auctore *Schehabeddino Ahmed al Schaharvardi.*

MCXCV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus schera sim al Hendiah fi elm al simiah, id est, Indorum doctrina circa literarum, nominumque efficaciam & virtutem. Opus magicum, cujus ope spiritus & dæmones invocantur ad mira & insolita patranda. Nomina dæmonum trium & viginti præmittuntur, quæ memoriter discenda sunt, deinde præparatio ad illorum invocationem docetur.

MCXCVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus kitab Ihaintam al Hendi, id est, liber cujusdam sapientis Indi Ihaintam nomine, ubi de ratione qua res dissitæ & reconditæ cognosci possint. Auctore *Borhaniddino Abraham* Salhensi.

MCXCVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1676. Ibi continentur tabulæ sortium exquirendarum, quibus vocatis in auxilium Prophetarum nominibus & textibus Alcorani, reconditiores animi cogitationes, bona vel mala fortuna è stellis & planetis possunt intelligi, prævideri & præcaveri. Auctore *Muhammede* filio *Omar* Behiræo, à quo opus illud conscriptum est anno Hegiræ 1076.

MCXCVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus magmou rouhani, id est, collectio variorum experimentorum quæ spirituum sive dæmonum invocatione & adjuratione fiunt. Traditur præterea sigillorum telesmatumque conficiendorum ars & disciplina. Quæ omnia ex Asimæ Mosis matris, Prophetarum & Philosophorum reconditis quibusdam operibus exscripta dicuntur. Auctoris nomen ignoratur.

MCXCIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus negiat al thaleb men mehalek al conouz, sive adjurationes & contestationes superstitiosæ, quibus spiritus, genii & dæmones ab iis locis ubi thesauri aliæque res occultari creduntur, fugari valeant, auctore incerto.

MCC.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus hall al romouz fi mefatih al conouz, id est, solutio mysteriorum qua reserantur thesauri. In eo opere reperias trium alphabetorum inversorum sensus reconditos, illorumque tam ad morborum curationes, quàm ad alia mira

patranda occultam virtutem. Hujuſce tractatus auctor eſt, ut titulus præfert, *Abou Hamed al Gazali*.

M C C I.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus inſcriptum oioun al hakaiek vel idhah al tharaiek, id eſt, fontes ſubtilitatum & expoſitio viarum. Conſtat capitibus triginta, ubi potiſſimùm diſſeritur de iis quæ cibi & potus vicem ſupplere poſſunt, de ſecretis aliorum indagandis, de ſuffumigationibus & incantamentis, de putrefactionibus, quarum ope plurima animalium genera producuntur, de ſtrophiolis & ellychniis, de ſoporiferis, de philtris, & poculis amatoriis, de occultatione rerum hominumque, de contuſione & liquefactione metallorum, de ſementibus è quibus ſtatim plantæ ſoboleſcunt. Auctore *Maimoun*.

M C C I I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continentur:

1.° Liber cujus titulus tohfat al thaleb fi ab thal mehalek al methaleb, id eſt, munus curioſis exhibitum ad removenda deſideriorum obſtacula, ſive liber exorciſmorum, quibus ſpiritus qui theſaurorum aliarumque rerum cuſtodiæ præfecti ſunt, adjurantur & noſtræ voluntati parere coguntur. Opus magicæ & impiæ ſuperſtitionis plenum, quod Salomonis, Mithraton, aliorumque fictitiorum nominum authoritate innititur, & claviculæ Salomonis titulo apud noſtrates commendatur.

2.° Tractatus ejuſdem argumenti cujus initium deſideratur.

M C C I I I.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber acephalus & anonymus, quo de rebus ad artes magicas pertinentibus diſſeritur. Leguntur etiam complures Alcorani verſus, quibus admiſcentur ſpirituum invocationes, exorciſmi dæmonum & characteres fictitii. Ad calcem codicis reperitur ſecretum chymicum de argento fictitio ſive adulterino.

M C C I V.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Tractatus cujus titulus koraat Giafar Sadek, id eſt, liber ſortium Mohammedicarum è traditione *Giafari*, cognomento *Sadek*. Is autem unus eſt ex illis duodecim qui ſimul cum Ali eorum progenitore Imami nomine apud Perſas inſigniri ſolent, & in ſummo poſt Mahummedem honore habentur.

2.° Calendarium Julianum.

3.° Sectio Alcorani albahr dicta, & ab *Aboulhaſſan al Schadheli* in modum precationis digeſta.

4.° Poëmatium quod corthobiah inſcribitur, ubi de legis Mohammedicæ ritibus.

5.° Poëma cujus titulus al bordat.

Is codex characteribus Mauritanicis exaratus eſt.

M C C V.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Liber cujus titulus koraat Giafar al Sadek, id eſt, liber ſortium, auctore *Giafar Sadek* Ali nepote. Illæ autem ſortes purificatione corporis & veſtium, oratione, proſtratione & multorum Alcorani verſuum recitatione præmiſſis ducuntur.

2.° Menſium ſive lunarum computus, cui calendarium Julianum ſubjungitur.

3.° Tabula vitæ & mortis ab *Alkendio* philoſopho propoſita.

4.° Index verſuum Alcorani qui ad uſum ſortium adhibentur.

M C C V I.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Fragmentum opuſculi cujuſdam, in quo de ſortibus quæ ex alphabeti literis ducuntur.

2.° Fragmentum aliud, ubi de aliis ſortium generibus ſuperſtitioſis.

3.° Opus inſcriptum akd algali, ſive ſcholia in librum Bokharii, qui Sahih vulgo nuncupatur, id eſt, liber ſanus & ſincerus, ubi de iis quæ ad Mahummedanam religionem pertinent, auctore *Ahmede al Kordi*.

4.° Notæ in eumdem Bokharii tractatum, auctore *Azzeddino al Hadheri*.

5.° Liber cujus titulus ſchodhour al dhab, id eſt, auri micæ & particulæ, ubi de rebus ad grammaticam pertinentibus, auctore *Ebn Haſcham al Anſari*.

6.° Opus inſcriptum dor altag, id eſt, diadematis gemma, ſive *Soiouthi* notæ grammaticæ in librum Menhag.

MCCVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi liber de sortibus eliciendis, una cum variis id genus observationibus.

MCCVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus cujus titulus ketab jaschtamal ala schei men al ram, id est, liber de lixiviis sive præstigiis opera lixiviorum quæ ex cineribus vespertilionum fiunt, conficiendis. Opus planè impium, quo dæmonum invocationes, magicorum characterum schedulæ, incantationes, suffumigationes, aliaque id genus cultui divino lege etiam Mahummedica præscripto contraria adhibentur. Constat hic liber undecim capitibus quorum non pauca desiderantur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1063.

MCCIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum ketab jaschtamal ala giomlat ressail fi elm al ramal, v ala coratain, sive liber quo plures tractatus geomantici, aliique duo de sortibus reperiuntur. Illorum unus Turcicè conversus, & Mohammedi Amurathis filio Turcarum imperatori nuncupatus, auctorem habet *Giafar Sadek*.

Is codex vel saltem maxima illius pars exarata est anno Hegiræ 1056.

MCCX.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1676. Ibi continetur oneirocriticon *Muhammedis* filii *Sirin*, qui Amidæ in Mesopotamia natus, anno Hegiræ 762. diem supremum obiit. Illud autem opus idem omnino est cum eo quod Achmetis filii Sirin nomine Græcè prodiit.

MCCXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, characteribus Mauritanicis exaratus, ubi continetur tractatus de somniorum interpretatione, auctore *Mohammede* filio *Hucein Sokali* Andalusio.

MCCXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, characteribus Mauritanicis exaratus, ubi continetur liber cujus titulus ketab al escharat fi elm al ebarat, sive tractatus de somniorum interpretatione, in quinquaginta capita divisus. Auctore *Abou Abdallah Mohammed ben Sirin,* qui methodum & principia libri de eodem argumento ab Abou Isaak al Karmani conscripti in omnibus secutum se esse profitetur. Sub finem desiderantur nonnulla.

MCCXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus al eclam fi taffir al ahlam, sive tractatus de somniorum interpretatione, decem capitibus constans. Illius auctor est *Omar ben al Said Kalil ben al Said Ali al Salkani,* ex Ali Mohammedis generi stirpe.

MCCXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum ketab fi marefat alangam v scharhha, id est, liber de tonis sive de musica, cum interpretatione sive expositione prolixiori. Auctore *Schamseddino al Saidaoui al Demeschki.* Observandum autem est voces quibus in ea arte explicanda uti solent, Persicas esse.

MCCXV.

Codex bombycinus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur tractatus de musica, ex opere quodam cujus titulus, socii hilaritatis & amici fidelitatis, excerptus. Auctore *Mohammede* filio *Aboubecri* filio *Scerouni, Elmagniti,* qui paucis tantum de musica propriè dicta præmissis, in eo totus est ut proportiones quæ inter spiritualia & corporea intercedunt, ostendat. Floruit is scriptor anno Hegiræ 750.

MATHEMATICI.

In-octavo.

MCCXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur *Euclidis* elementorum libri quindecim, è Græca lingua in Arabicam ab anonymo conversi. Adjunctæ sunt figuræ.

MCCXVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi

continetur astronomiæ compendium, auctore *Abu Ahmed Gazali.*

MCCXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Tractatus duo de circulis parallelis, auctore *Gorsiddino* Ommadensi filio *Schehabiddini.*

2.° Tractatus quinque de temporum cognitione. Auctorum nomina ignorantur.

MCCXIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur duo tractatus brevissimi de puncto meridiano. Prioris auctor *Ezzeddinus Abdilariz* Vasensis. Alterius nomen ignoratur.

MCCXX.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continentur:

1.° *Hossain Adamai* de horarum determinatione, obliquitate circulorum, & horologiorum conficiendorum ratione, tractatus astronomicus. Non desunt tamen qui opus illud *Saido* filio *Chatif* Samarcandæo tribuant.

2.° Anonymi tractatus de constituendo themate genethliaco.

MCCXXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1676. Ibi continetur opus inscriptum ketab el asoul wel dourabeth, id est, liber principiorum & potestatum, sive compendium philosophiæ occultæ, quo Muhammedicæ Cabbalæ mysteria in alphabeti literis latentia reserantur, ut ea methodo ad horoscopi & alchymiæ cognitionem facilius perveniri possit. Auctore *Chehabeddino Ahmede Elbauni.*

MCCXXII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus magmou thelasem v elm haref, sive collectio variorum telesmatum & arcanorum, quorum ope mira quædam patrari posse Mohammedani nimium creduli sibi persuadent. Veteri collectioni multa recentiori manu addita sunt.

MCCXXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur collectio telesmatum & amuletorum quæ ad conciliandas amicitias Mohammedanorum nonnulli plurimum valere sibi persuadent.

MCCXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus hall al romuz, v facc al aklam, sive solutio difficultatum omnium quæ è variis linguarum characteribus & telesmatum signis oriuntur. Sequuntur multa alphabeta, quorum pleraque mystica & magica.

MCCXXV.

Codex bombycinus, characteribus Mauritanicis exaratus, quo continetur anonymi tractatus cujus titulus koraat al anbia, ubi de sagittarum aleatoriarum lusu, ut & de divinatione quæ illarum opera exercetur.

MCCXXVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus ad impietatem usque superstitiosum. Ibi de morbis dæmonum invocatione curandis disseritur.

GRAMMATICI.

In-folio.

MCCXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Liber cujus titulus cafiah, sive de rebus ad grammaticam pertinentibus, auctore *Gemaleddino Abou Amrou ben Othman,* vulgo *Ebn al Hageb,* qui anno Hegiræ 646. diem supremum obiit.

2.° Commentarius in huncce tractatum locupletissimus, cujus auctor *Radhieddin* (noster codex habet *Negmeddin Radhi) Mohammed ben Hassan al Asterabadi,* à quo manus ultima huic operi imposita est anno Hegiræ 686.

3.° Appendix ad commentarium de quo supra, auctore *al Seid al Scherif al Giorgiani,* qui etiam uberrima scholia in eandem cafiam Persica lingua publici juris fecit.

MCCXXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus,

quo continetur commentarius in librum qui cafiah inſcribitur. Auctor *al Seid Rokneddin Haſſan ben Mohammed al Aſtarabadi,* cujus obitus cadit in annum Hegiræ 717. Tres autem illius circumferuntur commentarii in cafiam. Primus nempe, ſive major, medius de quo ibi ſermo, & minimus. Medius Vafiæ titulo inſignitur, & neglectis duobus aliis, omnium qui grammaticæ Arabicæ operam dant, manibus teritur. Quin & auctor ipſe appendicem operi ſuo adjicere meditabatur, quam morte abreptus abſolvere non potuit.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 836.

MCCXXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus inſcriptum mefsal, id eſt, lingua, vel mofaſſal, liber diſtinctus, quo de rebus ad grammaticam pertinentibus. Dividitur in ſectiones quatuor, quarum prima de nominibus; ſecunda, de verbis; tertia, de particulis; quarta, de promiſcuis. Auctore *Giarallah Mahmoud ben Omar al Zamakh Schari,* cujus mors ad annum Hegiræ 538. refertur. Accedit commentarius *Ahmedis ben Mahmoud ben Omar al Giundi al Caheri.*

MCCXXX.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber inſcriptus giarumia, ſive grammatica Arabica, quæ mocaddamat al agrumiat quoque dicitur. Auctore *Abou Abdalla ben Mohammed ben David al Sanhagi,* vulgo appellato *Ebn Agram* ſive *Giaroumi,* qui natus anno Hegiræ 682. anno ejuſdem æræ 723. vivere deſiit. Eo opere tantam ſibi famam peperit, ut illud illuſtrandum complures ſuſceperint, imprimis vero *Mohammed ben Ahmed ben Jali al Haſſani,* cujus commentarius ibi adjungitur.

Is codex characteribus Mauritanicis exaratus eſt, & à Thoma Erpenio recognitus, ut ipſe ad calcem libri teſtatum reliquit. Eſt autem in eo reprehendendus quod commentarium Rabbi Moſi ben Ahmed tribuat, cum ipſe commentator Mohammedem Ahmedis filium ſe appellari diſertè profiteatur, & pſeudoprophetæ, more ſolito, bene precetur.

MCCXXXI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus magni apud Arabas nominis, inſcriptum mogni al labib men kotob, id eſt, tractatus grammaticus de genuina Arabiſmi pronuntiatione & peritia. Auctore *Gemaleddino Abou Mohammed Abdallah ben Joſeph,* vulgo *Ebn Heſcham,* à quo huic operi ultima manus impoſita eſt anno Hegiræ 749.

Is codex exaratus eſt anno ejuſdem æræ 784.

MCCXXXII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus, ubi de grammaticæ Arabicæ particulis & notis orthographicis, cujus auctor videtur eſſe *Radhieddin Aboubecr ben Omar ben Ali, al Coſthini.*

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 685.

MCCXXXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus alfiah, ſive poëma mille verſibus conſtans, de rebus ad grammaticam pertinentibus, auctore *Ebn Malek.* Accedit *Bedreddini* auctoris filii commentarius.

MCCXXXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Liber cujus titulus alfiah, ubi de rebus ad grammaticam pertinentibus, millenarii præterea nomine ea de cauſa cognitus, quod mille verſibus conſtet. Auctore *Gemaleddino ben Abdallah Ebn Malek al Thai,* patria Hiſpano, Damaſci incola, fato functus anno Hegiræ 672. annos natus 75.

2.° Commentarius in alfiah ab ipſo auctoris filio conſcriptus. Illius nomen *Bedreddin Abou Abdallah Mohammed,* qui nonnulla patris ſphalmata emendavit, & loca dubia petitis ex Alcorano argumentis ſtabilivit. Operi ultima manus impoſita eſt anno Hegiræ 676.

Is codex exaratus eſt anno ejuſdem æræ 980.

MCCXXXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur commentarius in grammaticam Arabicam *Muhammedis* filii *Abdallæ* filii *Malec,* Hiſpani Jaenenſis, millenariam ideo appellari ſolitam, quod mille verſibus auctor grammaticæ regulas tradiderit. Fuit ille vir linguæ Arabicæ imprimis peritus, perluſtratiſque variis regionibus in urbe Sciaban

Sciaban ſupremum diem obiit anno Hegiræ 672. Ad commentatorem quod attinet, vocatur *Abu Abdalla Chemſeddinus.*

MCCXXXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur commentarius in ſecundam partem libri meſtah al oloum nuncupati, ubi de rebus ad grammaticam pertinentibus. Dividitur in partes tres, quarum prima de inflexione; ſecunda, de analogia & etymologia; tertia, de conſtructione & interpretatione. Illud autem opus, quod magno apud Arabas in pretio eſt, multos habuit commentatores. Ex illorum numero *Hoſſameddin al Mouzeni,* qui fortaſſe ſcholiorum de quibus nunc ſermo, auctor eſt. Initio quædam deſiderantur.

MCCXXXVII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi opus inſcriptum clavis idiomatis Arabici obſcuritatum. Ibi explicantur multæ regulæ ad grammaticam pertinentes.

Is codex anno Hegiræ 724. exaratus eſt à quodam Jeia filio Ali, qui ex exemplari emendatiſſimo à ſe deſcriptum eſſe teſtatur.

MCCXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur expoſitio locorum quos è variis ſcriptoribus, poëtis præſertim, laudat auctor libri cujus titulus mogni allabib, id eſt, cordato viro ſatisfaciens, ubi de rebus partim ad grammaticam, partim ad philologiam ſpectantibus, octo capitibus diſſeritur. Expoſitoris nomen eſt *Gelaleddin Abdalrahman ben Abibekr,* qui vulgo *Soiouthi* nuncupatur. Illius obitus cadit in annum Hegiræ 911.

Is codex anno ejuſdem æræ 973. exaratus eſt.

MCCXXXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber inſcriptus ketab felmohadherat, id eſt, opus miſcellaneum, cujus auctor *Abou Manſor Abdalmelek Ebn Mohammed Ebn Iſmail Atthaalebi.* Dividitur in ſectiones quinque, quarum prima de particulis linguæ Arabicæ indeclinabilibus; ſecunda, de virorum quorumdam illuſtrium facetiis & acutè dictis; tertia, de proprietatibus nominum quæ tam hominibus quàm brutis aliiſque rebus conveniunt; quarta, de virtutibus & vitiis; quinta, de nominibus quæ vocibus foala, faala & feala conſonant.

MCCXL.

Codex bombycinus. Ibi continetur liber cujus titulus kamus almohith v catus al raſith, id eſt, oceanus ambiens & patens, ſive theſaurus linguæ Arabicæ. Lexici illius auctor *Abou Thaher Mohammed ben Jacob al Firouzabadi al Schirazi,* qui anno Hegiræ 817. vivere deſiit.

Is codex anno ejuſdem æræ 991. ſumma diligentia exaratus eſt.

MCCXLI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus kamus, ſive theſaurus linguæ Arabicæ.

Is codex anno Hegiræ 1073. exaratus eſt, elegantiſſimè quidem, ſed minus accuratè.

MCCXLII.

Codex bombycinus. Ibi continetur volumen primum lexici illius quod kamus appellatur.

MCCXLIII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur pars ſecunda lexici Arabici quod kamous ſive oceanus inſcribitur.

Is codex exaratus eſt anno Chriſti 1555.

MCCXLIV.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur pars tertia lexici Arabici quod kamous ſive oceanus inſcribitur.

MCCXLV.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus ſihah allogat, id eſt, puritas ſermonis, ſive lexicon Arabicum, auctore *Abou Naſr Iſmael ben Hamed al Giaouhari.*

MCCXLVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus ſihah allogat, id eſt, puritas ſermonis, ſive lexicon Arabicum, auctore *Abou Naſr Iſmael ben Hammad al Giaouhari,* in urbe Tranſoxanæ Farab nato. Is autem linguam Arabicam in Ægypto didicit & calligraphiæ artem Niſaburi in Choraſana exercuit. Illius obitus

ad annum Hegiræ 392. refertur. Multi huic lexico appendices attexuere, donec tandem kamus à *Mohammede ben Jacob,* edito *Giaouharis* opere, pænè obliteratum eſt.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 1013.

MCCXLVII.

Codex bombycinus, Seida in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus inſcriptum mirkat fil logah, id eſt, ſcala linguæ, ſive dictionarium Arabicum, cui adjuncta eſt Turcica interpretatio.

MCCXLVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur dictionarium Arabico-Perſicum cujus titulus kenz fil logah, auctore *Mohammede Abdallæ* filio *Elgailany,* qui hoc ſuum opus Mieſæ Ali Tamerlanis nepoti inſcripſit.

MCCXLIX.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus kenz fil logah, ſive linguæ Arabicæ theſaurus, in quo vocabula Arabica Perſicè explicantur. Auctore *Mohammede* filio *Abdelkhalek* filii *Maruf.*

Is codex, qui primam tantum operis partem complectitur, exaratus eſt anno Chriſti 1625.

MCCL.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur compendium lexici Arabici *Iſmaelis* filii *Hamad el Giaouhari,* cum obſervationibus ad verba & nomina irregularia ſpectantibus. Floruit *Iſmael* quarto Hegiræ ſæculo. Fuere vero duo lexici illius compendia, quorum unum prolixius, brevius alterum: brevius in noſtro hoc codice habetur. Multa ibi occurrunt recentiori manu ſuppleta, illudque anno Hegiræ 910.

MCCLI.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, antiquitate commendabilis, optimæque notæ. Ibi continetur pars quinta & ultima lexici Arabici, cujus àuctor eſt *Abou Naſr Iſmael al Giaouhari.*

MCCLII.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus bareé, id eſt, quod præſtantiſſimum, ſive pars 83. & 104. lexici Arabici regulas quaſdam ad grammaticam pertinentes complectentis. Ibi enim non pauca de vocum peregrinarum inflexionibus reperias. Auctore *Iſmaele Ebn Kaſem* Bagdadenſi, cujus mors in annum Hegiræ 356. conjicitur.

MCCLIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus deſtour fillogat, id eſt, lexicon Arabicum, Perſicè, vel etiam Arabica lingua vulgari explicatum, verba ſive actiones complectens, illudque ordine grammatico, nulla nominum habita ratione. Auctore *Abou Abdalla Hoſſain ben Ibrahim al Nathanaſi,* qui hoc ſuum opus in viginti octo capita pro numero manſionum lunæ, & ſingula capita in ſectiones duodecim, ad numerum duodecim lunationum, ſive menſium anni, partitus eſt. Præfert etiam hic liber titulum hedaiat, qua voce directio & inſtitutio ſignificatur.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 636.

MCCLIV.

Codex bombycinus, quo continetur anonymi vocabularium Arabico-Perſicum.

MCCLV.

Codex chartaceus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur dictionarium Arabico-Perſicum, quod inſcribitur moſſarrahat-fil eſma.

MCCLVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Dictionarium Arabicum Perſicè explicatum, auctore, ut titulus præ ſe fert, *Zamaskhaſchari,* in gratiam Atſez filii Chouvarzem Cha ſuſceptum. Dividitur in quinque partes, quarum prima de nominibus, ſecunda, de verbis; tertia, de præpoſitionibus & particulis; quarta, de nominum declinatione; quinta, de conjugatione verborum.

2.° Dictionarium Arabico-Perſicum, ubi de verborum radicibus ac nominibus infinitivis. Auctore *Abu Abdalla Hucein* filio *Ahmedis Elzanzani.*

MCCLVII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur pars ſecunda lexici Arabici Perſicè explicati, cujus auctor *Ebn Maruf.*

MCCLVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi lexicon, ubi nomina Arabica difficiliora aliis magis obviis exponuntur. Occurrunt interdum voces Persicæ.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 870.

MCCLIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur dictionarium Arabicum, cui adjuncta est Turcica interpretatio. Desiderantur titulus & nomen auctoris.

MCCLX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur lexicon Arabicum Turcicè explicatum, auctore *Mustafa* filio *Schemseddini* Karahissareo, vulgo *Echteri*. E celebrioribus autem lexicographis Orientalibus collectum dicitur.

MCCLXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam nuper illatus, quo continetur lexicon Arabico-Turcicum, è lexicographis celebrioribus collectum, auctore *Mustafa* filio *Schemseddini* Karahissareo, vulgo *Echteri.*

MCCLXII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur dictionarium Arabicum Turcicè explicatum, vulgo Echteri dictum ab auctore *Mustafa* filio *Schemseddini Echteri* cognominato.

MCCLXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus Echteri kebir, sive dictionarium Arabico-Turcicum. Auctoris nomen desideratur.

MCCLXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus mirkat fil logah, id est, scala linguæ, sive dictionarium Arabico-Turcicum. Ait auctor in præfatione majorem operis partem duobus aliis lexicis, schah nempe & kamous, acceptam referre.

MCCLXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur opus cujus is titulus dictionarium Arabico-Latinum, ex Alcorano & celebrioribus auctoribus Maronitarum opera Romæ desumtum, exscriptum Venetiis anno 1610. & denuo meliori forma atque ordine donatum manu atque industria *Joannis Baptistæ du Vallii*, regii linguarum Orientalium interpretis, addito ad calcem indice, qui dictionarium Latino-Arabicum æquaret, Lutetiæ Parisiorum anno Domini 1612. Verum in eo lexico infinitæ prope voces desiderantur, & dictionaria quæ hactenus prodierunt, multo locupletiora.

MCCLXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur dictionarium Arabico-Latinum à *Thoma Pererio* collectum, sive potius annotationes in nonnullas voces Arabicas, quæ aut nullius aut exigui sunt momenti.

MCCLXVII.

Codex chartaceus, olim Melchisedechi Thevenotii. Ibi continetur anonymi lexicon Arabico-Latinum. Observare autem operæ pretium est, verbis omissis, nomina tantum ibi recenseri.

MCCLXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur dictionarium Arabico-Latinum. Ibi Scaliger & Golius interdum laudantur.

MCCLXIX.

Codex bombycinus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur *Claudii Salmasii* adversaria, ubi lexici adinstar de vocum quarumdam significatione disputatur.

GRAMMATICI.

In-quarto.

MCCLXX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus ketab mula jahi al cafia, id est, commentarius in tractatum de grammatica, qui cafiah inscribitur. Ibi plurima Alcorani loca illustrantur, auctore *Ebn Hageb.*

Is codex anno Hegiræ 1027. exaratus est.

MCCLXXI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus caouaed al Aarab, sive regulæ grammaticæ Arabicæ: auctore *Abou Mohammed Abdallah ben*

Joseph, vulgo *Ebn Hescham.* Accedit *Hagi Baba ben Abdalkerim* in huncce tractatum commentarius, ubi versus ex Alcorano depromti explicantur.

MCCLXXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur grammatica Arabica, ubi præsertim de recto adverbiorum usu, illis tantum utilis futura qui magnos in Arabica lingua progressus fecerunt.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 779.

MCCLXXIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Gemaleddini ben Hescham* opuscula varia, ubi de rebus grammaticis.

2.° Anonymi scholia in librum aouamel, id est, regentium. Illius auctor *Abdalcaher.*

3.° Anonymi lexicon, quo voces Arabicæ Turcicè explicantur.

MCCLXXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Liber cujus titulus mesbah fil nahou, id est, fax, sive lucerna grammatica. Auctore *Nassero ben Abdil Saied al Motharezi.*

2.° Commentarius in huncce tractatum, qui inscribitur dhou, id est, lux: auctore *Tageddino Mohammed ben Mohammed al Esfaraini.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 904.

MCCLXXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus dhou, id est, lux, sive commentarius in mesbah fil nahou, sive lucernam grammaticam. Auctore *Tageddino.*

Is codex anno Hegiræ 1016. exaratus est.

MCCLXXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber dhou appellatus, sive commentarius in tractatum de grammatica cujus titulus mesbah. Hunc codicem quidam Seidi Mohammed liberis & nepotibus testamento reliquit, ea tamen conditione ut, extincta stirpe, Meccam vel Medinam ad mesquitæ usum deferretur.

MCCLXXVII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus cafiah, sive grammatica Arabica, auctore *Abdillatif.* Conjectæ ad oram notæ quædam anonymi.

MCCLXXVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus cafiah, id est, grammatica Arabica: auctore *Abdillatif.*

MCCLXXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus. Ibi continetur commentarius in tractatum de grammatica, qui cafiah inscribitur: auctore *Alhindy.*

MCCLXXX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi commentarius in grammaticam Arabicam cujus titulus cafiah.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 948.

MCCLXXXI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur *Abdillatif* commentarius in cafiah, sive grammaticam Arabicam ab ipso conscriptam.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 875.

MCCLXXXII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus ketab al Giarumiah fi logah al Arabiah, sive grammatica Arabica dicta Giarumia, & Romæ typis edita. Illius auctor *Ebn Agroum* sive *Giaroum.*

MCCLXXXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Abu Imr Ebn Elhagieb* grammatica Arabica, eadem cum illa quæ Romæ publicam lucem aspexit, adjunctis scholiis interlinearibus & marginalibus.

2.° *Abdilcaheri* filii *Abderrehman al Girgiani* grammatica Arabica, cum *Haggi Baba* commentariis.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 992.

MCCLXXXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur commentarii in grammaticam Arabicam Giarumiæ nomine cognitam, auctore *Abbas al Azhari.*

MCCLXXXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi grammatica Arabica.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1111.

MCCLXXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus ketab al tasrif, sive tractatus de rebus grammaticis, auctore *Gemaleddino Abou Amraan Othman ben al Hageb*. Accedunt commentarii *Fakreddini Ahmed ben Hassan Algiarbadi*.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 785.

MCCLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus amnoudag fil nahou, sive grammatica Arabica, auctore *Giarallah Aboulcassem Mahmoud ben Omar Zamaskhschari*, adjunctis scholiis *Gemaleddini Mohammed ben Abdalgani al Ardabili*.

MCCLXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Liber vulgo dictus centum regentes, sive grammatica Arabica, auctore *Abdelfaiel* filio *Abdelraman* Harigiano.

2.° Anonymi grammatica Arabica cum commentariis.

MCCLXXXIX.

Codex chartaceus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur tractatus grammaticus, vulgo centum regentes appellatus.

MCCXC.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur grammatica Arabica una cum illius explicatione Persica. Dividitur opus in partes quinque, quarum prima de nominibus; secunda, de verbis; tertia, de adverbiis; quarta, de nominum declinatione; quinta, de conjugatione verborum. Auctor ignoratur. Ait tamen huncce tractatum à se conscriptum in gratiam præfecti cujusdam Khouaremschah Persarum regis.

MCCXCI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur poëma cujus titulus al khelassat fil nahou, id est, grammaticæ Arabicæ nucleus, alio nomine alfiah nuncupatur. Ibi autem de rebus ad grammaticam pertinentibus: auctore *Ebn Malek*.

MCCXCII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi commentarius in grammaticam alfiah appellatam, cujus auctor *Ebn Malek*. Illud autem opus innumeros prope interpretes habuit, qui commentarios, vel scholia, vel etiam additamenta ejus illustrandi causa scripsere, eo ferè modo quo apud nos Priscianus & Donatus sequentis ævi grammaticos suorum operum expositores sortiti sunt.

MCCXCIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus lobb al albab, id est, medulla sive nucleus sapientum. Opus quo de rebus ad grammaticam pertinentibus disseritur: auctore viro inter Arabas clarissimo, qui vulgo Cadhi *Bedhaoui* nuncupatur. Sequitur in huncce tractatum commentarius *Mohammedis ben Pir Ali*, cognomine *Barkali*, qui primus, ut ipse testatur, ad opus *Bedhaoui* illustrandum accessit.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 865.

MCCXCIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus serr al sanaat, id est, artis secretum, in quo de rebus ad grammaticam pertinentibus, auctore *Aboul Barakiat al Mobarak ben Abilfath ben Giaini*.

Is codex exaratus est anno Christi 551.

MCCXCV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus tabserat al mobtadi v tadhkerat al montahi, id est, exemplar rudiorum & memoriale eruditorum. Ibi vero de rebus ad grammaticam pertinentibus, auctore *Abou Mohammed Abdallah ben Ali ben Ishak al Saimiri*, qui vulgo *Sabth al Khaiath* nuncupatur.

Is codex characteribus Mauritanicis illisque elegantibus anno Hegiræ 502. exaratus est.

MCCXCVI.

Codex bombycinus, olim Isaaci Baduerii, deinde Colbertinus, quo continentur:

1.° *Ahmedis* filii *Ali* filii *Mashoud*

grammatica Arabica, ubi tantum de verborum conjugationibus & anomalis.

2.° Ejusdem grammatica, una cum scholiis interlinearibus & marginalibus.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 947.

MCCXCVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur grammaticæ Arabicæ pars, ubi traduntur regulæ quibus cognosci potest quando aleph initiale aut finale habere vocalem aut ea carere debeat. Sequitur catalogus ordine alphabetico dispositus nominum & verborum quibus occurrit unum aut alterum aleph: auctore *Ahmede Abu Abbas* filio *Wallædi*.

MCCXCVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus ketab al tasrif, id est, tractatus grammaticus, ubi de verborum inflexione: auctore *Ahmede Ali ben Masoud*.

MCCXCIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Liber cujus titulus ketab al tasrif, id est, tractatus grammaticus de verborum inflexione: auctore *Ahmede ben Ali ben Masoud*.

2.° Opusculum ejusdem argumenti, auctore anonymo.

MCCC.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Liber cujus titulus ketab al tasrif, sive tractatus grammaticus de verborum inflexione: auctore *Ahmede ben Ali ben Masoud*.

2.° Anonymi opusculum ejusdem argumenti.

MCCCI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Ahmedis* filii *Ali* grammatica Arabica de verborum conjugationibus, una cum scholiis interlinearibus & marginalibus.

MCCCII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus merah al arouah, in quo de rebus ad grammaticam pertinentibus: auctore *Ahmede ben Ali ben Masoud*.

MCCCIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum ketab al tasrif, sive tractatus de verborum inflexione: auctore *Ahmede ben Ali ben Masoud*.

2.° Anonymi tractatus, ubi de forma verborum passiva.

3.° Anonymi opusculum, ubi de verborum conjugatione.

MCCCIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus merah al arouah, id est, oblectamentum animorum. Ibi de verborum Arabicorum inflexione differitur, auctore *Ahmede ben Ali ben Masoud*. Accedunt commentarii alterius *Ahmedis*, cognomine *al Donghouz*, id est, Porci, Turcicè.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1009.

MCCCV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum ketab al tasrif, sive liber ubi de rebus ad grammaticam pertinentibus, præcipuè vero de verborum inflexione differitur, auctore *Ahmede ben Ali ben Masoud*.

2.° Anonymi opusculum ejusdem argumenti.

MCCCVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus scharh Azzi, id est, commentarius in opus quoddam *Azzeddini al Zengiani*, ubi de verborum Arabicorum inflexione. Commentarii illius auctor *Masoud ben Omar al Tagtazani*.

MCCCVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus ketab al nahou, sive grammaticæ Arabicæ rudimenta, ubi de verborum inflexione & particularum regimine: auctore *Abdelcahir ben Abdelrahman al Giorgiani*.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 939.

MCCCVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus ketab al tasrif, sive tractatus de verborum Arabicorum inflexione. Auctoris nomen latet.

Is codex anno Hegiræ 876. exaratus est.

MCCCIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Opus inſcriptum Azzi al Zingiani, ſive liber ubi de verborum Arabicorum inflexione, auctore *Azeddino Aboul Fadhail Abdalvahab Ibrahim al Zingiani,* qui anno Hegiræ 655. obiiſſe dicitur.

2.° Anonymi in huncce tractatum commentarius, anno Hegiræ 1049. ut videtur, deſcriptus.

MCCCX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi commentarius in librum qui mochtaſſar inſcribitur, id eſt, grammaticæ compendium, cujus auctor fertur *Nagmeddinus Omar* al Imam *al Fadhel, al Kamel, al Heraoui.*

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 995.

MCCCXI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Zaineddini Chaled* filii *Abdallæ el Azhari,* in grammaticam *Gemaleddini Rouceph* filii *Richam* Anzaræi, commentarius doctioribus tantum legendus, quo omnes grammaticæ partes, compluribus adjunctis exemplis, exponuntur.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 1053.

MCCCXII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi commentarius in tractatum de grammatica cujus titulus almaſoud, &c. id eſt, ſcopus quem ſibi unuſquiſque in conjugandis verbis Arabicis præfigere debet.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 1047. & pietatis cauſa in uſum alicujus ſcholæ legatus.

MCCCXIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continentur:

1.° *Giarallæ Zamakh* Scharenſis, in opus giommal inſcriptum (cujus auctor *Mohammedes Ebn Abdilgani)* commentarius. Ibi vero de partibus orationis à verbo giommal appellato ductis diſſeritur.

2.° Liber cujus titulus ſcharh almoſbali, id eſt, expoſitio luminaris, ubi de rebus ad grammaticam pertinentibus, auctore *Naſero* Mathrazio, à quo opus illud in gratiam filii ſui ſcriptum dicitur. Is obiit anno Hegiræ 610.

3.° Opus inſcriptum kitab almoſbah, id eſt, liber luminaris.

Hujuſce codicis prima & ſecunda pars anno Hegiræ 983. exarata eſt.

MCCCXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inſcriptum ketab al dhaou, id eſt, liber lucis, ſive quæſtionum quæ ad grammaticam pertinent difficiliorum explicatio, auctore *Jibawaik* grammaticorum principe.

Is codex in Begzadenſi collegio à quodam Begzadeh ſive Bey filio Selivreæ ſtabilito, exaratus dicitur anno Hegiræ 1059.

MCCCXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur grammatica Arabica una cum interpretatione Perſica interlineari. Dividitur in partes quinque, quarum prima nomina; ſecunda, verba; tertia, præpoſitiones ſive particulas; quarta, nominum, quinta verborum inflexiones exhibet. Auctoris nomen ignoratur. Vixiſſe tamen duodecimo Hegiræ ſæculo conſtat, ut pote qui hoc ſuum opus Alaeddino Abulmodafar Allez filio Couvarzemſchai Couvareſmiæ Sultano nuncupaverit.

MCCCXVI.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi grammatica Arabico-Turcica.

Is codex anno Hegiræ 1073. exaratus eſt.

MCCCXVII.

Codex bombycinus, olim Huberti Aurelianenſis profeſſoris regii. Ibi continentur nominum Arabicorum ſingularis & pluralis numeri, adjunctis nominibus Perſicis & Turcicis.

MCCCXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur verborum Arabicorum conjugationes, ſubjectis verbis Turcicis quæ Arabicis reſpondent, auctore *Zamaſhkcheri.*

MCCCXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur tractatus cujus titulus ketab al meſbah, id eſt, liber qui facis inſtar lucem præbet, ſive de arte dicendi & ſcribendi. Dividitur in tres partes, quarum prima de

maani, sive sensu verborum; secunda, de bejan, sive de illorum explicatione; tertia, de bedi, sive elocutione & figurata dictione: auctore *Bedreddino Mohammed ben Mohammed, ben Abdallah ben Malek al Thaij al Hajiani*.

Is codex anno Hegiræ 687. exaratus est.

MCCCXX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus mefatih asrar al horouf, vel mesabih anouar al dhorouf, id est, claves arcanorum quæ ad literas Arabicas spectant, & faces splendorum quibus particulæ illius linguæ illustrantur. Ineptum hoc opus & superstitiosum tribuitur *Basthamio*, viro maximi inter Mahummedanos doctores nominis; sed parum rectè, cum in eo tractatu sæpenumero laudetur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 992.

MCCCXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Opus grammaticum cujus titulus dibagiat, id est, præfatio & electio. Auctoris nomen latet.

2.° Scholia in tractatum grammaticum, ubi de nominum declinationibus & casuum terminationibus.

3.° Opuscula tria, ubi de rebus ad grammaticam pertinentibus.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 973.

MCCCXXII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum tagrid haouaschi, sive notarum marginalium sylloge, ex *Abdalgafour* lucubrationibus studio *Ibrahim ben Mohammed al Mannouni* excerpta. Ibi vero de rebus ad grammaticam pertinentibus disputatur.

2.° Tractatus feraid nuncupatus, cujus auctor *Kamal* Pacha singularia quædam ad legem Mohammedanam spectantia illustrare conatur.

3°. Anonymi epistola sive dissertatio, qua traditio à Mohammede accepta de prædicatione Abrahæ & Messiæ evangelio explicatur.

4.° Anonymi opusculum de fide quam Ægyptiorum rex Pharao Erythræo mari jamjam absorbendus professus est.

5.° Dissertatio de vino, auctore *Vali al Roum*.

6.° Poëma cujus auctor *Ebn al Hambali*.

7.° Poëma hamgiah dictum, auctore *Abou Abdallah Mohammed al Boussairi*.

8.° Anonymi tractatus de conscribendarum epistolarum ratione.

9.° Variæ variorum epistolæ & dissertatiunculæ.

10°. Poëmata tria, quorum primum Arabicum, secundum Persicum, tertium Turcicum.

11.° Miscellanea è variis scriptoribus excerpta.

MCCCXXIII.

Codex chartaceus, primum Joannis Balesdens, postea Colbertinus, quo continetur Arabici verbi conjugatio prima tam affirmative quàm negative, cum omnibus affixis, à quodam tyrone scripta.

MCCCXXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus haschiat marref, id est, lacinia, sive notæ marginales ad opus grammaticum Esfahani; quod de nominibus restrictis vel signatis composuit & marref inscripsit, auctore *Maulana Massoud*.

MCCCXXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus methalé, id est, ortus syderum, sive collectanea è variis scriptoribus excerpta, ubi de rebus ad grammaticam, poëticam, logicam, physicam & metaphysicam pertinentibus differitur.

MCCCXXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum taarifat, sive explicatio alphabetica vocabulorum quæ ad intelligenda philosophorum & theologorum scripta conducunt, auctore *al Seid al Scherif al Giorgiani*, cujus mors ad annum Hegiræ 816. refertur.

Is codex anno ejusdem æræ 958. exaratus est.

MCCCXXVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Opus inscriptum kitab kafaiat, id est, liber sufficientiæ, complectens voces Arabicas quæ homini, mulieri, variisque animantibus tam in bonam quàm in malam partem.

partem conveniunt, ſive liber epithetorum è lexico cujus kamus, ab *Ibrahimo ben Iſmael* Tripolitano collectus.

2.° Anonymi ſcholia in *Mohammedis* Bokharienſis tractatum de diſputandi modo.

3.° Opus cujus titulus ketab al hiat, id eſt, tractatus de ſphæra, quo varia de mundi creatione & Dei throno Alcorani loca ad regulas aſtronomicas exiguntur, & veræ philoſophiæ conſentanea eſſe demonſtrantur, auctore *Gelaleddino Aſoiouthi.*

MCCCXXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Opus inſcriptum ketab al mathar, id eſt, liber grammaticus ubi de vocabulis quibus nubes, pluvia, fulmina, aliaque id genus efferuntur, auctore *Abou Zeid Said ben Aous al Amſari.*

2.° Liber cujus titulus ketab galath al dhoafa men al fokaha, id eſt, juriſçonſultorum errores in rebus ad grammaticam pertinentibus, auctore *Abou Mohammed Abdallah ben Beri al Mokdeſſi.*

3.° Poëma elegantiſſimum, dictum makſourah, ubi de veterum poëtarum laudibus, auctore *Aboubekr Mohammed ben David al Azdi,* adjunctis notis quibuſdam *ben Khaloviah.*

4.° Ejuſdem opuſcula quædam grammatica, ubi de diſcrimine inter literas dha & dhah, de vocibus æquivocis, de phtongis & melodiæ quadam ſpecie, qua voces Arabicæ efferri & pronuntiari debent.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 631.

MCCCXXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus moktar al ſchah, ſive epitome lexici Arabici quod ſchah appellatur. Illius auctor *Abou Naſr Iſmael ben Hamad al Giauhari;* compendii vero *Mohammed ben Aboubekr ben Abdalcaher al Razi.*

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 1066.

MCCCXXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus aknaa, ſive lexicon Arabicum, nulla ordinis alphabetici habita ratione diſpoſitum. Dividitur in partes tres, quarum prima de nominibus; ſecunda, de verbis; tertia, de particulis. Auctore *Almotarezi.*

Is codex anno Hegiræ 659. exaratus eſt.

MCCCXXXI.

Codex bombycinus, quo continetur lexicon Arabicum; vocum autem pars Perſicè, pars Turcicè exponitur.

MCCCXXXII.

Codex bombycinus, quo continetur anonymi dictionarium Arabico-Perſicum. Ibi voces illæ tantum explicantur, quibus Mohammedani in precibus peragendis uti conſueverunt.

MCCCXXXIII.

Codex chartaceus, quo continetur vocabularium Arabico-Perſicum, cujus auctor Cady *Abou Abdallah, Huſſeni.*

MCCCXXXIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur opus inſcriptum al fami filaſſami, ſive onomaſticum Arabicum Perſicè explicatum. Dividitur in quatuor partes, quarum prima nomina ad religionem ſpectantia; ſecunda, animalium; tertia, rerum ſublimium & cæleſtium; quarta, inferiorum & terreſtrium vocabula exponuntur: auctore *Abou Fadhl ben Mohammed al Meidani al Niſchaburi.*

MCCCXXXV.

Codex bombycinus, quo continetur anonymi vocabularium Arabico-Perſicum. Initio quædam deſiderantur.

MCCCXXXVI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1°. Anonymi lexicon Arabicum carmine ſcriptum, adjunctis è regione vocibus Perſicis quæ Arabicis reſpondent.

2.° Anonymi lexicon Arabicum, una cum vocibus Turcicis.

MCCCXXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus mirkat al lougah, id eſt, ſcala linguæ, ſive dictionarium Arabico-Turcicum. Ait auctor in præfatione majorem operis partem duobus aliis lexicis, ſchah nempe & kamous, acceptam referre.

MCCCXXXVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in

Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus mirkat al lougah, id eſt, linguæ ſcala, ſive dictionarium Arabico-Turcicum.

MCCCXXXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus lougah montakhab, ſive dictionarium Arabico-Turcicum.

MCCCXL.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus lougah montakhab, ſive dictionarium Arabico-Turcicum.

MCCCXLI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus lougah montakhab, id eſt, ſcala linguæ, ſive dictionarium Arabico-Turcicum.

MCCCXLII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, ubi continetur anonymi dictionarium Arabicum, Turcicè explicatum.

MCCCXLIII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi lexicon Arabico-Turcicum.

MCCCXLIV.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur lexicon Arabicum, cujus pars fermè tertia Turcicè explicatur.

MCCCXLV.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi lexicon Arabico-Turcicum.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 976.

MCCCXLVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Vocabularium Arabicum, ſubjecta interpretatione Turcica.

2.° Anonymi, arithmeticæ elementa, Turcicè.

3.° Anonymus de fractionibus.

4.° Epiſtolarum formulæ.

MCCCXLVII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur vocum Arabicarum quæ magis obviæ ſunt, collectio, adjunctis è regione vocibus Turcicis illis reſpondentibus: auctore quodam *Abdullatif*, qui, ut adoleſcentulis conſuleret, hoc ſuum opus in certa quædam capita partitus eſt.

MCCCXLVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continetur opus inſcriptum ketab mazil al cafa an alfadh al ſchafa, id eſt, liber quo obſcuriores libri ſchafa nuncupati voces exponuntur. Gloſſarii illius auctor *Takieddinus Aboul Abbas Ahmed ben Mohammed.*

Is codex ex ipſo autographo deſcriptus dicitur anno Hegiræ 792.

MCCCXLIX.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur lexicon Arabico-Latinum. Auctoris nomen ignoratur.

MCCCL.

Codex chartaceus, primum Joannis Baleſdens, poſtea Colbertinus, quo continetur dictionarium Arabico-Latinum, cujus is titulus, ſpecimen Arabici dictionarii, hoc eſt, dictionum Arabicarum collectio & interpretatio minus accurata, qualis nempe in tanta vel exemplarium depravatione, vel interpretum imperitia & incuria, vel ipſius denique rei obſcura novitate haberi potuit: opera & induſtria *Guillielmi Bedwelli* Hauſlingburienſis Angli. Ad calcem codicis dicitur Epiſcopus Stortfordii fuiſſe anno Domini 1599. pridie calendarum Octobrium. In eo autem lexico reperiuntur tantum voces quæ in Arabica librorum ſacrorum interpretatione occurrunt.

MCCCLI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi lexicon Latino-Arabicum, linguæ Arabicæ ſtudioſis parum utile futurum.

MCCCLII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur lexicon Arabicum cùm interpretatione Gallica, ſed duarum tantum paginarum, quæ *Antonio Duryer* Alexandriæ Conſuli tribuitur. Exſcripta autem dicitur ex ejuſdem dictionarii apographo, quod mutuum conceſſerat pater Hyacinthus Capucinus Pariſienſis.

MCCCLIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur dictionarium Arabico-Latinum.

GRAMMATICI.

In-octavo.

MCCCLIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur alphabetum Arabicum cum diversis punctuationibus.

MCCCLV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Grammatica Arabica cujus titulus cafia: auctore *Ebn Elhageb*. Accedunt notæ marginales locupletissimæ.

2.° Tractatus grammaticus, vulgo centum regentes appellatus, auctore *Abdulkaher*. Conjectæ sunt ad marginem notæ quædam.

3.° Tractatus grammaticus lucerna inscriptus, auctore *Nasero*.

MCCCLVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus cafiah, id est, grammatica Arabica, auctore *Abdellatif*.

MCCCLVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus faouaid vafiah fi hall moschkilat al kafiah, id est, explicatio locorum difficiliorum quæ in tractatu kafiah inscripto occurrunt. Opus grammaticum absolutissimum, ab *Ebn al Hageb* compositum, & è membranis auctoris cura *Abdelrhaman al Giami* in lucem editum anno 897.

Is codex manu cujusdam Belail ben Mobarak al Vardari anno ejusdem æræ 969. exaratus dicitur.

MCCCLVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus mesbah, id est, fax, sive candelabrum, ubi de rebus ad grammaticam pertinentibus. Est autem commentarius in opus quoddam *ben Abdelcaher al Giorgiani*, aouamel, sive de particulis regentibus inscriptum.

MCCCLIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur opuscula duo de re grammatica. Prioris auctor *Mohammedes* filius *Ali*: alterius nomen ignoratur.

MCCCLX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus ketab al tasrif, sive tractatus grammaticus de verborum Arabicorum inflexione: auctore *Ahmede ben Ali ben Masoud*.

MCCCLXI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi commentarius in tractatum quemdam grammaticum cujus titulus amtsalah, ubi de verborum Arabicorum inflexione.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1048.

MCCCLXII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus ketab al engiah, id est, liber prosperi eventus, ubi de particulis linguæ Arabicæ nomina sibi subjecta regentibus. Illud autem opus vulgo miat aouamel sive centum regentes inscribitur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 996.

MCCCLXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus inscriptum utilitates elucidatoriæ, sive commentarius in grammaticam cujus auctor fertur *Giamaliddinus Ebn Elhageb*. Is autem supremum diem obiit anno Hegiræ 646.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1011.

MCCCLXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi tractatus inscriptus de difficultatibus Arabicis, sive tractatus de grammatica, illis tantum utilis qui aliquam hujusce linguæ peritiam jam sunt consecuti.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1066.

MCCCLXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur tractatus grammaticus & masoreticus de septem Alcorani legendi modis.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 773.

MCCCLXVI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur miſcellanea ad linguæ Arabicæ & Perſicæ grammaticam ſpectantia.

MCCCLXVII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continentur voces quædam linguæ Arabicæ, Turcicis verſibus explicatæ.

MCCCLXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur vocabula nonnulla linguæ Arabicæ, Turcicè explicata.

POETÆ.

In-folio.

MCCCLXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Opuſcula quatuor, verſibus ſcripta, quorum titulus fil aroudh, id eſt, de arte poëtica. Auctore *Schamſeddino Abou Addallah Mohammed ben Ahmed, ben Ali*, vulgo *Ebn Giaber*, Andaluſio.

2.° Ejuſdem poëmation inſcriptum ketab al menhat, id eſt, inſtitutionis & viæ, liber ad grammaticam pertinens.

3.° Anonymi aliud poëmation, quo de vocibus hamſatis & hamza carentibus diſputatur.

4.° Tractatus cujus titulus tohfat al akran, id eſt, munus coætaneis oblatum, ubi de vocibus Alcorani quæ triplici vocali exprimi, ſive tribus caſibus inflecti poſſunt, auctore *Ebn Malek al Raini*, Granatenſi.

5.° Ejuſdem tractatus inſcriptus refal hegiab an tenbih al ketab, id eſt, manifeſtatio & declaratio doctrinæ Alcoranicæ.

Is codex manu Ahmed ben Mohammed Ebn Maleki nepotis exaratus eſt anno Hegiræ 770.

MCCCLXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus jetimat al dehar fi mehaſſen ah el al aſſar, id eſt, unio ſæculi pretioſiſſima de præſtantiſſimorum ſuæ ætatis virorum laudibus, ſive poëtarum hiſtoria: cui adjuncta ſunt complura ſcriptorum ab ipſis editorum fragmenta. Dividitur opus in quatuor partes, quarum prima de poëtis qui ex Hamadani familia orti ſunt, cæteriſque qui in Syria floruerunt; ſecunda, de poëtis Iracenſibus & Dilemitis; tertia, de Perſis; quarta, de illis qui in Choraſania & Tranſoxana regione aliquod nomen adepti ſunt. Auctore *Abou Manſor Abdal Melek Thaalebi*, qui anno Hegiræ 430. vivere deſiit.

Is codex exaratus eſt anno ejuſdem æræ 1047.

MCCCLXXI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inſcripti pervagatio oculorum per univerſa orbis regna, pars decima quarta: auctore *Schiahbiddino Abbulabbaſi*. Ibi de poëſeos Arabicæ origine, præſtantia & ſuavitate diſſeritur, quam in rem multa afferuntur poëtarum loca, & illorum præſertim qui in tribu Algiahhilia dicta, id eſt, ante Alcoranum floruerunt.

MCCCLXXII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inſcripti pervagatio oculorum per univerſa orbis regna, pars decima ſeptima, auctore *Schiahbiddino Abbulabbaſi*. Ibi ſermo de poëtis qui à quarto Hegiræ ſæculo ad ſeptimum uſque in variis Mahummedanæ ditionis regionibus floruerunt, exceptis tamen Ægyptiis poëtis, ob nimium illorum numerum. Ait *Schiahbiddinus* multum ſe debere *Eben Sahid*, qui in eodem argumento jam antea verſatus erat.

MCCCLXXIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inſcripti gemma pretioſa, pars tertia: auctore *Homadiddino*. Ibi texitur catalogus poëtarum qui Bagdadi & Baſſoræ floruerunt.

MCCCLXXIV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inſcripti gemma pretioſa, pars ſexta: auctore *Homadiddino* ex urbe Hiſpahan. Ibi catalogus texitur poëtarum qui in Æthiopia, Ægypto & regionibus Palæſtinæ vicinis floruerunt. Fit præterea mentio in ea catalogi parte, fœminarum poëtica facultate inſignium.

Is codex anno Hegiræ 642. exaratus eſt.

MCCCLXXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inscripti gemma pretiosa, pars undecima: auctore *Homadiddino* ex urbe Hispahan. Ibi texitur catalogus 1.° poëtarum qui in Sicilia floruerunt. 2°. illorum qui in Africa & Andalusia nati, in Syriam, Ægyptum & Babyloniam commigrarunt.

MCCCLXXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inscripti gemma pretiosa, pars ultima: auctore *Homadiddino* ex urbe Hispahan. Ibi texitur catalogus poëtarum qui in Andalusiæ regno floruerunt.

MCCCLXXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi opus inscriptum annales floridi de statu Andalusensium. Ibi sermo fit de provinciæ illius doctoribus qui tam soluta quàm stricta oratione aliquid scripserunt.

Is codex anno Hegiræ 1080. exaratus est.

MCCCLXXVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inscripti institutio, pars tertia, auctore *Hezidino* summo judice. Ibi legitur historia ordine alphabetico disposita, quorumdam poëtarum Arabicorum adductis variis ex illorum operibus fragmentis.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 756.

MCCCLXXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus dorr al nadhih, id est, gemmæ collectæ & congestæ, sive commentarius in poëma quoddam de prosodia Arabica. Illius auctor *Mohammed ben Salem,* vulgo *Ebn Vassel,* qui obiit anno Hegiræ 646.

MCCCLXXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus cassidat al bordah, sive poëma vulgo bordah appellatum, eo apud Mahummedanos in pretio, ut plerique versus illius aperto capite & nudis pedibus recitent, nullumque sit in Oriente opus quod plures, si Alcoranum excipias, interpretes invenerit. Hujusce poëmatis auctor est *Scharafeddinus Abou Abdallah Mohammed al Baousiri.* Is cum in morbum incidisset, Mohammedis ope qui se ipsi in somnis obtulerat, recuperata valetudine, hoc grati in pseudoprophetam animi monumentum extare voluit. Obiit anno Hegiræ 694.

Is codex exaratus est anno ejusdem æræ 802.

MCCCLXXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus takdim Abibekr, sive poëma in Mohammedis laudem, ad illius imitationem quod vulgo bordah inscribitur, compositum, adjunctis *Aboubekr Ali Ebn Hogiat al Hamaoui* commentariis. Ibi Mohammedis ben al Barezi Azeddini al Mosuli & Safieddini al Holli vestigiis insistere se ait. Operi manus ultima imposita est anno Hegiræ 826.

Is codex anno ejusdem æræ 993. exaratus est.

MCCCLXXXII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus takdim Abibekr, id est, commentarius *Aboubekri ben Haggiah al Caderi al Hamaoui,* in poëma dictum al bedijah ejusdem argumenti & metri, cum celeberrimo illo carmine quod nuncupatur al bordah, & in Mohammedis laudem conscriptum est. Illius auctor *Mohammed ben al Barezi al Giohani.* Ad commentarium quod attinet, habetur totius Arabicæ theologiæ thesaurus, & lucubrationum Azeddini al Mosuli & Safieddini al Holli supplementum. Huic ultima manus imposita anno Hegiræ 829.

Is codex anno ejusdem æræ 980. exaratus est.

MCCCLXXXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Achmetis Abultib Ebn Alchosain,* cognomento *Almotnabbi,* id est, fatidici, poëmata. Ideo autem sic appellatur, quod illius carmina sint totidem vaticinia. Natus fertur Alcufæ in Chaldæa anno Hegiræ 303.

2.° *Sarai Alraccha* poëma.

3.° *Achmetis Ebn Alchasem* Hispani, cognomento Moralis & Eloquentis, carmina.

MCCCLXXXIV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Hegiræ 1118. exaratus. Ibi continetur collectio lamentationum, quarum pars proſa oratione, pars verſibus ſcripta. Illæ autem omnes referuntur ad filios Fatimæ, quorum mors defletur.

MCCCLXXXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inſcriptum mandhoumah, ubi præcipua juris Mahummedici capita verſibus exponuntur, adjunctis compluribus notis: auctore *Abu Hafz Omar Naski Mahummedis* filio, Damaſceno.

Hujuſce codicis pars ultima anno Hegiræ 1028. exarata dicitur.

MCCCLXXXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inſcriptum almoſſaſi, ſive commentarius in poëma dictum almandhoumah, *Abu Hafadh Alnaſſafi* tributum. Ibi de præceptis & ſtatutis legis Muhammedicæ juxta ſunnæ ordinem diſſeritur. Hujuſce autem commentarii auctor *Aboul Baraouat Hafezijddino Ahmed.*

Is codex anno Hegiræ 929. exaratus eſt.

MCCCLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inſcriptum hakaiek, almandhoumah appellatum, ubi de legis Mahummedanæ præceptis & ſtatutis quæ traditionis ope ad poſteros pervenerunt, diſſeritur. Hujuſce commentarii auctor *Mahmoud* filius *Daoud Boccarenſis,* cognomine *al Laulani.*

MCCCLXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber cujus titulus altani men ſcharh almandhumat, id eſt, volumen alterum commentarii in almandhumat. Ea autem voce intelligitur opus metrice ſcriptum, ubi de Mahummedanorum jure civili & canonico, cæremoniis, ritibuſque apud illos receptis, auctore *Abu Joſepho Alnaſſafi,* à quo iſtud poëma editum fertur anno Hegiræ 504. Ad commentarios quod ſpectat, *Borhaniddino* Muſolenſi anno Hegiræ 652. mortuo, tribuuntur. Ibi non pauca reperias ad grammaticam pertinentia.

MCCCLXXXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus ubi præcipua juris Mahummedani capita verſibus in R. literam deſinentibus exponuntur; auctore *Ebn Vaheban* Damaſceno, aliter appellato *Abd Elwahab Mahummedis* filio. Is anno Hegiræ 768. obiiſſe dicitur.

MCCCXC.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur poëma in ſyllabam *la* deſinens, quo de legis Mahummedicæ præceptis & ſtatutis juxta ſunnæ ordinem orthodoxarumque ſectarum placita diſſeritur: auctore *Bokhari.*

Is codex Hadrianopoli anno Hegiræ 864. exaratus dicitur.

MCCCXCI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur poëma cujus titulus ketab anouan aſſcheraf, id eſt, titulus nobilitatis; opus magni apud Mahummedanos nominis, eaque arte conſcriptum, ut ibi ſimul de juriſprudentia, hiſtoria, grammatica & proſodia diſſeratur, auctore *Iſmaele Ebn Almokri,* qui anno Hegiræ 827. obiiſſe fertur.

MCCCXCII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continentur varia *Bakteri* carmina. Nomen integrum *Abou Aiadeh Alvalid ben Obeid Althaj ben Bakteri,* cujus obitus cadit in annum Hegiræ 208. Illius carmina quæ antea huc & illuc ſparſa erant, collegit, & juxta literarum alphabeti ſeriem diſpoſuit *Aboubekr al Souli,* ut in noſtro codice videas. Eſt & altera poëmatum illorum editio, quæ cura *Ali ben Hamzaz* prodiit, ubi argumenti tantum ratio habetur.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 610.

MCCCXCIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Joannis Franciſci la Croix opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus lamiat al agiam, ſive poëma cujus verſus in literam *lam* deſinunt, auctore *Moviateddino Ahmed ben Iſmael,* vulgo *Thograj,* patria Hiſpahanenſi, Bagdadi incola, ubi hocce opus toto Oriente longè celeberrimum compoſuit anno Hegiræ 505. Accedit commentarius locupletiſſimus à

Salaheddino Khalil ben Abik al Safadi, in duas partes tributus. Poëma de quo nunc ſermo *Pokokii* cura prodiit.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 818.

MCCCXCIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus inſcriptum divan al Gaſſani, ſive carmina, quorum auctor eſt *Aboulfadhl Abd al Mannan ben Omar ben Haijan al Gaſſani* Hiſpanus. Decem libris conſtat: verum in noſtro hoc codice ea tantum reperias quæ in Joſephi Saladini laudem anno Hegiræ 589. edita ſunt. Illa autem carmina miro quodam artificio elaborata ſunt; nam præter pyramidas, obeliſcos, ſphæras, corollas & lemniſcos, quibus verſus incluſi ſunt, etiam illos verſus coloribus, quibus cæſuræ diſtinctæ ſunt, depictos invenies.

MCCCXCV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Sciaraſiddini Omar Ebn Alfared,* magni inter Arabicos poëtas nominis, opus inſcriptum elegantiarum mare. Ibi occurrunt poëmata quindecim & complura epigrammata, quæ poſt auctoris mortem anno Hegiræ 632. à *Giamaliddino* in unum corpus collecta dicuntur, præmiſſa præfatione auctoris vitam complectente.

Is codex Giamaliddini ipſius manu exaratus eſt.

MCCCXCVI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur *Omar Ebn Alfared* poëtarum Ægyptiorum facilè principis poëmata & diſticha de amore, quæ poſt illius mortem feruntur collecta ab amicorum uno, nomine *Ali Ebn Sciabath.* Is præfationem præmiſit de auctoris vita.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 946.

MCCCXCVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur collectio carminum, quorum auctor *Omar Ebn Alfared.*

MCCCXCVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur divan *Abi Urdi,* ſive poëmata *Abi Urdi.* Illius nomen integrum eſt *Aboul Modhaffar Mohammed ben Ahmed al Amoui al Meaoui,* dictus *Abi Urdi,* ab urbe Choraſaniæ hujus nominis, ubi natus. Is autem ab Othomanno tertio Mohammedanorum Chalifa genus duxiſſe ferebatur. Obiit anno Hegiræ 507.

Is codex in Chouarezmia anno ejuſdem æræ 724. exaratus eſt.

MCCCXCIX.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus divan al mabbi, ſive *Motannabi* poëtæ celeberrimi carmina de amore, juxta literarum in quas deſinunt, rythmorumque quibus clauduntur, ſeriem diſpoſita.

MCD.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus divan elſebaba, ſive collectio carminum de amore, auctore *Ebn Hajelah Telmeſſani,* qui anno Hegiræ 774. obiiſſe dicitur.

MCDI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus tohfat allabib v beghiat al kiabib, id eſt, munus cordati viri, ſive res expetita à viro prudente & ſagaci. Ibi autem collecta reperias veterum poëtarum carmina juxta literarum ſeriem in quas ſinguli verſus deſinunt, adjectis etiam variis complurium ſcriptorum ſententiis, imo & hiſtoricis narrationibus, quæ ſoluta oratione explicantur: auctore *Aboulfatah Mohammed ben* al Cadhi *Noureddin,* qui ad Aoun unum è decem præcipuis Mohammedis ſociis generis originem referebat, ut oſtendit ſtemma genealogicum quod operi præfigitur.

Codex antiquus & ante annos, ut videtur, 600. exaratus.

MCDII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Joannis Franciſci la Croix opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus tahil al garib, id eſt, peregrini civitate donati, ſive excerpta poëtarum Arabum à *Schemoeddino Mohammed ben Haſſan al Navagi* concinnata, & ordine alphabetico diſpoſita. Verum in noſtro hoc codice illius operis pars tantum ſecunda exhibetur, quæ ex ipſo auctoris autographo deſcripta eſt anno Hegiræ 870. illudque manu Aboubekri ben Mohammed al Betliſi, cognomine al Maleki, ea nempe de

caufa quod patria Giorgianus ex urbe Betlis, fecta vero Malecita, vel forte Melchita Chriftianus foret.

MCDIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus infcriptum algiuz al aoual men al magmuu allafif, five pars prima mifcellaneorum, quorum auctor *Mohammed Ebn Hebatallah al Hoffeini al Hafthafi.* Ibi de varii argumenti rebus tam foluta quàm ligata oratione, imprimis vero de Meccana peregrinatione, themate genethliaco, aliifque ad aftrologiam quam judiciariam vocant, pertinentibus.

MCDIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanflebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Liber cujus titulus ketab man gab an houal mothreb, id eft, de illis quæ choragi & citharædi locum obtinent, five florilegium in feptem areolas vel capita diftributum, quibus variorum fcriptorum dicta & fententiæ tam foluta quàm ligata oratione referuntur, auctore *Ifmaele al Thaalebi.*

2.° Ejufdem opus infcriptum al egiaz filigiaz vel gorar albelagat, five tractatus ubi de fententiis compendiofè & acutè prolatis, tam ex Alcorano quàm ex aliis Arabum operibus.

Is codex anno Hegiræ 621. exaratus eft.

MCDV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanflebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Liber cujus titulus fchrh al belagat uferr al beraat, id eft, eloquentiæ fafcinum & artis præftantiffimæ arcanum, five florilegium è clariffimis oratoribus & poëtis excerptum, auctore *Abou Manfor Abdalmelek Mohammed ben Ifmael al Nifabouri,* qui obiiffe dicitur anno Hegiræ 429.

2.° Opus infcriptum reffail, five epiftolæ *Ifmaelis Kafi,* vulgo *Ebn Ebad,* qui, regnantibus Mouiadeddoulat & Fakreddoulat Bouiadarum dynaftiæ Sultanis, Viziri dignitatem obtinuit. Illius mors à quibufdam in annum Hegiræ 383. ab aliis in annum 385. conjicitur.

Is codex anno ejufdem æræ 557. exaratus eft.

MCDVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber cujus titulus fincerum gemmarum monile, five de humanæ naturæ perfectione & imperfectione tractatus, multa è poëtarum fcriptis petita difticha complectens, quibus homines à vitiis deterreri & ad virtutem confectandam impelli poffunt. Quis autem verus fit hujufce operis auctor definire non ita facilè: in fronte enim libri *Nuriddinus Mahummedes Gazelus,* in præfatione vero *Giamaliddinus Mahummedes* filius *Ibrahim Jehia* appellatur.

MCDVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus cujus titulus ketab Schathebi, five commentarius *Schathebi* in poëma quoddam de Dei nomine maximo, infcriptum almofarigiæ, id eft, mœroris deterforium. Illius auctor *Aboulfadhal Ebn Jofeph Ebn Mohammed,* vulgo *Ebn Attauvizi.* Initio codicis ab homine nimium credulo annotatum reperias eum, qui hocce poëma quadragies attenta mente lotifque manibus lectitaverit, à Deo quidquid poftulaverit pro certo impetraturum effe.

MCDVIII.

Codex bombycinus, Conftantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Giamaliddini Ebn Nabatæ* commentarius in poëma de laudibus Mahummedis, magno apud ejus affeclas in pretio; ab ipfis enim appellari folet abdalifia, id eft, mirabilis. Hujus auctor *Jacchiddinus Abul Mohafen.*

MCDIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus dhou al fekth, five fcholia in poëma quod fekth al zend, id eft, ignis ab igniario excuffus infcribitur: poëmatis illius auctor *Aboul Ola Mohammed ben Soliman al Tenouki,* à quo carmini nomen fekth al zend inditum, ea de caufa quod in ipfo juventutis calore ad illud fcribendum animum appuliffet. Interpres autem *Abou Zacharia Jahia ben Ali al Jabrizi* appellatur.

MCDX.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Fragmentum commentarii quem *Bedreddin Abou Abdallah Mohammed* edidit in poëma quoddam alfiah nuncupatum, cujus auctor *Gemaleddin Ebn Melek,* commentatoris pater. Ad oram codicis conjectæ nonnullæ notæ Hifpana lingua confcriptæ.

2.° Hiftoriola

2.° Historiola de puero Jesu litteras Arabicas discente, & sensum illarum magistrum suum docente; ad cujus fabulæ confirmationem adducitur testimonium è libro Arabico sancti Cæcilii Granatensis Archiepiscopi. Deinde mentio fit laminarum plumbearum, quæ vulgo laminæ Granatenses nuncupantur.

Is codex characteribus Mauritanicis exaratus est, idque anno Christi 1599.

MCDXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Abdelmalec al Harrani, Septei* à Septa Africæ urbe dicti, commentarius in *Abdilmagi Ebn Habdun* poëma quoddam, ubi historiæ complures & sententiæ ad animi oblectationem accommodatæ repeririuntur.

2.° Poëma cujus titulus obedientes consolationi, ubi nihil mali hominibus accidere posse contendit auctor, quod patientia & aliarum virtutum auxilio non leniatur. Auctor *Aboul Hassan Almedhi,* qui anno Hegiræ 568. supremum diem obiit.

Is codex anno ejusdem æræ 1009. exaratus est.

POETÆ.

In-quarto.

MCDXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continetur liber cujus titulus Takdini Abibekr, id est, prolusiones & exercitationes poëticæ & criticæ, sive pars secunda operis inscripti bedajiat, sive studium & exercitium extemporaneum: auctore *Aboul Mehassen Takieddin Aboubekr ben Hegiat al Caderi al Hanefi.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 826.

MCDXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus aldorr al maknoun fil sabaat fenoun, id est, recondita margarita, ubi de septem carminum Arabicorum speciebus; adjunctis compluribus exemplis. Auctoris nomen latet. In hujusce autem codicis epigraphe scribitur, sequi alterum opusculum appellatum, mozehat al coloub fideli hat al makoul, id est, remissio & quies animorum, sive de rerum comestibilium & potabilium gustu; verum tractatus ille desideratur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1101.

MCDXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inscripti, gemma pretiosa, pars tertia: auctore *Homadiddino Alcateb* ex urbe Hispahan. Ibi catalogus texitur poëtarum nonnullorum qui in Palæstina, Syria, Mesopotamia & Arabia felici floruerunt.

MCDXV.

Codex bombycinus, quo continetur liber cujus titulus kelaid al ekian fi mehassen al ajan, id est, torques aurei, sive de laudibus & operibus virorum qui eruditionis, & præsertim poëtices fama floruerunt. Auctore *Abou Nasser al Fetah Issa ben Khacan Alcaissi,* Andalusio, qui anno Hegiræ 535. interemtus est.

Is codex anno ejusdem æræ 1013. exaratus est.

MCDXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber cujus titulus moallekat, sive septem poëmata, à totidem poëtis Arabibus qui ante legis Mohammedicæ promulgationem floruerunt, composita. Ea vero moallekat, id est, suspensa, & modhabebat, id est, aurea, nuncupantur, ideo nempe quod vel Caabæ vel illustri cuidam loco appensa aureisque characteribus serico inscripta forent. Accedit commentarius cujus auctor *Abou Abdallah Hossain ben Ahmed al Zouzeni.*

Is codex anno Hegiræ 982. exaratus est.

MCDXVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus scharh sabaat cassaid, id est, commentarius in septem illa veterum Arabum poëmata, quæ vel suspensa vel aurea appellantur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1043.

MCDXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi opus cujus titulus okoud al acaid, id est, catechismus ad usum Mahummedanorum, metricè conscriptus. Circumfertur apud Mahummedanos opus quoddam huic non absimile: illius auctor

Mohammed Abibekr Sinam Cadeh al Bokari.

2.° Opus inſcriptum mokhamaſſat, id eſt, quinarii, ſive pentaſtichi, ubi de rebus ad doctrinam morum pertinentibus; auctore *Magmeddino al Naſafi.* Obſervandum autem eſt ſingulos pentaſtichos in ſingulas alphabeti Arabici literas deſinere.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 774.

MCDXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur *Radieddini Mohammed al Nadhaſi al Halabi,* ſcriptoris decimo ſæculo clari, commentarius in poëma quoddam Geziriah nuncupatum, ubi de recto & concinno Alcorani legendi modo. Poëmatis illius auctor *Mohammed ben Mohammed al Gazeri,* qui octavo ſæculo floruiſſe dicitur.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 973.

MCDXX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi carmina, ſive cantica in Dei & Mahummedis laudem, charactere Mauritanico.

2.° Sententiæ variæ, adagia, præcepta benè vivendi & orandi, rituſque ſervandi Mahummedanis, charactere Mauritanico, adjuncta interpretatione Hiſpanica.

MCDXXI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, ubi continentur:

1.° Poëma caſſidah vel etiam bordah appellatum, ubi de Mohammedis laudibus.

2.° Interpretatio Turcica orationis qua vulgo Mohammedani uti ſolent.

MCDXXII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur Ali & veterum quorumdam Mahummedanorum ſententiæ morales centum; ſingulis autem ſubjicitur diſticon Perſicum. Ad oram codicis adjuncta eſt ſententiarum illarum Latina interpretatio, quæ *Gallandium,* quantum è ſcriptura conjicere licet, auctorem habet.

MCDXXIII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur carmina quæ à Mohammedanis *Ali* pſeudoprophetæ genero tribuuntur. Ad oram codicis legitur illorum interpretatio Perſica, metrica quoque.

MCDXXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus divan Ebn Faredh, ſive poëmata, quorum auctor *Abou Hafs Scharfeddin Omar ben Alfaredh,* vitæ ſanctitate & doctrinæ fama apud Mohammedanos clarus, qui origine Hamaienſis, ortu vero Ægyptius, Cairi obiit anno Hegiræ 632. Hæc autem poëmata collegit *Ali Sebth* è compluribus vetuſtis exemplaribus, è quorum numero Kemaleddini auctoris ipſius filii autographum invenias.

Is codex anno Hegiræ 1020. exaratus eſt.

MCDXXV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur poëmata varia, quorum auctor eſt *Omar Ebn Elſaredh.*

MCDXXVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Liber cujus titulus alladeh, poëma quo de rebus ad doctrinam morum pertinentibus diſſeritur, variæ fabellæ etiam & apologi interſeruntur. Nonnulla præterea de ſcacchorum & calculorum ludis occurrunt, auctore *Abou Jali Mohammed ben Mohammed Ebn Harebat,* Bagdadenſi, ex illuſtri Abbaſſidarum genere.

2.° Elogium Imami Scafei, è Fakreddini Alrazi capite ſeptimo de ejuſdem Imami laudibus excerptum.

Hujuſce codicis pars prima anno Hegiræ 1032. exarata eſt.

MCDXXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Joannis Franciſci la Croix opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus divan al Motanabbi, ſive *Motannabbi,* poëtæ magni apud Arabas nominis, carmina. Illius nomen integrum, *Aboul Thaib Ahmed ben Hoſſain ben Haſſan ben Abdal Samad al Giofi, al Kendi al Motanabbi.* Dictus autem eſt *Giofi* à tribu è qua originem duxit; *Kendi* à vico urbis Cufæ in quo natus eſt; *Motanabbi* vero à vaticinio & prophetico munere quod ſibi delirans vindicaſſe videtur. Natus eſt Cufæ anno Hegiræ 303. Damaſci autem, ubi puer adhuc carmina fundere cœpit, educatus eſt, & in itinere Bagdadum verſus

à grassatoribus, vel, ut alii, à malevolis obtruncatus anno Hegiræ 354.

Is codex anno ejusdem æræ 1017. exaratus est.

MCDXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur *Abul Thaib* filii *Hassan*, cognomine *el Motanabbi*, poëtarum Arabum facilè principis carmina, in laudem amicorum aut principum scripta. Reperiuntur præterea satyræ nonnullæ quæ ipsi exitii causa fuerunt; à quodam enim Phatech, cujus fratrem maledictis prosciderat, anno Hegiræ 354. interemtus est.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 660.

MCDXXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur poëmata varia, quorum auctor *AboulThaib Ahmed ben Hossain*, cognomento *al Motanabbi*, patria Cufensis, natus anno Hegiræ 303. Accedunt complura scholia.

MCDXXX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur *al Motanabbi* poëmata varia.

MCDXXXI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur in al Motanabbi Arabicorum poëtarum facilè principis carmina, commentariorum pars secunda, auctore *Abu Zacharia Jehia al Tabrizi*.

MCDXXXII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur pars tertia commentariorum in al Motanabbi carmina, auctore *Abu Zacharia Jehia*.

MCDXXXIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, characteribus Mauritanicis exaratus, quo continetur in al Motanabbi Arabicorum poëtarum facilè principis carmina, commentariorum pars tertia: auctore *Abu Zacharia Jehia al Tabrizi*, qui anno Hegiræ 502. vivere desiit.

MCDXXXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur poëma inscriptum al khelafiat al mandhoumat, liber ad jurisprudentiam pertinens, ubi de legis Mohammedicæ præceptis quæ in controversia versantur, & ultro citroque ab Hanefitis, Schafeitis, Mabecitis & Hanbalitis disceptantur. Hujusce operis auctor est *Abou Hafi Omar al Nassafi*, à quo absolutum anno Hegiræ 504.

MCDXXXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber versibus scriptus, cujus titulus clavis thesaurorum sapientis. Dividitur in tractatus quatuor, quorum primus de juris canonici & civilis fundamentis, Muhammedanæ religionis traditionibus, institutis & ritibus; secundus, de logica; tertius, de grammatica; quartus, de poëtica & rhetorica: auctore anonymo, à quo opus illud absolutum est anno Hegiræ 840.

MCDXXXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum mandhoumat elkhelafat, sive poëma de doctorum Mahummedanorum pugnantibus inter se circa jurisprudentiam sententiis, *Abou Hafs Omar al Nassafi* studio anno Hegiræ 504. ut ipse testatur, editum. Obiit is auctor Samarcandæ anno Hegiræ 537.

Is codex anno Hegiræ 762. exaratus est.

MCDXXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continentur:

1.° Opus inscriptum scharh al bedaiat v al nehaiat, sive commentarius metricus in librum bedaiat nuncupatum, ubi de præcipuis juris Muhammedici capitibus. Auctoris nomen ignoratur.

2.° Anonymi fragmentum paratitlorum juris, metrice etiam conscriptum.

3.° Fragmenta varia partim ligata, partim soluta oratione, ubi variis de rebus disseritur.

MCDXXXVIII.

Codex chartaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus divan Abi Navas, id est, carmina, quorum auctor est *Hassan ben Ali al Hakemi*, cognomento *Abou Navas*. Illius mors cadit in annum Hegiræ 195.

MCDXXXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur varia poëmata quorum auctor

Abdallah ben Mohammed Almotaz Billah, qui paucis tantum horis Chalifatum obtinuit. Hæc autem collectio accepta refertur viro cuidam Mohammedanos inter doctrinæ laude conspicuo, nomine *Alssuli.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1007.

MCDXL.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus divan Haim, id est, collectio poëmatum, quorum auctor *Schehabeddinus Ahmed ben Mohammed al Salemi Almansouri,* vulgo *Haim* appellatus, secta primum Schafeinus, deinde Hanbalita, ex illustri Abbassidarum genere. Is in urbe Mansourah anno Hegiræ 799. natus, Cairi domicilium collocavit anno ejusdem æræ 825.

MCDXLI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur opus inscriptum divan chei el issam, sive collectio poëmatum *Chehabeddini.* Ibi Mohammedis pseudoprophetæ, regum quorumdam Tuneti, Arabiæque felicis, ut & Mostayen el Abbas Abbassidæ, qui anno Hegiræ 815. Chalifa renuntiatus est, encomia reperiuntur. Auctor Apameæ natus, floruit octavo ejusdem æræ sæculo.

MCDXLII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus divan Fakreddin ben Almocannes, id est, collectio poëmatum & sermonum, quorum auctor *Ebn Almocannes Sahebi,* etiam vel amicus & socius & Mokarmes scoparum artifex nuncupatus. Illius autem poëmata juxta rythmorum, sive similiter cadentium syllabarum ordinem & seriem disposita sunt.

MCDXLIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus divan al saheh, sive collectio sermonum, epistolarum & poëmatum quorum auctor est *Almocannes.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 810.

MCDXLIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Liber inscriptus divan al saghir, id est, parva collectio, sive poëmata quorum auctor *Aboul Fadhl ben Omar al Gialini* Andalusius, ordine alphabetico disposita. Vixit Saladini temporibus, in cujus gratiam hanc suam collectionem al Codsiat etiam nuncupavit, ab urbe nempe Hierosolyma, quam Sultanus ille receperat.

2.° Poëma ainiah ideo appellatum, quod in literam *ain* desinat, auctore *Abdelcarim Alghilani* sive *Ghilaneo.*

3.° Collectio poëmatum quæ ad *Ali Abiluafa* auctorem referuntur.

4.° Poëma cujus titulus taijah, auctore *Ebn Alfaredh.*

MCDXLV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Opus inscriptum maghmouu mobarac, sive varia poëmata ex auctoribus classicis collecta.

2.° Opuscula extemporanea, & carmina ejusdem generis, quorum auctor est *al Asoiouthi.* Adjuncta sunt anonymi scholia.

3.° Poëma cujus titulus cassidah, auctore *Ebn Farah.* Accedunt scholia *Zeineddini Cassen ben Cothlouboga,* è *Sciamseddini Mohammed* prolixiori commentario excerpta.

MCDXLVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus divan Ebn Calakes, id est, collectio poëmatum, quorum auctor *Aboul Fotouh Nasrallah ben Abdallah Allakim Alazheri,* qui vulgo *Ebn Calakes al Eskanderi* nuncupatur. Illius poëtæ mors cadit in annum Hegiræ 569.

Is codex ex alio vetustiori, anno 635. Hegiræ descripto, anno ejusdem æræ 1023. exaratus dicitur.

MCDXLVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus kheridat al cassar, vel geridat al assar, id est, pars selecta, & palmæ ramus è trunco evulsus, sive poëtarum collectio, quorum mentio non fit in opere quodam jetimat al deher inscripto: auctore *Abou Abdallah Mohammed ben Mohammed Emadeddin al Kateb* Saladino, à secretioribus consiliis, qui in urbe Hispahan natus anno Hegiræ 510. Damasci obiit anno ejusdem æræ 597.

MCDXLVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur varia poëmata, quorum auctor *Bahaeddinus Zohair,* qui septimo Hegiræ sæculo floruit, in Ægypto imperante al Melek Alnasser Saladini nepote. Ad calcem operis carmen reperitur in hujusce Sultani laudem.

Is codex anno Hegiræ 966. Cairi exaratus est.

MCDXLIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus divan al Safi, id est, collectio poëmatum quorum auctor *Safi al Holli,* in sectiones duodecim, pro variis rerum argumentis, divisa. Hujusce codicis folio 258. mentio fit linguæ al goraba, sive exoticæ, vel etiam Africanæ, quæ Arabicis vocibus interseritur, & interpretatione interlineari exponitur.

MCDL.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Liber partim soluta, partim stricta oratione scriptus, cujus titulus nassim alsaba, id est, venti orientalis aura & flatus. Constat capitibus triginta, quibus cæli & syderum, solis & lunæ, diei ac noctis, nubium & imbrium descriptio stilo pereleganti contexitur: auctore *Bedreddino ben Habib.*

2.° Opus inscriptum souk alrafik, id est, forum sodalium, sive virorum aliquot illustrium elogia: auctore *Ebn Nabatah.*

3.° Liber cujus titulus schodour, id est, auri Bracteæ, auctore eodem *Bedreddino.*

MCDLI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur collectio opusculorum & poëmatum, quorum auctor est *Schemseddinus Abou Abdalla Mohammed* Telmessanus. Eorum pleraque ad morum doctrinam pertinent.

MCDLII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus ketab tharial al sukardan, id est, condimentum aromaticum tragematibus inspersum, auctore *Abou Hagelah al Telmessano,* qui ibi opus quod Almelek Nasseri laudibus consecrarat, in compendium contrahit, multis tamen partim soluta, partim ligata oratione additis.

MCDLIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum divan al moaschcrat, sive poëma juxta seriem literarum alphabeti dispositum.

2.° Divan Ebn al Arabi alhatemi al thai, id est, poëma theologicum & mysticum, quod Meccæ anno Hegiræ 611. mensibus sacris compositum dicitur, auctore *Mohieddino Abou Abdallah Mohammed ben Ali ben al Arabi.*

MCDLIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Poëma modo macsourah, modo doraidiah, aliquando cassidah appellatum: auctore *Aboubecro Mohammed ben Aboubecr ben Hassan al Azdi al Lagaous,* id est, grammatico, qui Bassoræ natus obiit anno Hegiræ 321. In eo autem poëmate Bassorenses sæpe laudantur. Adjuncta sunt scholia, quorum auctor ignoratur.

2.° Poëmatia varia, ubi de rebus ad grammaticam pertinentibus disputatur.

3.° Poëma magni apud Arabas nominis, quod à primis illius vocibus banat soat appellatur: auctore *Kaab ben Zohair,* qui primis Islamismi temporibus Mahommedem, cujus tamen dogmatibus nunquam nomen dedit, summis extulit laudibus.

MCDLV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Poëma inscriptum lamiat alaarab, ea de causa quod litera *lam* Arabica versus claudantur: auctore poëta quodam è tribu Hadditarum Schafari.

2.° Novem poëmata, quæ appellantur moallakaat, id est, appensa. Ideo autem illis id nomen inditum, quod ad templi Meccani januam appendi solerent. Horumce carminum auctores longè apud Arabas celeberrimi, Mahummede antiquiores feruntur. Sunt autem numero novem, videlicet *Emrilkais* filius *Haggiar Alcondi, Ilarfa* filius *Alaabd Elwaieli, Zepidus* filius *Aakil,* qui ad pseudoprophetæ usque tempora vitam produxit, obiitque Cufæ 140. annos natus; *Aontar* filius *Sciaddadi Alaabsi, Aretas* filius *Halza Jaskari, Amru Ibn*

Cæltum, Maimun filius *Khais, Nabiga* Damianus, *Hobaidus* filius *Leprosi:* secutis temporibus post quartum quemlibet versum additus quintus à *Mahummede Attusi,* in laudem Mahummedis: sed ita tamen ut sensus integer remaneat.

MCDLVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur poëmata varia in singulas alphabeti Arabici literas desinentia. Carminum autem illorum auctores Mohammedem ejusque socios, templum Meccanum, & viros tam pietate quàm doctrina insignes, sibi laudandos sumserunt.

MCDLVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur poëma taijah, ideo nuncupatum quod ultimæ singulorum versuum voces in literam *ta* desinant: auctore *Abdelcader ben Omar al Safadi,* qui decimo ineunte sæculo floruit. In eo autem poëmate de scientia historica potissimum disseritur. Adjunctus est *Ali ben Athiah,* cognomine *Olvan,* commentarius scriptus anno Hegiræ 922.

Is codex anno ejusdem æræ 992. exaratus est.

MCDLVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur carminum collectio, ab auctoris nomine divan *Chalili* appellata: pars ad mores, pars ad amorem pertinet.

MCDLIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Poëmation inscriptum mothallathat, cujus versus singuli voce una Arabica constant, quæ, pro variatione trium vocalium, tres sensus distinctos exhibet: auctore *Cothrob ben Ahmed.*

2.° Poëmation alterum, quod est prioris quasi quædam expositio. Illius auctor *Abdilphattah* Shobravensis.

Is codex anno Hegiræ 1013. exaratus est.

MCDLX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus divan aref billah, sive poëmata, quorum auctor *Scharfeddin Omar Ebn al Fareh,* à quodam ex illius discipulis collecta, & nonnullis in locis emendata & illustrata.

MCDLXI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus divan al sababat, sive collectio sermonum & poëmatum, quibus de rebus amatoriis potissimum disseritur. Auctore *Ebn Hagelah.*

MCDLXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus inscriptum divan al sababat, sive liber de amoribus & amasiis, partim soluta, partim ligata oratione compositus. Constat capitibus triginta & corollario, ubi de illis qui nimio amore in exitium ruerunt: auctore *Ahmede ben Jahia al Telmessani,* vulgo *Ebn Hagelah.* Illius obitus ad annum Hegiræ 776. refertur.

MCDLXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus divan d'harif, sive versus amatorii in unum collecti. Illorum auctor *Ebn Bark,* qui his suis lusibus nonnulla ad morem doctrinam pertinentia inspersit.

MCDLXIV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber in quo de osculis & amplexibus ita disseritur, ut nulla honestatis & morum ratio habeatur: auctore *Aderrhaman Ali* Bagdadensi, cognomento *Ebn Giuzi.*

MCDLXV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus maratéé al gezalan fil hosn al golaman, id est, pascua dorcadum, sive descriptio & laus amatorum; opus fœdissimæ impuritatis, in quod auctor *Schamseddinus Alnaouahi,* quidquid poëtæ Arabes de suis execrandis amoribus sparsim effutierunt, in unum collecta atque in capita distributa, nulla vel religionis vel honestatis habita ratione, congessit.

MCDLXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti

Gaulmini, ubi continetur opus partim soluta, partim ligata oratione scriptum. Illius titulus divan al sababah, id est, liber de amoribus & amasiis.

Is codex anno Hegiræ 892. exaratus est.

MCDLXVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur poëmatum ad amorem spectantium collectio, auctore *Omaro* filio *Alfaredh* primario Ægypti judice, qui propter morum turpitudinem ab Afrafio Ægypti Sultano in carcerem conjectus est. Is scriptor apud Orientales celeberrimus, Cairi anno Hegiræ 577. natus, anno 632. obiit. Præmittitur anonymi præfatio, ubi multa de hujusce poëtæ vita & laudibus.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1029.

MCDLXVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, scriptus anno Christi 1602. Ibi continentur:

1.° Anonymi epistola gratulatoria, versibus scripta.

2.° Compendium chronologicum Chalifarum à Mahummede ad annum Hegiræ 556.

3.° Oratio recitanda die festo sacrificiorum.

4.° *Hosain Danganei* oratio hortatoria ad pœnitentiam.

5.° Anonymi disputatio de judicii die, ubi nonnulla ex Apocalypsi descripta reperias.

6.° Disputationes nonnullæ ad jus civile pertinentes.

7.° *Ali* Mahummedis generi præclarè dicta quædam.

8.° Excerpta historica è variis scriptoribus.

9.° *Sciahbiddini Arabi* filii poëma.

MCDLXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur liber inscriptus collectanea, quæ omnia excerpta sunt è carminibus *Mahummedis Ebn Zainilabidin*, quorum pars ad amorem, pars ad illustrium virorum laudes spectant. Floruit *Mahummedes* ille undecimo Hegiræ sæculo.

MCDLXX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Eben Fared* aliorumque poëtarum Arabum poëmatia, in linguam Latinam à *Petro Dipy* Alepino conversa.

MCDLXXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Carmina è variorum poëtarum scriptis ab anonymo ad usum suum exscripta.

2.° *Mahummedis* Barnenensis poëma, quo Chalifarum res gestæ ab Abubecro ad Almotaz Billah Alaschraf narrantur.

3.° *Alaiddini Ali* filii historia principum Othomannorum ab anno Hegiræ 687. ad annum usque 982. quo Cyprus insula in Turcarum potestatem pervenit.

Is codex exaratus est anno 1010 Hegiræ.

MCDLXXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber cujus titulus heliat al komait, id est, vini encomium, sive holbat al komait, vini meracitas & nigredo. Dividitur opus in capita viginti quinque, ubi non ea solum quæ vini propria sunt, sed etiam commessationes, saltationes, cantilenæ aliaque id genus uberius pertractantur. Quædam præterea de Nilo capite vigesimo reperias. Sequitur corollarium quo auctor *Schemseddinus Alnaouagi* pœnitentia ductus culpam deprecatur, vinumque, ut pote lege Mahummedica vetitum, multis adductis rationibus & testimoniis detestatur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 990.

MCDLXXIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus kitab alscharab, sive florilegium quo poëtarum & aliorum scriptorum de vino, illius utilitate & proprietatibus selectiores sententiæ colliguntur: auctore *Abou Abbas Abdallah* filio *Mootazbillah*.

MCDLXXIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum montekab al montekhal, id est, res electa & quasi in cerniculo separata, auctore *Abou Mansor Abdalmelek ben Ismael al Thaalebi*, qui in hoc suo opere librum montekhal secutus, excerpta varia ex antiquioribus Arabum poëtis, & nonnulla etiam è recentioribus collegit, & in locos communes quatuordecim digessit.

Is codex anno Hegiræ 1034. exaratus eſt.

MCDLXXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus lamah al Hogiat, id eſt, commentarius in opus inſcriptum ſcharh bedijat Ebn Hogiat, ſive carmen novum & figuratum in laudem Mohammedis ab *Ebn Hogiat* compoſitum, cum fuſiore ejuſdem explanatione, ubi totius ſermonis Arabici elegantiæ & figuræ rhetoricæ latere dicuntur. Commentarii vero auctor *Mohammed ben Ahmed ben Iſſa ben Omar al Sanahoudi.*

Is codex anno Hegiræ 900. exaratus eſt.

MCDLXXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Opus inſcriptum ſcharh caſſaid al ſeba, ſive ſcholia in poëmata ſeptem quæ in Mahummedis laudem conſcripſit *Aboul Haſſan Ali ben Mohammed al Hamadani al Sekaoui,* qui anno Hegiræ 643. vivere deſiit. Scholiorum vero auctor *Abou Schamah.*

2.° Poëmation in Mahummedis laudem, auctore *Abou Khetab Omar ben Haſſan, ben Ali, ben Dakhiah.*

Is codex anno Hegiræ 655. exaratus eſt.

MCDLXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur commentarius in poëmation cujus auctor *Schehabeddinus ben Farah al Aſchbili,* ſive Hiſpalenſis, ubi de utilitate & neceſſitate traditionum Mohammedicarum, quas ore tenus acceptas doctores Moſlemici accuratè conſervant. Interpretis nomen *Jahia al Cerafi ben Abdal Rhaman al Esfahani,* qui hoc ſuum opus anno Hegiræ 818. publici juris fecit.

Is codex anno Hegiræ 884. exaratus eſt.

MCDLXXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus ſcharh al beſſamah, id eſt, commentarius in poëma quo veterum Perſiæ regum & Chalifarum res geſtæ narrantur. Auctor poëmatis *Mohammed ben Abdal Ahmed ben Abadoun;* commentarii vero *Marran Abdelmelek ben Abdallah ben Jardoun al Hadhrami* Hiſpalenſis.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 1031.

MCDLXXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur commentarius in *Omar ben Faredh* varia poëmata, quæ ſimul collecta divani nomine circumferuntur. Auctoris nomen latet.

Is codex manu cujuſdam Moſthafa al Vaſai Derviſchi exaratus, idque elegantiſſimè, dicitur, anno Hegiræ 1030.

MCDLXXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Liber cujus titulus fath al akfal, id eſt, ſerarum ſive rerum clauſarum reſeratio, ſive commentarius in poëma quoddam lamiat inſcriptum, ubi de verborum Arabicorum natura & inflexione. Hujuſce commentarii auctor eſt *Abou Abdallah Mohammed ben Omar al Hadhrami.*

2.° Commentarius in aliud poëma almonſaregiat inſcriptum, ubi de rebus ad grammaticam pertinentibus, auctore *Ali ben Joſeph al Baſraoui.*

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 1052.

MCDLXXXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur commentarius anonymi locupletiſſimus in poëma inſcriptum lamiat al agam, cujus auctor *Abou Iſmael al Tograi.*

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 1004.

MCDLXXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Commentarius anonymi in poëma, ubi de carminum Arabicorum menſura. Illius auctor *Diaheddinus Hhazerjani.*

2.° Anonymi opuſculum de verſibus & dictis ænigmaticis, Perſicè.

POETÆ.

In-octavo.

MCDLXXXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur carmina, quorum auctor *Ali Mohammedis* gener auctor fertur. Hæc autem noſtra collectio, ſi copiam & ordinem ſpectes, cæteris præſtare creditur.

MCDLXXXIV.

Codex bombycinus, elegantiſſimè ſcriptus, quo continetur poëma in Mohammedis laudem, caſſidah appellatum.

MCDLXXXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur anonymi paraphrasis, sive potius parodia poëmatis, quod al Bordah nuncupatur, ubi de Mohammedis laudibus.

MCDLXXXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Lubbiri Ebn Casem* commentarius in poëma, quod de laudibus Mohammedis pseudoprophetæ conscripsit Darvisius doctor magnificus. Ibi præter complures historias & fragmenta poëtarum, traduntur præcepta quædam ad consequendam poëticam & oratoriam facultatem imprimis utilia.

MCDLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus scharh al bessamah, id est, commentarius in poëma quo veterum Persiæ regum & Chalifarum res gestæ narrantur. Auctor poëmatis *Mohammed ben Abdel Margidal Abadoun;* commentarii vero *Marvan Abdelmelek ben Abdallah ben Badrun al Badhremi* Hispalensis. In eo autem noster hic codex ab illo discrepat de quo jam antea, quod auctor ibi *Ebn Abdun,* & poëma cassidah *Abadoun* nuncupetur.

MCDLXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur versus aliquot & proverbia à Germano quodam *Schud* nomine, Constantinopoli, ut ipse testatur ad codicis calcem, scripta anno Christi 1582.

FABULÆ ROMANENSES.

In-folio.

MCDLXXXIX.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur liber cujus titulus kalila, ve damna, ex Indica lingua in Persicam, & è Persica in Arabicam conversus. Figuræ desiderantur.

MCDXC.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum kessat Tamim Addar, id est, historia cujusdam socii Mahommedis, ex illorum numero, qui è Mecca fugere coacti Medinam se receperunt. Fabula est ab *Ebn Ebbas* alio Mohammedis socio excogitata, qua fingitur Tamim Addar à spectro quodam tauri specie raptus, & in insulam Oceani incognitam delatus, ubi mira & inaudita videre ipsi contigit. Ad oram codicis conjectæ notæ nonnullæ viri docti manu, cujus nomen ignoratur.

MCDXCI.

Codex bombycinus, quo continetur pars vigesima sexta libri qui seirat al mogiahedin, id est, virorum fortium & bellatorum historia, inscribitur. Ibi de heroe quodam apud Mohammedanos celeberrimo, qui vulgo Seidi Batthal appellatur. Illud autem opus ex eorum numero est, quæ ob figmenta parum credibilia ad fabulas romanenses non male referantur.

FABULÆ ROMANENSES.

In-quarto.

MCDXCII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur liber ex interlocutorum nomine, inscriptus calila ve damna. Hoc opus publici juris fecit Indus quidam *Barha* dictus, Brachmanorum princeps, rogatu Landisalami regis, qui, Alexandro mortuo, Indiis præfuit; ex Indica vero lingua in Persicam postulante Chosroa, & ex illa in Arabicam ab *Abdalla Alahvazi* conversum, idque in gratiam Ebn Chaled Aaronis Raschidæ Viziri.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1080.

MCDXCIII.

Codex chartaceus, quo continetur *Cheik Saady* opus inscriptum gulistan, è Persica lingua in Arabicam, sed ab homine hujusce linguæ parum perito, conversum.

MCDXCIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus sairat almelek Eskander al roumi, sive de Alexandri magni rebus gestis: auctore *Ibrahim Ebn al Mofarag al Souri.* Conjectæ ad oram codicis notæ quædam.

Is codex Ahmedis Alepensis manu anno Hegiræ 961. exaratus est.

MCDXCV.

Codex bombycinus, ex Oriente in

Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera anno 1718. illatus. Ibi continentur:

1.° Anonymi fabula romanensis de urbe quadam ærea.

2.° Anonymi fabula romanensis de iis quæ Abuzaido cuidam contigerunt.

3.° Anonymi fabulæ commentitiæ de Mose & Christo Domino.

4.° Carmina in nonnullorum Mohammedanorum laudem scripta.

MCDXCVI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur fabula romanensis, ubi de quodam Josepho Damasceno, mercatoris locupletissimi filio.

MCDXCVII.

Codex chartaceus, olim Gallandianus, quo continetur fabula romanensis, de Josepho quodam Damasceno, mercatoris locupletissimi filio.

MCDXCVIII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur fabula romanensis, ubi de Josepho quodam Damasceno, mercatoris locupletissimi filio.

MCDXCIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus. Ibi continentur fabulæ duæ romanenses, quarum prior de quodam regis Khouaresmiæ filio; altera versibus scripta, de equo maritimo dicto mainiun.

MD.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, characteribus Mauritanicis, adeo inconcinnus, ut nec ab iis legi possit, qui in tractandis codicibus manuscriptis maximè sunt exercitati. Ibi continetur fabula quædam romanensis.

MDI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber cujus titulus ketab kalilah v damnah, sive liber apologorum, quorum præcipui interlocutores sunt duæ vulpeculæ golialak nempe & domnah: Opus morale & politicum Indica lingua à *Buzurgemihir ben Bakhtegan*, Anucharouani sive Cosrois, Persarum regis medico primario & insigni philosopho conversum, & ex ea in Arabicam opera *ben Mocama*, quam illius interpretationem exhibet. Noster hic codex anno Hegiræ, ut videtur, 1050. exaratus.

MDII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum khalialah ve domnah, sive liber apologorum, è Persica lingua in Arabicam studio *ben Mocama* conversus.

MDIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur fabula romanensis, quæ tota in narrandis heroum quorumdam rebus gestis versatur. Auctoris nomen incompertum.

MDIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Opus inscriptum hekajat Taouadod khatoun sorijat Haroun al Raschid, id est, historia ancillæ cujusdam Taouadod nuncupatæ, quæ à patrono suo variis disciplinis erudita, Chalifæ Aaroni al Raschid decem millium aureorum pretio venundata est. Auctoris nomen ignoratur.

2.° Methodus orationis pro defuncto, quæ pio cuidam viro Mahummedano Maoula Khesrou appellato, revelata fingitur, Turcico sermone conscripta.

MDV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur fabula romanensis, ubi mercator illius ancillæ & alii nonnulli sermonem habent coram Chalifa Aarone al Raschid Caroli magni æquali, auctore *Isaaco* filio *Abu-Baema*. Desideratur titulus.

MDVI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur fabula romanensis inscripta noctes mille & una. Incipit à centesima sexagesima septima.

MDVII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur fabula romanensis inscripta noctes mille & una. Incipit à sexagesima septima, ubi tamen nonnulla desiderantur.

MDVIII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur fabula romanensis inscripta noctes mille & una, quæ interprete *Gallandio*

Gallicè prodierunt. In hoc autem volumine 66. priores reperiuntur.

MDIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanflebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus fakehat al kholafa v. mofakehat al dhorafa, id eft, deliciæ principum, & joci hominum folertium & facetorum: opus ad inftar libri golialah & domnah, fabellis, apologis & narrationibus lepidis conftans: auctore *Ahmede ben Mohammed ben Arabfchah,* à quo opus editum anno Hegiræ 835.

Is codex exaratus eft anno Hegiræ 1001.

MDX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus fakehat al kholafa v. mofakehat al dhorafa, id eft, deliciæ principum, & joci hominum folertium & facetorum, auctore *Ahmede.*

Is codex exaratus eft anno Hegiræ 1030.

MDXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber cujus titulus fakehat al kholafa, v. mofakehat al dhorafa, id eft, deliciæ principum, & joci hominum folertium & facetorum: auctore *Ahmede ben Mohammed ben Arabfchah.*

MDXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam Vanflebii opera illatus anno 1678. Ibi continetur fabulæ cujufdam romanenfis pars prima, ubi Hamfæ Bahlawan res geftæ narrantur. Fingitur is heros Perfidem, Indiam, Chaldæam, Syriam & Palæftinam victoriis peragraffe, & ab illo interemtos qui Muhammedanam religionem amplecti nollent. Auctore *Ahmede* filio *Muhammedis* Cufenfis.

MDXIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanflebii opera illatus anno 1678. Ibi continetur fabulæ romanenfis, ubi de rebus geftis Hamfæ Bahlawan, pars fecunda.

MDXIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur fabulæ romanenfis, ubi de Hamfæ Bahlawan rebus geftis, pars tertia.

MDXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam Vanflebii opera illatus anno 1678. Ibi continetur fabulæ romanenfis, ubi de Hamfæ Bahlawan rebus geftis, pars quarta.

MDXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur fabulæ romanenfis, ubi de rebus geftis Hamfæ Bahlawan, pars quinta & fexta.

MDXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam Vanflebii opera illatus anno 1678. Ibi continetur fabulæ romanenfis, ubi de rebus geftis Hamfæ Bahlawan, pars feptima & octava.

MDXVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam Vanflebii opera illatus anno 1678. Ibi continetur fabulæ romanenfis, ubi de rebus geftis Hamfæ Bahlawan, pars nona.

MDXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur fabulæ romanenfis, ubi de rebus geftis Hamfæ Bahlawan, pars decima.

MDXX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam Vanflebii opera illatus anno 1678. Ibi continetur fabulæ romanenfis, ubi de rebus geftis Hamfæ Bahlawan, pars undecima.

MDXXI.

Codex bombycinus, olim Melchifedechi Thevenotii. Ibi continetur fabulæ romanenfis, de Emiro Aantar Chedad filio, pars prima.

MDXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur Emiri Aantar, filii Chedad, herois apud Arabas celeberrimi, hiftoria, five potius fabula romanenfis, auctore *Affmaji.* Cum autem opus illud octoginta partibus conftet, quem locum tot inter volumina nofter hic codex obtinere debeat, non annotatur.

MDXXIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1678. Ibi continetur fabulæ romanensis, ubi de rebus gestis Hamsæ Bahlawan, pars sexta.

MDXXIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur Hamsæ Bahlawan fabulæ romanensis, pars septima.

MDXXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars octava fabulæ romanensis, de rebus heroum quorumdam fortiter gestis.

MDXXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars nona fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDXXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars decima fabulæ romanensis, ubi de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDXXVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars undecima, aliis decima tertia, fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDXXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars duodecima fabulæ romanensis, de rebus heroum quorumdam fortiter gestis.

MDXXX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars decima quinta fabulæ romanensis, de rebus heroum quorumdam fortiter gestis.

MDXXXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars decima sexta fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDXXXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars vigesima fabulæ romanensis, de rebus heroum quorumdam fortiter gestis.

MDXXXIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars vigesima prima fabulæ romanensis, de rebus heroum quorumdam fortiter gestis.

MDXXXIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars vigesima tertia fabulæ romanensis, de rebus heroum quorumdam fortiter gestis.

MDXXXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars vigesima septima fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDXXXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars vigesima octava fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDXXXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars vigesima nona fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDXXXVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars trigesima, aliis vigesima tertia, fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDXXXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regaim Vanslebii opera illatus.

Ibi continetur pars trigesima prima, aliis decima nona, fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDXL.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars trigesima secunda fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDXLI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars trigesima tertia fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDXLII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars trigesima quarta fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis. Desiderantur quædam.

MDXLIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis. Desideratur initium.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 804.

MDXLIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur fabula romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis. Initium & finis desiderantur.

MDXLV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur fabula romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis. Initium & finis desiderantur.

MDXLVI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, characteribus Mauritanicis exaratus, quo continetur Josephi Patriarchæ historia, magna sui parte commentitia: auctore incerto.

FABULÆ ROMANENSES.

In-octavo.

MDXLVII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, quo continetur fabula romanensis, ubi de iis quæ Sindabat Marino & Hindibad bajulo Bagdadensi Aaronis Raschidæ temporibus accidisse finguntur.

MDXLVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus ketab al faschous fi akkam caracouch, ubi faceta quædam de Bahaaldin viro probo & miræ simplicitatis, qui Saladini temporibus Viziratus munere in Ægypto perfunctus est. Auctore *Gelaleddino Soiouthi.*

Is codex anno Hegiræ 899. exaratus est.

MDXLIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars prima fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDL.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars secunda fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDLI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars tertia fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDLII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars quarta fabulæ romanensis, de quorumdam heroum rebus fortiter gestis.

MDLIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars sexta fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDLIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars decima quarta & decima quinta fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDLV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars decima septima fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis. Desideratur initium.

MDLVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars decima octava fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDLVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars decima nona fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDLVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur pars vigesima secunda fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDLIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus Vanslebii opera. Ibi continetur pars vigesima quarta fabulæ romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis.

MDLX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur anonymi fabula romanensis, ubi de heroum quorumdam rebus egregiè adversus infideles gestis. Initium & finis desiderantur.

MDLXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur fabula romanensis, de heroum quorumdam rebus fortiter gestis. Initium & finis desiderantur.

PHILOLOGI.

In-folio.

MDLXII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, antiqua partim, partim recentiori manu exaratus. Ibi continentur:

1.° Opus inscriptum rissalat fi elkiam fi ahl alkiram, id est, tractatus quo docetur ingredienti viro illustri assurgendum esse, auctore Imam *Jehia Ebn Scheraf Annouri.*

2.° Traditiones excerptæ è libro cujus titulus aakd alloali, id est, monile margaritarum, auctore *Mohammede Algiazari,* qui huic suo operi ultimam manum imposuit in urbe Schiraz anno Christi 1405.

3.° Tractatus quo variæ traditiones referuntur, auctore *Zeineddino Omar Abi Hafs.*

4.° Anonymi fragmentum de pauperibus sublevandis.

5.° Anonymi fragmentum de unitate Dei.

6.° Commentarius in poëma quoddam de doctrina morum. Desideratur initium.

MDLXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur Imam *Ali* tractatus inscriptus methodus eloquentiæ. Auctor Bagdadi natus anno Hegiræ 399. Meccæ supremum diem obiit.

Is codex à quodam nomine Abdilgari anno Hegiræ 899. emptus dicitur.

MDLXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus mecamat, id est, consessus, sive liber sermonum qui in variis consessibus habiti sunt, auctore *Abou Mohammed al Cassem ben Ali,* vulgo *al Hariri,* de quo opere extat Zammas Charii viri doctissimi elogium, qui per Deum & Alcoranum sacraque omnia tam Liturgiæ quàm Meccanæ panegyreos dejerat Harirum eo pervenisse, ut ejus consessus non chartæ aut pergameno, sed panno serico inscribi debeant. Is autem liber, qui totius elegantiæ & eruditionis Arabicæ specimen merito appellari potest, in quinquaginta sermones dividitur, quorum plerique à locis in quibus habiti sunt, Sanaa nempe, Damiata, Alexandria, Cufa, nomen invenere.

Is codex charactere eleganti, sed recenti, vel, ut vocant, moderno, exaratus est.

MDLXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur quinquaginta sermones, quorum auctor *Aboulcassem ben Ali al Hariri.*

Is codex manu Ahmedis ben Hamzah ben Athaallah al Aschnobi anno Hegiræ 611. exaratus dicitur.

MDLXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, quo continetur liber cujus titulus heliat al komait, id est, vini ornamentum & elogium. Dividitur in sectiones viginti quinque, ubi de vini nominibus tam usitatis quàm obsoletis, de ejus origine, usu & noxa, de conviviis & comessationibus, de compotoribus, illorumque acutè dictis & carminibus, de gauconibus, de mensarum ornamentis, de musica, cantibus, saltationibus & choreis. Sequitur corollarium quo de pœnitentia & animæ salute, cum vini vituperatione & detestatione, differitur. Auctore *Schemseddino Mohammed ben Bedreddin Hassan al Nouagi*. Autographum, è quo is codex descriptus est, exaratum dicitur anno Hegiræ 824.

MDLXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus cujus titulus potatio vini, auctore *al Nouagi*, qui rogatus à quodam illustri viro, è poëtis & prosæ orationis scriptoribus multa in laudem vini collegit. Differitur de variis illius nominibus, origine, natura, utilitate & usu, de vasum genere, quibus recondendum aut potandum vinum, de balneis, cantibus & jocis qui interdum paulò liberiores sunt.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 883.

MDLXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus al marg al nadher v. arag al ather, id est, pratum floridum, odore fragrantissimum. Opus ad philologiam pertinens, & multiplici eruditione conditum. Dividitur in partes quinque, quarum prima de amore & amicitia; secunda, de amatoriis lusibus & carminibus; tertia, de comessationibus; quarta, de balneorum & vestium usu; quinta, de varii argumenti rebus, auctore *Gelaleddino Mohammed ben Abibekr*, qui al Hassani Scherif, id est, Hassano prognatus, ad Mohammedem generis originem referebat.

Is codex anno Hegiræ 885. exaratus est.

MDLXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continetur opus *Gelaleddini* de quo supra.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 818.

MDLXX.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera anno 1673. illatus. Ibi continentur:

1.° Tractatus cujus titulus pabulum una considentium & inter se colloquentium narrationes. Auctore judice quodam nomine *Abu Hali Almoshein* Jenochita. Eo autem opere variæ historiæ colliguntur, quas auctor ad recreandos cujuscumque ordinis homines magis idoneas existimavit. Codicis illa pars exarata est anno Hegiræ 730.

2.° Tractatus brevis in modum sententiarum, excerptus è libro quodam *Ali* Mahummedis generi, cujus titulus monile pretiosum.

MDLXXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis quod inscribitur animi relaxatio & gaudii clavis, pars prima: auctore *Achmete Ebn Muhammed Abulabbasi* Sciagiareo. Dividitur illa libri pars in decem capita, ubi facetiæ complures, & virorum omnis generis acutè dicta.

MDLXXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, anno Hegiræ 1025. exaratus. Ibi continentur *Mahummedis Sciamsiddini Absimei* selectiora quædam capita, ubi de varii argumenti rebus, quarum pars ad mores informandos, pars ad historiam.

MDLXXIII.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur liber cujus titulus divan el enchia, id est, de modo quo scribi debeant regum epistolæ. Auctor anonymus enumeratis artibus & disciplinis in eo requisitis, qui regibus à secretis esse velit, injecta mentione litterarum quas Mahummedes ad Heraclium imperatorem, secutique illius sectam principes ad alios dederunt, complura diversi omnino argumenti attingit; verbi gratia, Ommiadum dynastiam cæterasque celebriores, Damascenam nempe, Aleppinam, Apamenam, Syrotripolitanam, Sareptinam, Gazensem, & illam quæ Karak appellatur. Ibi præterea differitur de dignitatibus quæ in Ægypto & Arabia Petræa obtinuerunt. Agitur quoque de fœderibus

Mahummedanos inter & Christianos sanciendis, fide illis præstanda, legibusque quibus in clientelam recipi debent.

MDLXXIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur tractatus de conscribendarum epistolarum ratione: auctore *Schiahbiddino Mahmud* filio *Salmani* Hispano, qui cum ipse, filius & nepos cuidam Hispaniarum regi Mahummedano à secretis fuissent, idoneum se credidit, qui hujusce artis regulas traderet. Obiit anno Hegiræ 725.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 717. proindeque ante auctoris ipsius mortem.

MDLXXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur judicis cujusdam nomine *Sciahiddini* tractatus, cujus titulus liber exordii. Ibi de epistolarum conscribendarum ratione, adductis in exemplum clarorum virorum ad principes & reges litteris, quas inter auctoris ipsius non paucæ.

MDLXXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi de conscribendarum epistolarum ratione tractatus.

MDLXXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, compluribusque figuris ornatus. Ibi continetur tractatus de ratione conficiendi vasa vinaria ad majorem potantium delectationem, auctore *Abulcez Ismael* Giazaræo.

Is codex anno Christi 1484. exaratus est.

PHILOLOGI.

In-quarto.

MDLXXVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur anonymi tractatus de arte equestri, sive de modo quo equi domari & exerceri debent; adjunctis figuris quibusdam quibus stadiorum cursus directi, reflexi & in gyrum ducti delineantur. Desiderantur præfatio & quatuor primæ sectiones.

MDLXXIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Tractatus inscriptus almoctarah fil mosthalah fi talaim rami al bondok, id est, liber de arte balistaria, sive de aucupio quod arcu & globulis missilibus exercetur: auctore *Abd Almegid,* qui initio operis ingentem nobilissimarum avium turmam quam Ahmed al Abassi dictus Melek al Nasser undique collegerat, sigillatim enumerat.

2.° Poëma pentastichum de eadem arte, cujus auctor vir eloquentissimus *Safi al Holli.*

3.° Poëma ejusdem argumenti: auctore *Hage Alkaouas* Meccano.

4.° Tractatus de eadem arte, auctore *Salvat ben Gazi.*

Is codex anno Hegiræ 1038. exaratus est.

MDLXXX.

Codex bombycinus, ab Orientali quodam Ludovico XIV. oblatus, quo continetur prima pars operis, ubi de religione Drusorum qui Ali illiusque posterorum sectam sequuntur. Contendunt enim anno Hegiræ 375. quemdam ex Ali stirpe natum, regiam dignitatem adeptum esse anno ejusdem æræ 383. tribus post annis Chalifam renuntiatum, anno tandem 411. ex hominum oculis, ad quos tamen rediturus est, evanuisse.

MDLXXXI.

Codex bombycinus, quo continetur tractatûs de religione Drusorum, pars secunda, ubi Nosairetarum secta præcipuè refellitur.

MDLXXXII.

Codex chartaceus, è Dominicanorum codice à Francisco Petis de la Croix descriptus. Ibi continetur volumen quartum de religione Drusorum. Ad calcem occurrit gentis illius doctrinæ compendium, ut & singularia quædam de mundi systemate commenta.

MDLXXXIII.

Codex bombycinus, quo continetur tractatus de religione Drusorum ad exemplar quod apud Dominicanos asservatur, emendatus & suppletus studio *Petis de la Croix.*

MDLXXXIV.

MDLXXXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur pars prima operis cujus titulus tenbih alal teschbih, sive monita circa similitudines & comparationes. Opus ubi non solum artis rhetoricæ præcepta reperias, sed & exempla è reconditissimo totius Arabicæ litteraturæ penu deprompta. Constat autem hæc prima pars capitibus sexaginta quinque, quorum ultimum de comparationibus ex avibus petitis differit.

Is codex tam calligraphia, quàm accurata punctorum vocalium appositione, inter præstantissimos numerandus.

MDLXXXV.

Codex bombycinus, olim Nicolai le Fevre. Ibi continetur liber cujus titulus tabijan fil bejan, sive liber rhetoricus de arte dicendi & scribendi: auctore *Scharfeddino Hossain ben Mohammed al Thaibi*, qui anno Hegiræ 743. vivere desiit. Dividitur opus in partes tres, ubi potissimum de verborum copia, ornatu & figuris.

MDLXXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus fossous al fossoul, id est, gemmæ ordine dispositæ, vel okoud al okoul, id est, nodi quibus mentes illaqueantur, ubi de sermonis Arabici elegantiis: auctore *al Cadhi al Said Aboulcassem Hebat Allah.*

MDLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum pharbadouan, auctore *Schemseddino Abu Abdalla*, cujus, ut videtur, scopus fuit linguæ Arabicæ ubertatem & elegantiam aperire: quo in argumento majori cum doctrinæ laude al Hariri antea versatus erat.

2.° Horologium sive preces diurnæ ad usum Melchitarum.

MDLXXXVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus mecamat al Hariri, id est, consessus, sive discursus academici: auctore *al Hariri.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1063.

MDLXXXIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus scharh mocamat al Hariri, id est, commentarius in sermones sive discursus academicos Hariri, auctore *Borhaneddino Nasser ben Abilmokarem al Motharezi.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1029.

MDXC

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus mecamat, id est, consessus, sive sermones habiti in consessibus. Sunt autem loci communes rhetorici de variis argumentis, ad imitationem consessuum Hariri. Ille autem liber constat capitibus viginti novem, quorum primum de laudibus Meccæ & Medinæ; secundum, de Mohammedis progenitoribus; tertium, de morte; quartum, de vino, &c. auctore *Gelaleddino al Asoiouthi.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1014.

MDXCI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus cujus titulus ketab mecamat, id est, liber consessuum, sive sermonum academicorum, auctore *Aboulfadhl Ahmed ben Hossain Hamadani*, cognomine *Badi Alzaman*, id est, sæculi portentum. A singulari eloquentia sic appellari solet. Illius consiliis al Hariri in eodem scribendi genere sese exercuisse dicitur.

MDXCII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus nassim al saba, id est, venti orientalis aura lenis, sive sermones & discursus academici: auctore *Bedreddino ben Habib.*

MDXCIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber cujus titulus riadh alazhar v nassim alashar, id est, florum areolæ & aura pulmones refrigerans, sive sermones & discursus academici, alio nomine mecamat al Kaouas appellati, sive sermones in consessibus habiti: auctore *al Kaouas*, qui decem edere cum in animo haberet, morte præreptus decimum aggredi non potuit.

Is codex anno Hegiræ 1011. exaratus est.

MDXCIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi

continetur liber cujus titulus uns al vahid, id est, solitarii consuetudo & contubernium, ubi de rebus ad philologiam & morum doctrinam pertinentibus differitur, auctore *Abou Manfor Abdalmelek,* cognomento *al Thaalebi.*

MDXCV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber cujus titulus thamarat alaourak, id est, chartarum, sive librorum fructus. In eo vero opere de rebus ad humaniores litteras potissimum spectantibus, differitur: auctore *Takieddino Aboubecr,* cognomine *ben Hoggiat,* qui anno Hegiræ 837. vivere desiit. Initio libri occurrit illud elogium: Frustra apud alium auctorem quæras quod in hoc opere reperies, & qui illud evolverit, neque socio ad confabulationem, neque interprete ad res difficiliores explanandas opus habebit.

Is codex anno Hegiræ 1018. est exaratus.

MDXCVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera anno 1718. illatus. Ibi continetur liber cujus titulus thamarat alaourak fil mohadherat, id est, fructus foliorum: quo in opere ea potissimum colliguntur quæ ad recreandos animos & tempus fallendum magis idonea visa sunt: auctore *Ebn Hogian al Hamaoui,* qui anno Hegiræ 837. obiisse dicitur.

MDXCVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Gialaliddini al Asoiouthi* opus inscriptum, dialogi, ubi scientiæ summis laudibus extolluntur, & variæ quas afferunt utilitates multis poëtarum & aliorum scriptorum locis exponuntur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1076.

MDXCVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus almostathraf, id est, qui hinc & inde optima quæque collegit, sive polianthæa, in 84. capita distributa. Verum noster hic codex alteram tantummodo partem operis exhibet, & à quinquagesimo capite initium sumit. Ibi vero de peregrinationis laudibus fusè differitur: auctore *Mohammede ben Ahmed Alkhatib al Aschbilith.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 996. illudque elegantissimè.

MDXCIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber inscriptus mostashref fi colfeun mostadhraf, id est, nova elegantiarum collectio, sive florilegium, 84. capitibus constans, quo dicta & facta scitu digna, per locos communes digesta, recensentur; auctore *Schehabeddino Mohammed ben Ahmed Alkhatib,* vulgo *al Aschbili,* qui, sæculo octavo exeunte, floruit. In nostro hoc codice, qui anno Hegiræ 1030. exaratus est, prima tantum pars operis illius legitur.

MDC.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inscriptus videntis hilaritas, & animi amœnitas, partim Arabicè, partim Persicè: auctore *Phatiddino Ebn Hob-Aidilla.* Dividitur opus illud in tres partes, ubi de judicio, laude & gloria, de scribendarum epistolarum ratione. Occurrunt prætera variæ sententiæ, *Ali* Mahummedis genero tributæ; singulis autem subjicitur distichon Persicum.

MDCI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° *Abubekir Ebn Hagge* tractatus, cujus titulus foliorum fructus, complectens historias varias ad linguæ Arabicæ elegantiam, poësim & mores spectantes.

2.° Ejusdem historiæ, è variis scriptoribus selectæ.

Is codex anno Hegiræ 994. Meccæ exaratus esse dicitur.

MDCII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operis inscripti, memoria Hambdunia, pars undecima; quod opus sic appellatur ab *Hambdun* scriba Bagdadensi patre auctoris, nomine *Abulabbasi* filii *Hambdun.* Complectitur autem historias complures, quarum major pars ad ingenium excolendum pertinet.

MDCIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Opus inscriptum ketab boloug al

arab fi lathail al arab, id eſt, elegantiarum & facetiarum liber, maximè circa reprehenſiones & objurgationes, quæ à viris magnis & ingenioſis factæ ſunt: auctore *Mohammede ben Ahmed al Mokri.*

2.° Ejuſdem tractatus inſcriptus tohfat al albab, id eſt, munus ſapientum, ſive epitome libri cazvinii, qui agiaieb al makhloukat, vel miranda rerum creatarum, inſcribitur.

3.° Anonymi opus cujus titulus magiles mahaſſen al athar, id eſt, conſeſſus optimorum virorum. Ibi vituperatur avaritia, liberalitas vero, virorum illuſtrium exemplo, commendatur & extollitur.

M D C I V.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus rakaiek al holel fi dakaiek al hial, id eſt, de aſtutiis & elegantioribus dictis vel factis: opus viginti conſtans capitibus, è quibus decem tantum in hocce volumine reperiuntur. Auctoris nomen ignoratur; verum familiarem ſe & domeſticum Aſadeddini Sunbol ben Abdallah al Melek al Bedri profitetur.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 1061.

M D C V.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Opus inſcriptum mathlab al adib, id eſt, eruditi viri votum & petitio, ubi è variis ſcriptoribus egregiè dicta & facta colliguntur, auctore *Aſoiouthi.*

2.° Liber cujus titulus coradhat al dhahab, id eſt, ramentum auri, ubi de rebus ad philologiam pertinentibus, auctore *Ebn Raſchid Alazdi.*

M D C V I.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus ketab nagiat al mohag al mokhtar men ketab al farag, id eſt, liberatio à mœrore. Opus excerptum ex alio tractatu, qui de animi lætitia & alacritate inſcribitur. Illius auctor *Alaeddinus Ali ben Abithaleb* Alepenſis.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 930.

M D C V I I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Sententiæ ſive apophthegmata quæ *Ali,* Mohammedis genero, tribuuntur, adjuncta interpretatione & paraphraſi Turcica, verſibus ſcripta.

2.° Libellus ubi de proſodia Arabica, auctore *Abou Abdallah Mohammad ben Hoſſain,* cognomento *Aboulgeiſch,* patria Hiſpano.

3.° Pars tertia libri cujus titulus meftah al oloun, id eſt, clavis ſcientiarum, ubi de inventione, elocutione, & figuris rhetoricis, auctore *Alſchaki.* Accedunt ſcholia anonymi.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 989.

M D C V I I I.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continentur variæ hiſtoriæ, ſententiæ & apophthegmata, auctore *Geladdino Aſoiouthi.*

M D C I X.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur proverbiorum collectio Arabicè ſcripta, cum illorum Perſica interpretatione, ſtudio *Mouſtafæ Ibrahimi* filii; quod opus à ſe excerptum teſtatur è libro Zamaſchari, ſcriptoris apud Arabas celeberrimi, qui in eodem argumento antea verſatus erat.

M D C X.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur adagia & ſententiæ morales, è poëtarum aliorumque auctorum ſcriptis collecta.

M D C X I.

Codex bombycinus, quo continetur liber cujus titulus giavaher al kelam, id eſt, gemmæ ſermonis Arabici, ſive de conſcribendarum epiſtolarum ratione: opus elegantiſſimum, conſtans capitibus quatuordecim, in quibus inſigniora variorum poëtarum loca reperias: auctore *Mohammad ben Mohammed ben Scharaf al Zerai,* ſecta Schafeino.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 744.

M D C X I I.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus de conſcribendarum epiſtolarum ratione, ubi variæ principum litteræ referuntur. Deſiderantur titulus & præfatio, proindeque nomen auctoris.

MDCXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur pars prima libri cujus titulus al enscha, id est, formulæ quibus in omni epistolarum & diplomatum genere Arabes & Turcæ uti consueverunt: auctore *Takieddino ben Hoggiat*.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1045.

MDCXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus aldorr al nafis fi talim col gialis, id est, margarita pretiosa, sive institutio epistolica, ubi multæ salutationum & euphemiarum quæ in epistolis conscribendis usurpari solent formulæ, è veterum & recentiorum operibus excerptæ, auctore *Abdalrahim Alfandi*, è Mauleriorum qui in Græcia & Anatolia degunt, societate & schola.

MDCXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Rascid Iddin*, tractatus cujus titulus annalium amœnitates, ubi epistolæ complures à regibus & magnatibus ad alios scriptæ, quibus alias, quarum ipse est auctor, subjunxit.

2.° Ejusdem Rascid poëmata nonnulla in regum & amicorum laudem.

Is codex exaratus & emendatus esse dicitur anno Hegiræ 543.

MDCXVI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus cujus titulus ketab al homaca v almoga-felin, id est, liber de fatuis sive stultis, & ignaris: auctore *Aboulcassem Abderrhaman ben Algiouzi*, qui fatuos sive stultos inter & dementes discrimen statuendum esse contendit. Dividitur is tractatus in capita viginti quatuor, ubi docet stultos in quavis professione & gradu reperiri.

MDCXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera anno 1718. illatus. Ibi continetur *Hassani Effendi* Aghisarensis, brevis commentarius in librum rhetoricum talkhis inscriptum, cujus auctor *Gelaleddinus Mohammad*.

Is codex ab Ibrahimo quodam Bosniensi dicitur exaratus anno Hegiræ 1050.

MDCXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus mothaoual, sive commentarius in opus inscriptum talkhis meftah, auctore *Massoud ben Omar al Tagtazani*, qui anno Hegiræ 792. vivere desiit. Est & alius ejusdem scriptoris in tractatum, de quo sermo, commentarius, sed brevior, qui Moktassar nomine circumfertur.

Is codex anno Hegiræ 1021. exaratus est.

MDCXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi scholia in librum cujus titulus esfah, sive sermonis Arabici eloquentia: opus magni apud Arabas nominis, cujus auctor est *Radhieddinus Algazi al Ameri*.

2.° Ejusdem poëmation, ubi voces omnes Arabicæ, in quibus occurrit littera *dha*, metro ligatæ sunt.

3.° Scholia in poëmation de quo supra, auctore *Mohammede Bedr Algazi Radhieddini* filio.

MDCXX.

Codex chartaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° *Pauli Pelisson* encomium Ludovici decimi quarti, à *Petro Stephano* Maronita, Patriarcha Antiocheno, in Arabicam linguam conversum anno Christi 1671.

2.° Sancti martyris *Ignatii* epistola ad regem Ludovicum decimum quartum, qua se Portæ Othomannicæ commendari postulat.

PHILOLOGI.

In-octavo.

MDCXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Acutè & facetè dictorum collectio, Arabicè: auctor Imam *Aboulkassem Mahmoud*, cognomine *Jahmari*.

2.° Variorum variis de rebus carmina.

3.° Præcepta quædam *Khavadgæ Abdullæ*, viri morum sanctitate apud Mahummedanos celeberrimi, ex ipsius ore ab amicis excepta.

MDCXXII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi tractatus inſcriptus, notæ amoris juveniles, ubi de varii argumenti rebus.

Is codex ex auctoris ipſius autographo deſcriptus, exaratus eſt anno Hegiræ 966.

MDCXXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur tractatus de legibus ad menſam ſervandis, diviſus in decem capita: auctore *Gemaleddino Jehia* filio *Abdel Athim Algiazzar,* qui anno Hegiræ 679. diem ſupremum obiit.

MDCXXIV.

Codex chartaceus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanſlebii opera illatus anno 1673. Ibi continetur proverbiorum quæ magis in uſu ſunt, collectio ordine alphabetico diſpoſita.

MDCXXV.

Codex chartaceus, quo continetur liber cujus titulus al amthal al ſairat, ſive adagia nobis à veteribus relicta: ea vero collecta dicuntur ab *Abou Obeid Alcaſſem ben Salam* allagaoui, id eſt, grammatico aut rhetore, cujus mors cadit in annum Hegiræ 224.

Is codex à Dominico Sirleto exaratus eſt anno Chriſti 1581.

MDCXXVI.

Codex bombycinus, forma oblonga, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur.

1.° Liber cujus titulus ketab ſcharh ma gamadh men al alfadh allagaouiah men al mekamat al Haririah, id eſt, explicatio vocum difficiliorum quæ in libro conſeſſuum Hariri occurrunt, auctore *Mohibeddino Aboulboka Abdallah ben Hoſſain al Okberi* Bagdadenſi.

2.° Synonyma quibus varia quadrupedum nomina efferuntur.

3.° Anonymi opuſculum de diſcrimine quod inter literas dha & dhah intercedit.

4.° Poëma cujus auctor *Nabegat,* adjunctis ſcholiis.

5.° Opuſculum ubi de leone & illius appellationibus, auctore *Abouzobeid al Thai.*

CODICES PERSICI.

VETUS TESTAMENTUM.

In-quarto.

CODEX PRIMUS.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur hiſtoria Judithæ è Latina lingua in Perſicam, eleganter quidem, paulo tamen liberius ſtudio Patris *Gabrielis,* è Capucinorum ſodalitio, converſa. Præmittitur præfatio ſtylo grandiori & ad Orientalium genium ſatis accommodato ſcripta.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-folio.

II.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur Evangelia quatuor Perſicè converſa. Interpretationis illius auctor ignoratur.

III.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur Sancti Lucæ Evangelium in ſectiones diviſum, idque ſervato dierum feſtorum ordine. Quis autem interpretationis illius auctor, definire non ita facilè; nec fortaſſe inquirere abs re foret, è qua potiſſimum lingua hæc Novi Teſtamenti pars in Perſicam converſa ſit. Is enim codex antiquus videtur, quem non immerito ad decimum tertium ſæculum referas.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-octavo.

IV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur Evangelia quatuor anno Hegiræ 1041. exarata. Quis vero interpretationis illius auctor ſit, ignoratur.

THEOLOGIA CHRISTIANA.

In-quarto.

V.

Codex bombycinus, olim Gilberti

Gaulmini, ubi continetur liber inscriptus mereat-ul-kouds, id est, speculum sanctitatis, sive Christi vita. Dividitur in sectiones quatuor, quarum prima de Domini nostri Nativitate primisque vitæ ejus temporibus. Secunda, de illius miraculis & doctrina. Tertia, de morte. Quarta, de Resurrectione & Ascensione, auctore Patre *Hieronymo Xaverio* Societatis Jesu, qui hocce opus Dgelal-uddin Mohammed Akbar, Mogolorum imperatori, cujus jussu scripserat, nuncupavit. Agræ autem, anno Christi 1602. à quodam *Abd-ul-Fettah Sevarin Kassem,* in Persicam linguam conversum est.

VI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur vita & miracula duodecim apostolorum, è Latina lingua in Persicam conversa, auctore Patre *Hieronymo Xaverio* Societatis Jesu, qui hoc suum opus Dgelal-Uddin Mohammed Akbar, Mogolorum imperatori nuncupavit.

VII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Martyrium Habib Bakhor, Antiochiæ ob Christianæ religionis defensionem Apostolorum temporibus interfecti; ubi multa de Christo & Apostolis, fabulis proxima, reperias.

2.° *Mahummedis* monita ad Aly & Fathmah illius uxorem.

3.° Anonymi tractatus Turcica lingua scriptus, de modo quo erga alios quis gerere se debeat.

4.° Anonymi variæ epistolarum formulæ, lingua quoque Turcica scriptæ.

5.° Preces quædam ad usum Mahummedanorum, Arabicè.

6.° Carmina Turcica lingua scripta. Omnium tituli desiderantur.

VIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus cujus titulus talim yseuy, id est, tractatus de doctrina Christiana: idem prorsus cum catechismo qui Cardinalis Richelii nomine prodiit. Hunc è lingua Gallica in Persicam convertit David Armenus.

IX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, tanta incuria scriptus, ut vix legi possit. Ibi de rebus ad religionem Christianam spectantibus disputatur. Desiderantur præfatio & prima sectionis pars.

THEOLOGIA CHRISTIANA.

In-octavo.

X.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur tractatus de lege divina & decem Dei mandatis, auctore Patre *Gabriele,* Capucino. Dividitur opus in capita duodecim, quibus totidem Dei mandata fusè exponuntur.

THEOLOGIA INDICA.

In-folio.

XI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, tanta elegantia exaratus, ut paucos pares habeat. Ibi continetur liber cujus titulus kitab muhaberat, id est, liber ingentium præliorum, quem ex Indica lingua *Fadhl Mubareki* filius in Persicam convertit anno Hegiræ 995. illudque jussu Aboul Feth Dgelal-uddin Mohammed, Indiarum regis. Initio operis, in partes octodecim divisi, quatuor mundi hujus ætates fuisse statuitur; quarum prima, ex auctoris mente, annorum 1728000. secunda 1296000. tertia 804000. quarta 132000. spatio concluditur. Annus autem Hegiræ 995. cadit in quartæ illius ætatis annum 28422. Primæ ætatis homines (pergit idem scriptor) annos 100000. secundæ 10000. tertiæ 1000. vixisse feruntur, quartæ vero ad 100. usque tantum vitam producunt. Tertiæ ætatis fermè dimidio penes potentissimas duas familias, Kervans scilicet & Pendevans, Indiarum imperium fuit, quæ, ineunte quarta ætate, funditus interiere. Utraque enim collecto 2000000. & amplius exercitu, in certamen descenderunt, quod ad octodecimum usque diem protractum est: è victis quatuor tantum homines, è victoribus octo superstites fuere. Hujusce operis auctor de Brachmanarum secta vir doctus nomine *Beiass,* ubi multa de philosophia politica, morali, officiis regum in subditos & subditorum in reges. Quod si interpreti fides, nullus liber majoris apud Indos auctoritatis, qui omnes persuasum habent eo lecto Brachmanem fieri doctiorem, principem invictum, & ei delicta omnia condonari.

THEOLOGIA MAHUMMEDANA.

In-folio.

X I I.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur quatuor Alcorani furatæ, nempe vigesima prima, vigesima secunda, vigesima tertia & vigesima quarta, è lingua Arabica in linguam Persicam de verbo ad verbum conversæ, opera *Ben-Ahmed Esferainy;* adjunctis quibusdam ejusdem scholiis.

X I I I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus inscriptus kimia-essaadeh, id est, chymia felicitatis, auctore *Gazaly*. Dividitur opus in quatuor partes, & pars unaquæque in capita decem, ubi de virtutibus probo Mahummedano peculiaribus, & vitiis quæ singuli vitare tenentur.

X I V.

Codex bombycinus, Constantinopoli anno 1639. in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur tractatus inscriptus kimia-essaadeh, id est, chymia felicitatis, auctore *Gazaly*.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 708.

X V.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur opus inscriptum kimia-essaadeh, id est, chymia felicitatis, auctore *Gazaly*.

X V I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur opus cujus titulus kimia-essaadeh, id est, chymia felicitatis.

X V I I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Chems-Uddini* filii *Kemal* de religionis Mahummedanæ veritate tractatus, cujus titulus hudgdget ul-islam.

2.° *Nedgm-ul Millet Veddin el Nichaboury* tractatus de jurisprudentia.

3.° Opus inscriptum rerum utilium collectio, sive medicinæ compendium, auctore *Yousouf* filio *Mahummedis el Thabib.* Singulis sectionibus adjunctum ab auctore distichon, ubi de morborum causis & illorum remediis.

4.° Anonymi de Alcorani doctrina tractatus Arabicè scriptus.

5.° Collectio decisionum ad religionem Mahummedanam spectantium.

X V I I I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus inscriptus thesaurus subtilitatum, ex Arabica lingua in Persicam à *Nasrallah el Kermany* conversus. Ibi de variis capitibus ad religionem & jus Mahummedanum pertinentibus differitur.

X I X.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inscriptus ebuab uldgenan, id est, portæ paradisi; ubi conciones variæ, quarum auctor *Muhammedes Resi-Uddin*, magni apud Mahummedanos nominis concionator.

X X.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus inscriptum ebuab uldgenan, id est, portæ paradisi, auctore *Muhammede Resi-Uddino*.

X X I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus inscriptum kitab-uzzeria ilamekiarem uchcheria, id est, semen actionum ex præscripto legis laude dignarum, auctore *Ragheb el Esfahani*, cujus librum ex Arabica lingua in Persicam anonymus convertit. Dividitur in partes septem, ubi de homine, illius natura, virtutibus & vitiis. Interpretis nomen ignoratur. Auctor vero anno Hegiræ 391. floruisse dicitur.

THEOLOGIA MAHUMMEDANA.

In-quarto.

X X I I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur libri cujusdam inscripti menakib-ul-arefin, sive laus spiritualitatis. Auctoris nomen ignoratur.

X X I I I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi liber inscriptus bahr-ul fevaid, id est, mare utilitatum, & Atabek

Abou-ſſaid, Perſarum regi, nuncupatus. Dividitur in partes triginta, ubi de religione, bello, juriſprudentia, virtutibus, rebus lege conceſſis aut vetitis, de regibus illorumque officiis.

XXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Tractatus inſcriptus eſtova nameh Emir Gaïiąs-Uddin, ubi de ſumma diligentia in indagandis Mohammedanæ religionis myſteriis adhibenda, ut & de vi & poteſtate quam numeris quibuſdam ineſſe Mohammedani falſo ſibi perſuadent.

2.° Dialogus Alexandrum inter & ſenem, qui ipſum docet qua in regione conquirendus fons ille, cujus aquis immortalitas comparari poſſe credebatur. Dialogus autem ille metricè ſcriptus eſt.

3.° Lexicon ubi explicantur voces quæ in opere quodam inſcripto dgauidan kebir reperiuntur: opus autem veteri Perſarum lingua conſcriptum erat, vocatur pehleuy, priſcorumque heroum temporibus, Houſchenk nempe, Ruſtan, Afraſſiab, in uſu fuiſſe dicitur.

XXV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus de Mahummedis ſupra cæteros prophetas præſtantia, ex Arabica lingua in Perſicam ab *Abou Abdullah Meſſ-Oud Ali* filio, anno Hegiræ 608. converſus.

XXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi tractatus inſcriptus riſſalet ul-nubouveh, ſive de Mohammedis prophetia. Tres ſunt hujuſce tractatus partes, quarum prima inquirit in Mohammedicæ prophetiæ naturam; in ſecunda, Mohammedem cæteris omnibus prophetis præſtare defenditur; in tertia, contendit auctor anonymus prophetiam nullam Mohammedica aut magis veram, aut magis perſpicuam hactenus extitiſſe.

XXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur tractatus inſcriptus ilm ilahieh, quo de Dei magnitudine, de Aly ſupra cæteros præſtantia, & illuſtriſſimorum illius ſectæ virorum inſigni pietate & virtutibus diſſeritur. Deſideratur auctoris nomen.

XXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Mohammedis el Dgebely* de ſectarum duarum, Jaberiæ ſcilicet & Kaderiæ, differentia, illarumque examine tractatus. Opus ab auctore ſexdecim annos nato conſcriptum, idque anno Hegiræ 931.

2.° Tractatus ad geometriam & aſtronomiam pertinens, auctore *Aly Kouſchgi*.

XXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur tractatus inſcriptus umdet-ul-iſlam, id eſt, fulcrum veræ religionis. In eo autem opere de præcipuis Mahummedanæ ſuperſtitionis capitibus ſummatim diſſeritur: auctore *Abdul-Aziz*, qui è ſcriptoribus ſeptuaginta & amplius hoc ſuum opus collegiſſe ſe teſtatur.

XXX.

Codex chartaceus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur tractatus inſcriptus kitab vadgibat dharourieh, id eſt, liber neceſſariarum notarum, quo per ſe rerum, ſive religionis Mahummedanæ juxta Perſarum doctrinam compendium. Adjuncta eſt interpretatio Latina. Auctoris ut & interpretis nomina ignorantur.

XXXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur de præcipuis religionis Mahummedanæ fundamentis tractatus. Deſiderantur titulus & præfatio, proindeque auctoris nomen.

XXXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam anno 1675. illatus. Ibi continentur:

1.° Tractatus de præcipuis religionis Mahummedanæ capitibus, idque catechiſmi ad inſtar, in quæſtiones & reſponſiones diviſus, auctore *Abd-Ullah Aldgiezdy*, à quo opus illud anno Hegiræ 850. conſcriptum dicitur.

2.° Orationum & precum Arabicarum collectio, adjuncto quodam quaſi commentario, Perſicè, ubi illarum virtus & tempus quo potiſſimum recitandæ ſunt, exponitur.

XXXIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli in Bibliothecam

Bibliothecam Colbertinam Joannis Francisci la Croix opera illatus. Ibi continetur tractatus inscriptus kitah wagebat, id est, liber officiorum, seu præceptorum legis Mahummedanæ compendiaria expositio, præsertim vero eorum quæ ad orationem, jejunium, eleemosynam, Meccanam peregrinationem & bellum adversus infideles spectant: illudque juxta Chiaiorum, vel sectæ Persicæ placita, auctore *Dïa-uddino Giorgianita.*

XXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur theses quædam theologicæ, ex alio quodam opere excerptæ.

XXXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur tractatus inscriptus ain-ul-kouda, id est, oculus judicum, & variæ ad amicum epistolæ, ubi de præcipuis religionis Mahummedanæ capitibus disputatur, auctore *Aboul Mealy* filio *Mohammedis.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 894. illudque in gratiam Aly Pacha oppidi Tauris præfecti.

XXXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus inscriptus ain ul koudha, id est, oculus judicum: verum id de quo nunc, est alterius supra laudati compendium. Desiderantur folia quædam.

XXXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus cujus titulus, herbæ hortorum suaveolentes; scriptus ab *Aboul Hassan,* anno Hegiræ 971. Dividitur opus in capita tredecim, quibus de theologia Mahummedana differitur.

XXXVIII.

Codex bombycinus, forma oblonga, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus mysticum, in quo multis de amore divino differitur, auctore *Gazaly.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 772.

XXXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, inscriptus hacai al toubes. Dividitur in duas partes, quarum priore de pœnitentia agenda, illiusque necessitate, disputatur. Secundæ partis titulus resalat al emarieh, ubi de præcipuis legis Mohammedanæ præceptis.

XL.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi tractatus inscriptus menafi eschïa ketab kimia esseadeh, id est, virtutes rerum quæ in libro kimia saadet explicantur. Dividitur opus in plures sectiones, ubi de Alcorano, Mohammedis miraculis, paradiso, inferis, eleemosyna, obedientia, prophetis & oratione. Ibi quoque nonnulla de Meccæ, Medinæ & Hierosolymorum peregrinatione. Auctoris nomen desideratur, ut & præfatio.

XLI.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus inscriptus nushet ul erouah, id est, causa lætitiæ animorum. In eo autem opere de rebus ad Mahummedanam pietatem spectantibus differitur, auctore *Emir Hussein,* à quo editus hicce tractatus anno Hegiræ 804.

XLII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum zakhiret-ul-mulouk, id est, promptuarium regum. Dividitur in capita decem, quorum primo de fide, Dei mandatis, & iis quæ purioris vitæ studiosis servanda sunt; differitur in secundo, de virtutibus; in tertio, de optimis moribus & principum indole; in quarto, de conjugum erga liberos & servos officiis; in quinto, de ratione administrandi imperii; in sexto, de regum officiis; in septimo, de legum natura; in octavo, de gratiis Deo agendis; in nono, de patientia; in decimo, de superbia, ira & humilitate. Auctoris nomen in nostro codice desideratur.

THEOLOGIA MAHUMMEDANA.

In-octavo.

XLIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Tractatus de præcipuis fidei Mahummedanæ capitibus & præceptis juxta sectam Persicam, idque catechismi ad instar, in quæstiones & responsiones divisus, auctore *Abou-Nassr* filio *Mahummedis el Gazneuy.*

2.° Liber inscriptus lubb-ut-thevarikh, sive

historiarum medulla, compendium historiæ Orientalis brevissimum complectens.

XLIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus de oratione, auctore *Hussein Elkiachefy*, cognomine *Elvaez*, celeberrimo apud Persas Alcorani interprete.

Is codex anno Hegiræ 899. exaratus est, illudque summa elegantia.

XLV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus inscriptus menhadg-ul-abidin, id est, methodus adoratorum, vel fidelium. In eo autem opere differitur de rebus ad Mahummedanam pietatem spectantibus. Auctor Imam *Aby Ahmed Muhammedes*, qui anno Hegiræ 505. supremum diem obiit.

XLVI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum nuzhet-ul-ervah, id est, deliciæ cordium, ubi de rebus ad vitam puriorem juxta Mahummedanorum placita spectantibus, differitur.

2.° Variorum scriptorum fragmenta, sed minus digna quæ legantur.

XLVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Joannis Francisci la Croix opera illatus, anno 1675. Ibi continetur opus inscriptum zakhiret-ul-mulouk, id est, regum promptuarium. In eo autem opere, cujus auctor ignoratur, de rebus ad religionem, leges & politicam pertinentibus, sermo fit.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 873.

XLVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi tractatus inscriptus kitab-ul-insan, sive de quatuor hominum finibus. Dividitur in capita quatuor, quorum primo de iis quæ in memoriam revocata, hominem felicem præstare possunt; disputatur in secundo, de extremo judicio; in tertio, de inferis; in quarto, de æterna beatitudine. Auctoris nomen in nostro hoc codice desideratur.

XLIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus inscriptus cherh lemaat, id est, commentarius in lemaat; opus mysticum, cujus auctor *Cheik Fakhr-Eddin Ibrahim* filius *Chehriar el Yraky*.

L.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur preces quædam ad usum Mahummedanorum, adjunctis variis virtutibus quas gens malè credula, vel ad procuranda bona, vel avertenda mala illis precibus tribuere solet.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In-folio.

LI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur historia Prophetarum, ab initio rerum ad Mahummedem usque, præmissa creationis mundi historia, juxta fabulas quæ in Alcorano & traditionum libris occurrunt. Eodem modo describuntur historiæ Adami, Evæ, Abelis, Cain, Noe, Abrahami, Isaaci, Jacobi, Josephi, Jobi, Mosis, Aaronis, Josue, Prophetarum, Salomonis, beatæ Virginis, Jesu Christi, duodecim Apostolorum. Sequuntur historiæ Mehedii quem Persæ quasi Messiam expectant, & Georgiæ. Auctor *Abou-Hassan Kessäi*, qui anno Hegiræ 185. obiit, Arabicè scripsit; postea in Persicam linguam convertit *Muhammedes* filius *Hassan*, atque hanc illius interpretationem ibi habemus.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 773.

LII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi historia Prophetarum ab Adamo ad Mahummedem usque. Ibi præterea de Chalifarum quorumdam rebus gestis.

LIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum kissas ul enbïa, id est, historia Prophetarum, illudque à mundi creatione ad Mahummedem usque. Ibi præterea de regibus qui Persici imperii fundamenta jecerunt. Auctore *Ahmede* filio *Mahummedis*, filii *Mansour*, cognomine *Arsahy*.

LIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus,

quo continetur opus inſcriptum kiſſas ul enbïa, id eſt, hiſtoria Prophetarum à creatione mundi ad Muhammedem uſque. Ibi præterea primorum pſeudoprophetæ ſucceſſorum res geſtæ reperiuntur. Auctor *Iſhak* filius *Ibrahimi*, cognomine *Nichaboury*.

Is codex anno Hegiræ 989. exaratus eſt.

L V.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur operis quod inſcribitur kitab raoudhat-uſſafa, id eſt, hortus deliciarum, volumen primum, ubi de Dgiano & geniis ante Adamum terræ incolis, de Adami creatione, Patriarchis & Prophetis, de Perſarum regibus ad Iſdegardem uſque, quo imperante Perſæ in Mahummedanorum poteſtatem venerunt, auctore *Mohammede Khavend Chah*, vulgo *Mirkondo*.

Is codex anno Chriſti 1617. exaratus eſt.

L V I.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur operis quod inſcribitur kitab raoudhat-uſſafa, id eſt, hortus deliciarum, pars ſecunda, ubi de rebus geſtis Mahummedis, illiuſque ſucceſſorum Aboubekr, Omaris, Oſmani & Aly. Auctor *Mirkondus*.

L V I I.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur operis quod inſcribitur kitab raoudhat-uſſafa, id eſt, hortus deliciarum, volumen ſecundum, auctore *Mirkondo*. Deſideratur fermè quarta pars.

L V I I I.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur hiſtoriæ univerſalis à *Mirkondo* ſcriptæ volumen ſextum, ubi de Tamerlanis & poſterorum rebus geſtis, ad Abouſaid uſque Mohammedis filium & Tamerlanis nepotem, regionis trans Oxum ſitæ, ſive Turqueſtani imperatorem.

L I X.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur operis inſcripti kitab raoudhat-uſſafa, id eſt, hortus deliciarum, pars ſexta, ubi de Tamerlanis rebus geſtis, auctore *Mirkondo*.

L X.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii. Ibi continetur operis quod inſcribitur raoudhat-uſſafa, id eſt, hortus deliciarum, pars ſexta, ubi de Tamerlani rebus geſtis, auctore *Mirkondo*.

L X I.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur hiſtoria Saracenica generalis. Dividitur in partes quatuor, quarum prima de quatuor veterum Perſiæ regum dynaſtiis, à Kaiumerath primo illorum rege, ad Alexandrum magnum. Secunda, de regibus Perſarum Coſroidis & aliis ad Iſdegardem. Tertia, de Chaliſis à Muhammede ad Moſtaſſemum Abbaſſidarum ultimum, ab Holagu Tartarorum duce interemptum. Quarta, in ſectiones ſeptem iterum tribuitur. Illarum prima de Saffariis Sultanis qui Khoraſſanam obtinuerunt. Secunda, de Samanidis. Tertia, de Gaſnevidis. Quarta, de Bouiadis, ſive Doilemitis qui totam fermè Aſiam occuparunt. Quinta, de Selgiukidis, à quibus profligati Bouiadæ. Sexta, Khouarezmitis qui in Tranſoxiana & aliis regionibus imperarunt. Septima, de Tartaris & Ginghiskhani rebus geſtis. Auctore *Nikbi* filio *Maſſoud*. Præfationis pars major deſideratur.

L X I I.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur anonymi opus inſcriptum madgmel-ut-tevarikh, id eſt, annalium compendium. Dividitur in partes viginti quinque, quarum prima de contradictionibus quæ in monumentis hiſtoricis occurrunt. Secunda, de Patriarcharum & Prophetarum chronologia. Tertia, de chronologia veterum Perſiæ regum. Quarta, de quorumdam imperatorum Romanorum philoſophorumque ætate. Quinta, de temporibus veterum Arabiæ regum, qui ante Mahummedem imperarunt. Sexta, de Chaliſis, quot annos ſinguli regnarunt. Septima, de Samanidarum, Bouiadarum, Gaſnevidarum & Selgiukidarum dynaſtiis. Octava, de Kaiumerath primo orbis rege. Nona, de quatuor primis Perſiæ regum dynaſtiis. Decima, de Prophetis, Patriarchis, Philoſophis & viris fortitudine claris, qui ſub illis quatuor dynaſtiis floruerunt. Undecima, de Turco Japheti filio ejuſque poſteris. Duodecima, de veterum Indiæ regum origine & genealogia. Decima tertia, de Ptolemæis Alexandri ſucceſſoribus. Decima quarta, de imperatoribus Romanis. Decima quinta, de Coptorum æra & antiquis Ægyptiis. Decima ſexta, de Judæorum epochis,

illorumque regibus & doctoribus. Decima septima, de veteribus Arabiæ regibus. Decima octava, de Patriarchis & Prophetis ad sanctum usque Georgium, quem Prophetas inter numerant Mahummedani. Decima nona, de Mahummedis ortu, rebus gestis, Chalifisque illius successoribus. Vigesima, de variis dynastiis, quæ imperantibus Chalifis, initium cœpere. Vigesima prima, de diversis Prophetarum, Chalifarum, aliorumque Mahummedanorum principum titulis & cognominibus. Vigesima secunda, de Chalifarum, veterumque regum sepulcris. Vigesima tertia, de præcipuis orbis fluviis, montibus & oppidis. Vigesima quarta, de urbibus quæ post Mahummedis mortem in variis regionibus extructæ sunt, & quo tempore. Desideratur pars vigesima quinta.

LXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur annales *Tabary*, à *Mohammede ben Giovair* primum Arabica lingua conscripti, ab anonymo deinde in Persicam conversi. Ii autem annales historiam universalem complectuntur, à creatione mundi ad annum usque Hegiræ 300. quo Bagdadi imperabat Moctader Billah. Codicis initio, ut & sub finem, nonnulla desiderantur.

LXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber inscriptus lubbut-tevarikh, id est, medulla historiarum. Dividitur in sectiones quatuor, quarum prima sermo fit de Mohammede & illius genere; in secunda, de regibus Persicis, à jactis hujusce imperii fundamentis, ad Mohammedem usque; in tertia, de iisdem regibus à Mohammede ad Ismaelem Sophi; in quarta, res gestæ Chah Tamas Ismaelis filii. Auctore *Yahïa ben Abdullatif el Kazuiny*. Is codex anno Hegiræ 892. exaratus est.

LXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus inscriptum niguiaristam, ubi de variis rebus quæ magis memoratu dignæ contigerunt sub singulis viginti trium dynastiarum pricipibus, qui ab anno Hegiræ primo ad annum usque 920. imperarunt, auctore *Ahmed Mahummedis* filio, cognomine *Abdulgaffar el Kazuini*.

LXVI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur pars historiæ Sultani Mahmoud Sebukteguin, qui inchoatum à patre Nasreddino Gasnevidarum imperium, rebus fortiter gestis stabilivit. Is autem anno Hegiræ 412. imperare cœpit. Multa ibi ad Sammanidarum & Bouiadarum dynastias spectantia reperiuntur. Opus de quo nunc, ab Ateby, superstite adhuc Sultano Mahmoud, primum Arabica lingua scriptum, in Persicam anno Hegiræ 582. conversum est studio *Aboul Cheref Nassih*, filio *Zafer Elmonchy*.

LXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber cujus titulus genealogiæ illustres, ubi de regum Mogolensium & Tartarorum qui in variis Asiæ regionibus imperarunt, genealogiis. Auctore anonymo, qui hoc suum opus Sultano Schahvokh Tamerlani successori nuncupavit. Ab alio deinde additæ eorumdem principum genealogiæ ad Bedy-Uzzeman Tamerlani abnepotem, Khorasanique regem, qui victus à Chaibek Persarum rege, Constantinopoli supremum diem obiit anno Hegiræ 823.

LXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber inscriptus giamyut-tevarikh, id est, historiarum collectio, in quo de Gingischani, majorum illius & posterorum rebus gestis. In eo opere præterea reperitur descriptio historica & geographica regionum Tartarorum imperio obnoxiarum, Turcarum Orientalium, Cathaiorum, Sinensium, Indorum, Judæorum, incolarumque Europæ. Auctor *Fadhallah Rechid-uddin*, cognomine *Etthabib*, Visirus Algiaptou, qui anno Hegiræ 702. huic suo operi ultimam manum imposuit, ut ipse testatur in præfatione. Capitum tituli desiderantur.

LXIX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur historia Gingischani, illius successorum Octaikan, Gaiakkan, Mangukan. Ibi præterea narrantur res gestæ Holagu, qui Chalifarum Abbassidarum imperio finem imposuit. Auctore *Alaeddino Atamelik* filio *Beha-uddini Eldgiuveiny*, qui annales suos deduxit ad annum

Hegiræ 655. Obiit anno Hegiræ 683. Operi autem præmittitur præfatio, ubi de Tartarorum moribus, disciplina militari, & venatibus, quibus, pace stabilita, se suosque exercent hujusce gentis imperatores.

LXX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur Tamerlani historia, anno Hegiræ 828. scripta jussu Mirza Ibrahim Scharokh filii Persarum regis, auctore *Cherefuddino Aly Yezdy,* viro suæ ætatis eloquentissimo. Quod illius opus studio *Petis de la Croix* Gallicè publicam lucem respexit.

LXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur rerum à Tamerlano gestarum historia, auctore *Cherefuddino Yezdy.*

Is codex anno Hegiræ 849. exaratus est.

LXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur rerum à Tamerlano gestarum historia, auctore *Cherefuddino Yezdy.*

LXXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur tractatus de conscribendarum epistolarum ratione, divisus in partes tres, ubi multa occurrunt ad historiam temporum quibus vixit auctor, spectantia. Illius nomen *Hussein bin Aly el Kiachefy,* qui hoc suum opus Aly Schio, viro docto, & magnæ in aula Hussein Mirzæ Tamerlani nepotis auctoritatis, nuncupavit anno Hegiræ 907.

LXXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, duobus constans voluminibus. Ibi continetur regum, qui vulgo *Grands Mogols* appellantur, historia, à jactis primis dynastiæ illius fundamentis, ad annum usque Christi 1725. quo temporis spatio decem imperatores Indiarum potiti sunt. Hujusce operis auctor *Mohammed Hady,* cognomine *Kiafouo Khan,* qui leges & instituta imperii Mogolorum, immensas opes, aulæ splendorem, res gestas, bella intestina summa diligentia & industria litterarum monumentis consignavit. Neque omittendum est ab auctore quædam præmitti de Gingiskan & Tamerlano, cujus abnepos Babur è regionibus trans Oxum sitis ejectus à Schaibek Tartarorum, Usbeks dictorum, Sultano, in Indias se recepit, Mogolorumque imperii conditor ibi fuit.

LXXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inscriptus dgeuam-ul-hikiahiat, ve leuam-ur revaïat, id est, collectio historiarum, auctore *Dgmal-uddin Mohammed,* qui hoc suum opus nuncupavit Nizam ul Mulk Mohammed Abousaad Viziro Sultani Yletmiche: Schemsuddinsi autem Delli, in Indiis anno Hegiræ 1228. imperabat. Dividitur in quatuor partes, quarum primæ & secundæ capita quædam ibi comparent.

LXXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur historiæ Othomannicæ pars septima & octava, ubi de rebus gestis Mahummedis secundi & Bajazetis Sultanorum.

LXXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur historiæ Othomannicæ pars octava, ubi de Bajazete, qui Janissariorum factione è solio deturbatus est anno Hegiræ 918. suffecto in illius locum Selimo ejus nominis primo. Auctore *Idris Hussamuddin.*

LXXVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur historiæ Othomannicæ volumen octavum, ubi de Bajazetis rebus gestis.

LXXIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inscriptus raoudhat-uchchoheda, id est, hortus martyrum, ab illius auctore *Houssein Kiachefi* nuncupatus Abdullah Mirzæ Tamerlani nepoti, anno Hegiræ 850. Dividitur opus in decem capita, quorum primum de variis calamitatibus in quas inciderunt Patriarchæ. Secundum, de Mahummedis fuga, qui à Coraichitis Mecca expulsus, in prælio Bedr appellato Hasam avunculum amisit. Tertium, de pseudoprophetæ morte, & iis quæ tum contigerunt. Quartum, de Fatimæ Mahummedis filiæ

& Aly uxoris interitu. Quintum, de Aly cæde, qui, immissis percussoribus, per proditionem Coussæ in moschea inter orandum interemtus est. Sextum, de Hassani Mahummedis ex Aly nepotis nece, qui uxoris dolo veneno absumtus est. Septimum, de virtutibus Hossein Aly filii. Octavum, de Selemo filio Okail, & ejus liberis, qui ob nimium in Hosseinum studium interfecti sunt. Nonum, de Hosseino qui post prælium ad Kerbalam commissum, unà cum sexaginta sex aut liberis aut affinibus trucidatus est. Decimum, de tormentis quibus, interemto Hosseino, illius sectatores objecti sunt.

LXXX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber inscriptus raoudhat uchchoheda, id est, hortus martyrum.

LXXXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam Colbertinam illatus, quo continetur liber inscriptus kissa Yousouf, id est, historia Josephi, auctore anonymo, cujus opus dividitur in duas partes, ubi complures sententiæ, nec pauciora præcepta ad mores pertinentia. Præfatio & capita fermè duodecim desiderantur.

LXXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus cheref-un-neby, id est, Prophetarum nobilitas, ubi de Mahummedis, illiusque familiæ præstantia, quæ astruitur ex iis, quæ illo nascente, contigerunt, è vita, rebus gestis & morte: auctore Imam *Abousaad Abdulmelik*. Quod opus Arabicè scriptum est, deinde studio *Nedgmuddini Mahmoud Ibn Aly*, ex Arabica lingua in Persicam conversum est, atque hanc illius interpretationem exhibet noster hic codex.

LXXXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inscriptus nefakhat ul uns men hadherat ul kouds, id est, de spiritualitate. Ibi de rebus gestis virorum & fœminarum vitæ egregia sanctitate apud Mahummedanos illustrium, auctore *Eldgiamy*, qui hoc suum ad umbilicum perduxit anno Hegiræ 883.

LXXXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi opus inscriptum menakib, ubi de vitis decem virorum qui sanctitatis laude in provincia Khorassan floruerunt.

LXXXV.

Rotulus membranaceus, Patriarcharum & veterum Persiæ regum genealogiam complectens.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In-quarto.

LXXXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur anonymi opus cujus titulus kissas ul anbïa, id est, historia Prophetarum ab Adamo ad Mohammedem usque, cujus res gestæ ab auctore potissimum memorantur.

LXXXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi historia Prophetarum ab Adamo ad Mahummedem usque.

LXXXVIII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Opus inscriptum kissas ul anbïa, id est, historia Patriarcharum & Prophetarum ab Adamo ad Mahummedem usque, ab illis omnino diversa, quarum hactenus mentio facta est. Auctoris nomen ignoratur.

2.° Anonymi historia quatuor primorum Mahummedis successorum, Aboubekri scilicet, Omari, Osmani & Aly.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 736.

LXXXIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inscriptus margarita congregationum, auctore *Seid Zafer Benhary*. Dividitur opus in capita triginta quatuor, ubi multa de Adamo, Abrahamo, Mose, Salomone, Christo, Mahummede & quibusdam Mahummedanis regibus.

XC.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur historiæ universalis compendium

ab auctore *Chukrallah* filio *Chehab-uddini*, Mahummedi Sultano, ejus nominis secundo, inscriptum. Dividitur in sectiones tredecim, quarum prima de mundi creatione, de variis gentibus quæ terram incolunt, & de singulis partibus quibus corpus humanum constat. Secunda, de Prophetis quorum mentio fit in Alcorano. Tertia, de Mahummedis genere. Quarta, de ejusdem ortu, missione, bellis, primis illius comitibus, & variis armorum generibus quibus tum usi sunt. Quinta, de Mahummedis uxoribus & liberis. Sexta, de quatuor primis ejus successoribus. Septima, de Mahummedanæ sectæ doctoribus. Octava, de quatuor præcipuis pontificibus qui legem Mahummedanam sunt interpretati. Nona, de præstantioribus Mahummedanorum doctoribus. Decima, de Philosophis qui in Græcia & aliis regionibus floruerunt. Undecima, de quatuor Persiæ regum dynastiis. Duodecima, de Chalifis. Decima tertia, de Othomannis.

X C I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inscriptus behdget ut tevarikh, id est, excellentia historiarum. Ibi occurrit historiæ universalis compendium, de quo jam antea. Auctor *Chukrallah* filius *Chehab-uddini*, qui hoc suum opus Mahummedi secundo nuncupavit.

X C I I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam Petis de la Croix opera illatus. Ibi continentur:

1.° Liber cujus titulus nizam ut tevarikh, id est, annalium series, auctore *Beidavy*. Dividitur opus in partes quatuor, quarum prima de antiquis Patriarchis & Prophetis. Secunda, de quatuor veterum Persidos regum dynastiis. Tertia, de Chalifis. Quarta, de variis dynastiis quæ Abbassidarum temporibus ortum habuerunt.

2.° Anonymi tractatus de variis religionis Mahummedanæ capitibus, juxta Persarum doctrinam.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1049.

X C I I I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam Petis de la Croix opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus lubb-ut-tevarikh, id est, medulla historiarum, à creatione mundi ad annum usque Hegiræ circiter 941. deducta. Auctore *Yahia* filio *Abdullatif*, cognomine *Elkazuini*. Dividitur in quatuor partes, quarum prima de Mahummede & duodecim Imanibus qui ei succedere debebant. Secunda, de quatuor antiquorum Persiæ regum dynastiis. Tertia, de iis qui, Mahummede mortuo, imperium usurparunt, Aboubekro nempe, Omaro, Osmano, Ommiadibus & Abbassidis. Sequuntur dynastiæ Thabaritarum, Soffaridarum, Sammanidarum, Gasnevidarum, Ganridarum, Bouiadarum, Selgiukidarum, Khouasresmiorum, Atabekorum, Ismaelitarum, Gingiscanidarum, Timouvidarum, quorum auctor Tamerlanus & Turcomanorum. Quarta, de regum dynastia qui hodie in Persia rerum potiuntur.

Is codex in urbe Hispahan anno Hegiræ 1071. exaratus est.

X C I V.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur opus inscriptum lubb-ut-tevarikh, id est, medulla historiarum. Ibi tantum de Mohammede, duodecim Imanibus, & antiquissimis regibus Persiæ. Auctoris nomen non occurrit.

X C V.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Historia dynastiarum quatuor penes quas imperium Persarum fuit, Pischadiensium nempe, Cajadinarum, Asehganiensium & Sassanidarum. Iis autem nominibus veniunt apud Orientales, Assyriæ, Babilonis, Medorum & Persarum reges Græcis cogniti. Auctore *Cheref Ulmillet Veddin Abdullah*, qui hoc suum opus Atabek Nassr-Eddin Ahmed filio Yousouf Schah Laristan regi inscripsit, deduxitque ad Chosroem Justiniano imperatori æqualem.

2.° Anonymus, de scribendarum epistolarum ratione.

X C V I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi liber inscriptus chevahid-un-nubouveh, id est, Mahummedis vita. Dividitur in septem partes, ubi de pseudoprophetæ ortu, rebus gestis, miraculis & illis quæ post ipsius mortem memoratu magis digna contigerunt.

X C V I I.

Codex bombycinus, olim Gilberti

Gaulmini, picturis ornatus, illisque non inelegantibus. Ibi continetur operis quod inscribitur kitab futouh, id est, liber victoriarum, volumen primum, ubi de victoriis quas Mahummedani reportarunt, regionibusque in illorum potestatem redactis, imperantibus Aboubekro, Omaro & Othomanno. Auctore *Ahmede* filio *Assem*, cognomine *Elkoufy*. Is autem Arabicè scripsit, & ex Arabica lingua in Persicam convertit anno Hegiræ 596. *Mohammedes Ahmedis*, filius *Elkiatib*, quam illius interpretationem exhibet noster hic codex, anno Hegiræ 1030. exaratus.

XCVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, picturis ornatus, illisque non inelegantibus. Ibi continetur operis quod inscribitur kitab futouh, id est, liber victoriarum, volumen alterum, ex Arabica lingua in Persicam à *Muhammede Ahmedis* filio conversum, ubi de rebus Mahummedanorum gestis sub Aly pseudoprophetæ generi Chalifatu.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1030.

XCIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi opus inscriptum rerum mirandarum thesaurus & margarita, ubi de præcipuorum Mahummedis sociorum & successorum, item de Meccæ incolarum prærogativis.

C.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Joannis Francisci la Croix opera illatus anno 1675. Ibi continetur operis inscripti menakib-ularifin, volumen primum, quo de rebus ad Persiæ & Natoliæ historiam spectantibus differitur.

C I.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur florilegium historicum in varias sectiones divisum, in quo de rebus gestis, virtutibus & fide principum Turcomannorum è familia ak Koyonlu, id est, ovis albæ. Auctore *Fadhl-Allah* filio *Rouz Behan*, ex urbe Hispahan, qui hoc suum opus Jacoub secundo è filiis Hassan Beg, cognomine Ouzoun Hassan, Persarum regis, nuncupavit.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 952.

C I I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus in septem divisum partes, quarum prima de vita & rebus gestis Ismaelis Sophy, qui anno Hegiræ 930. diem supremum obiit, & de compluribus principibus qui, eo imperante, vixerunt. Secunda, de Cherifis, sive Mahummedis posteris, qui doctrinæ laude floruerunt. Tertia, de viris poëtica facultate insignibus. Pars quarta & quinta desiderantur. Sexta vero & septima, de Poëtis Turcicis, aliisque ex eadem gente, qui acutè & præclarè dictis famam adepti sunt, auctore quodam *Husseing*.

C I I I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur collectio epistolarum quas *Aboulfeth Gelaleddin Mohammed* Indiarum anno Hegiræ 995. imperator, ad Tartariæ, Persiæ & Khorassani reges, provinciarumque præfectos scripsit. Epistolas illas collegit Abou-Fadhl Mobarek Gelaleddini primus Vizirus.

C I V.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur operis quod inscribitur raoudhat-ussafa, id est, hortus deliciarum, volumen quintum, ubi de Ginghiscani & Oktaikan tertii illius filii, & in imperio successoris, rebus gestis.

Is codex Josephi Lazari Alepensis manu è manuscripto Herbelotiano exaratus est.

C V.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii. Ibi continetur opus inscriptum raoudhat ul gennat fi vasf medinet Herat, id est, hortus paradisi in descriptione urbis Herat, sive eorum historia quæ aut secunda, aut adversa oppidi illius incolis variis temporibus, Genguiskhany præsertim, à quo expugnata urbs Herat & funditus deleta, evenerunt. Auctore *Mohieddino al Ramahi*, qui suum hoc opus Hussein Mirzæ Khorassani, è Tamerlani prosapia, nuncupavit.

C V I.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur historiæ Tartaricæ volumen secundum, complectens Tamerlani posterorum res gestas, ab anno Christi 1405. primo regni Chahrokh Myrsæ, ad annum 1471. quo Myrsa Hossein imperium recuperavit,

recuperavit, victo & occiso Yadigaro. Auctore *Abdul Rezzak,* filio *Isaaci,* Samarcandæo.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 900.

CVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Rerum in Indiis à Sultano Babur Tamerlanis abnepote, qui Mogolorum imperii fundamenta jecit, gestarum historia. Initio codicis folia non pauca, ut & nomen auctoris, desiderantur, quem tamen in Baburis principis aula vixisse constat.

2.° Ejusdem descriptio Indiarum, ubi de hujusce gentis moribus, institutis, divitiis, ponderibus, mensuris & chifris differitur. Præterea de plantis, arboribus, fructibus, animalibus & avibus quæ in iis regionibus nascuntur.

3.° Itineris cujusdam à Babure in varias Indiarum partes suscepti narratio, ubi multa de rhinocerotio & elephanti venatu.

4.° Doctorum & aliorum insignium virorum epistolæ variæ.

CVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam Joannis Francisci la Croix filii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum niguiaristan, sive liber stromatum, historiarum flores, exempla & monita sub diversis capitibus complectens. In eo opere nonnulla ad geographiam pertinentia reperias.

CIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inscriptus de optimis moribus, ubi multa de regum clarorumque virorum rebus gestis. In nostro hoc codice auctoris nomen non comparet.

CX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus inscriptum raoudhat uchchoheda, id est, hortus martyrum. Desiderantur, præter præfationem, folia nonnulla.

CXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Joannis Francisci la Croix opera illlatus anno 1675. Ibi continetur opus inscriptum hadikat-ussueda, id est, hortus felicitatis, sive historia Aly, Hassan & Hussein, Aly filiorum, quos Persæ veros Chalifas, legitimosque Mahummedis hæredes fuisse contendunt. Auctoris nomen ignotum.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 998.

CXII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum nefahat ul uns min hadherat ul kouds, sive historia virorum quorumdam qui eximia sanctitatis laude apud Mahummedanos floruerunt. Auctore *Abdulrahman Ahmedis* filio, cognomine *Dgiamy.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 883.

CXIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur virorum septuaginta qui vitæ sanctitate apud Mahummedanos floruerunt, historia, auctore anonymo.

CXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi liber inscriptus menakib, ubi de vita & miraculis virorum decem Mahummedanorum, qui sanctitate maximam in regno Khorassan famam consecuti sunt. Huic operi manus ultima ab auctore imposita est anno Hegiræ 716.

CXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus fedhail Belkh, id est, urbis Belkh dignitas & præstantia. Dividitur in partes tres, quarum prima & secunda de hujusce oppidi antiquitate, magnitudine, ædificiis, territorio & incolarum indole; tertia, de doctoribus pietate insignibus qui ibi nati sunt. Opus de quo nunc, Arabicè primùm scriptum à Cheikh ul Islam, in linguam Persicam anonymi cujusdam opera anno Hegiræ 676. conversum est. Præfationis pars & folia nonnulla sub codicis finem desiderantur.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In-octavo.

CXVI.

Codex bombycinus, quo continetur geographiæ compendium per septem climata divisum, fabulis & insulsis compluribus è Mahummedanorum traditione narrationibus interjectis: accedit præmium ridiculum de Alexandri ad Platonem legatione, qui

Aristotelem è suis discipulis præstantissimum ad Alexandrum misit, ut Viziratus officio apud ipsum fungeretur. Auctoris nomen ignoratur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1071.

CXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum nizam ut tevarikh, id est, series annalium. Auctor à mundi creatione ad eversum ab Holacou Ginghiscani filio, Chalifarum imperium, historiam perduxit.

CXVIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur operis quod inscribitur rahoudhat uchchoheda, id est, hortus martyrum, epitome, quæ ab Aly, Fatimæ, Husseini & aliorum sectæ Persicæ sanctorum laudibus orditur, auctore *Hussein Kiachefy,* qui hoc suum opus Abdullæ Mirzæ, Tamerlanis abnepoti nuncupavit.

CXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur historia virorum nonnullorum qui eximia sanctitatis laude apud Mahummedanos floruerunt. Codicis initio folia quædam, ut & nomen auctoris, desiderantur.

CXX.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur tractatus de urbis Meccæ dignitate & præstantia, ex Arabica lingua in Persicam à *Cheikh Hassan,* cognomine *el Basry,* conversus. Hujusce operis initio legitur poëma, triginta quatuor dysthichis constans, in oppidi illius laudem.

PHILOSOPHI.

In-folio.

CXXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus ad philosophiam pertinens, ubi de logica & morali: auctore anonymo, qui hoc suum opus Kaikaous Yzz-Eddin filio Kaikhous Rou dynastiæ Selgiukidarum octavo Sultano inscripsit, anno Hegiræ 655.

CXXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus inscriptus medgma ul bahrein, id est, duorum marium conjunctio. Per duo autem illa maria intelliguntur ratio & sensus, ut ait auctor, qui comparatione mundum inter & hominem instituta, argumentum illud mysticè & philosophicè pertractat. Ejus autem nomen *Chemsulmilletveddin Ibrahim el Mohteseb Baberkavah,* à quo opus illud absolutum dicitur anno Hegiræ 718.

CXXIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur excerpta historica è Tabaritæ aliorumque scriptis. Illorum pars major ad regimen politicum, & morum doctrinam pertinet. Titulus operis & initio folia quædam, proinde nomen auctoris desiderantur.

CXXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur opus cujus titulus akhlak-ulmohsenin, id est, tractatus de optimis moribus, in capita quadraginta divisus, in quibus complura occurrunt è veterum annalibus petita exempla, ad mores instituendos accommodata. Auctore *Mula Hussein ben Aly el Kiachefy,* qui hoc suum opus in gratiam Hassani, Husseini Khorassani regis & Tamerlanis nepotis, anno Hegiræ 900. conscripsit.

CXXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus inscriptus akhlak-ulmohsenin, id est, de optimis moribus. Dividitur in quadraginta capita, ubi multa de regum clarorumque virorum rebus gestis, auctore *Mula Hussein ben Aly,* cognomine *el Kiachefy,* qui hoc suum opus Hussein Tamerlanis nepoti, anno Hegiræ 900. nuncupavit.

CXXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus inscriptus niguiaristan, divisusque in capita septem, quorum primum de optima indole; secundum, de servanda religione; tertium, de bona societate; quartum, de amore & amicitia; quintum, de adhortatione & consilio; sextum, de virtute; septimum, de illius praxi. Auctore *Moninoddino el Esferainy,* qui hoc suum opus

Abou ſſaid Behadiukhan, Mogolorum Sultano, nuncupavit. Is autem anno Hegiræ 735. imperabat.

CXXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur opus inſcriptum nushet-ul kouloub, id eſt, deliciæ cordium. Dividitur in partes tres, quarum prima de metallis, lapidibus, variis oleorum generibus, arboribus, plantis diſſeritur; in ſecunda, de homine, variis illius partibus, anima, animæ facultatibus, virtutibus & vitiis; in tertia, de regionum quarumdam ſitu, illarum præſertim quæ Mohammedanis regibus parent. Non pauca occurrunt ad geographiam ſpectantia. Auctore *Hamdallah Aboubekr* filio *Elkazuiny,* quem anno Hegiræ 750. obiiſſe ferunt.

CXXVIII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Opus inſcriptum nushet-ul kouloub, id eſt, deliciæ cordium, auctore *Hamdallah Aboubekr* filio, Caſbinenſi.

2.° Opus cujus titulus tabir nameh, id eſt, ſomniorum interpretatio, ſive oneirocriticon, cujus auctor ignoratur. Lingua Turcica ſcriptum eſt.

CXXIX.

Codex bombycinus, numerandus inter rariores, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur variæ hominum, arborum & florum picturæ, illæque non contemnendæ. Continentur quoque complura exempla, quibus adoleſcentuli optimè ſcribendi artem edoceri poſſunt.

PHILOSOPHI.

In - quarto.

CXXX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur opus quoddam lingua Perſica, characteribus tamen Latinis ſcriptum, idque tanta incuria, ut legi nequeat. Verùm è quibuſdam Latinis vocibus ad marginem conjectis, huncce tractatum ad philoſophiam pertinere conjici poteſt. Initium deſideratur.

CXXXI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inſcriptus reſſail akhuanuſſafa we khillan ul veſa, id eſt, epiſtolæ amicorum puritatis & ſinceritatis, ubi de rebus ad philoſophiam, theologiam Mahummedanam, & mathematicas diſciplinas pertinentibus. Quod opus idem omnino eſt cum illo cujus titulus madgmel ul hykmah, ſive philoſophiæ compendium. Præfatio & nomen auctoris deſiderantur, à quo tamen abſoluta eſt hæcce lucubratio anno Hegiræ 844.

CXXXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur tractatus de logica, auctore *Zeinuddino Mahmoud.*

Is codex anno Hegiræ 940. menſe Seval exaratus dicitur.

CXXXIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus inſcriptum mores Naſſiri, ſive tractatus de philoſophia morali. Mores autem Naſſiri ideo appellatur, quod ex Arabica lingua in Perſicam à *Muhammede* filio *Haſſan,* cognomine *Elthouſſy,* converſus ſit rogatu Nashiddini Abdul Rahim Elmohtachim, Kohiſtan imperii Perſici provinciæ præfecti.

CXXXIV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inſcriptus zachirat ul moulouk, id eſt, promptuarium regum, auctore *Cheikh Seid-Aly Hamadani.* Dividitur opus in decem capita, omnia ad morum diſciplinam ſpectantia; præcipuè tamen de officiis regum in ſubditos, & ſubditorum in reges diſſeritur. Toto autem capite quarto præſcribitur modus quo vir erga uxorem gerere ſe debeat.

CXXXV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inſcriptus deſtour uſſelatin, id eſt, exemplar regii imperii, ubi de rebus ad mores pertinentibus. Auctore *Abou Fadhl el Chirazy,* qui hoc ſuum opus Solimano magno nuncupavit.

CXXXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in

Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur tractatus ad doctrinam morum & politicum regimen spectans, ubi de virtutibus, animique dotibus quæ principi inesse debent, disseritur, adjunctis compluribus ex historia petitis exemplis; quod opus scriptum dicitur anno Hegiræ 610. ab *Ishak Ibrahimi* filio *el Sedgdgiazy*. Is autem Mudhaffer-uddino Usbek Muhammedis filio, sexto & ultimo Atabekorum dynastiæ regi nuncupavit.

CXXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur tractatus cujus titulus akhlak ul mohsenin, sive de virorum bonorum moribus, principumque institutione, auctore *Husseino el Kiachefy*, qui anno Hegiræ 910. obiisse dicitur. Hocce autem opus ab eo conscriptum est in gratiam Mirzæ Hassen filii Hussein, filii Baikara.

CXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur tractatus cujus titulus kabous nameh, id est, liber kabous. Dividitur in capita triginta novem, ubi de rebus ad morum doctrinam & regimen politicum spectantibus disseritur, auctore *Ansar Elmealy Kaikoous*, filio *Chems ul Mealy Kabous*, Guilani præfecto, à quo illud opus conscriptum est anno Hegiræ 475. in gratiam filii Guilanchah.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 879.

CXXXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum nushet ul kouloub, id est, deliciæ cordium.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 853.

CXL.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur de rerum naturalium proprietatibus tractatus, auctore *Aboubekro*, cognomine *Yesdy*, qui anno Hegiræ 597. illud opus conscripsit. Dividitur in sectiones sexdecim, quarum prima de homine & quadrupedibus. Secunda, de avibus & reptilibus. Tertia, de arboribus, illarumque fructibus, leguminibus & granis. Quarta, de plantis. Quinta, de variis gemmæ generibus. Sexta, de lapidibus & metallis. Septima, de medicamentis è certis quibusdam rebus conficiendis. Octava, de variis oleorum generibus. Nona, de astronomia. Decima, de arte futura divinandi ex involuntariis quibusdam corporis motibus. Undecima, de venenis, illorumque remediis. Duodecima, de æris in aurum convertendi ratione. Decima tertia, de atramento conficiendo. Decima quarta & quinta, de astrologia quam judiciariam vocant.

CXLI.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Petis de la Croix opera illatus anno 1673. Ibi continetur tractatus inscriptus agiaib ul makhloukat, sive historiæ naturalis mirabilia, auctore *Mohammede* filio *Mahmoud*, cognomine *Elkousy Elkazuiny*. Dividitur in duas partes, quarum prior de rebus cælestibus, nempe sideribus, planetis, zodiaco, anno, mensibus Arabum, Græcorum & Persarum, quatuorque anni tempestatibus. Altera de terra, illius figura & divisione, septem climatibus, montibus, fluviis & præcipuis fontibus, metallis, lapidibus mineralibus, arboribus, plantis, leguminibus, horumque omnium in re medica proprietatibus, animalibus, homine, variisque corporis humani partibus, diversis quæ terram incolunt gentibus, Arabibus nempe, Persis, Græcis, Tartaris, & agricultura, venatu, piscatu, architectura, cæterisque artibus & disciplinis.

Is codex longè elegantissimus, exaratus est anno Hegiræ 1069.

CXLII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus cujus titulus agiaib ul makhloukat, id est, miracula creaturarum, à *Zacharia Mahmoud* filio, Casbinensi, Arabica primum lingua scriptum, deinde in Persicam anonymi studio conversum.

CXLIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur anonymi miscellanea, in quibus de mineralibus, vegetabilibus, animalibus, rebusque aliis ad naturæ arcana, artes & scientias pertinentibus, disseritur.

CXLIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur tractatus in quo de philosophia, politica & doctrina morum disseritur, auctore *Dgiany Dgelal-uddino Mohammede Assad* filio *el Deuvany*, à quo illud opus Hassan regi, Turcomannorum dynastiæ Sultano, anno Hegiræ 882. mortuo, nuncupatur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 897.

MEDICI.

In-folio.

CXLV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur anonymi tractatus de medicina, divisus in partes tres, quarum prima de morbis corporis humani, tam internis quàm externis, remediisque ad illos curandos accommodatis. Secunda, de alimentis & remediis simplicibus, ordine alphabetico disposita. Tertia, de remediis compositis item ordine alphabetico. Ait auctor omnia se hausisse ex Hippocratis, Galeni, Pauli, Aginetæ, Busi Ephesii, Oribasii, Avicennæ, Abugerich, Menihi, Muhammedis filii Zachariæ, Tebit filii Korah, Honain filii Isaaci, & Mesuæ scriptis. Initio folia quædam desiderantur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 905.

CXLVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus de medicina, Cheikh Abou Ishak Indiarum regi inscriptus. Dividitur in partes tres, quarum prima de morbis internis, illorumque curandorum ratione. Secunda, de morbis externis. Tertia, de febribus.

2.° Tractatus de medicina voluminis primi & secundi pars. Auctore *Zein-uddin Ismaele ben Hossein el Giorgiany,* qui hoc suum opus Ala-Eddino, Khovaresmiæ regi, anno Hegiræ 589. nuncupavit.

CXLVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur tractatus de medicina libri tertii pars prima, auctore *Zein-uddino Ismail Husseini* filio *el Giorgiany.* Is autem à se conscriptum hocce opus ait in gratiam Khouarezm Chah Arslani filii, quintique illius dynastiæ Sultani, sexto Hegiræ sæculo.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 790.

CXLVIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur tractatus de medicina libri tertii pars prima, auctore *Zein-uddino Ismail Husseini* filio *el Giorgiany.*

Is codex scriptus est anno Hegiræ 681.

CXLIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur tractatus de medicina volumen sextum, auctore *Zein-uddino Ismail Husseini* filio *el Giorgiany.*

Is codex summa elegantia scriptus est.

CL.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Tractatus de remediis simplicibus, animalibus, vegetabilibus, mineralibus, illorumque in re medica proprietatibus, illudque ordine alphabetico. Auctore *Aby Husseini* filio *Elansary,* cognomine *Zein ul Attar Elchirazy.*

2.° Ejusdem tractatus de remediis compositis, divisus in capita sexdecim, nuncupatusque reginæ cuidam Bedy ul Dgemal, id est, pulchritudinis miraculum appellatæ.

CLI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, figuris parum elegantibus ornatus, ubi continetur opus inscriptum kitab techrih, id est, liber anatomiæ. Auctore *Ssamed Mansour* filio *Mohammedis,* à quo illud opus nuncupatum Mirzæ Pir filio Gihanguir Tamerlani nepoti. Is autem à Pir Aly anno Hegiræ 809. interfectus dicitur.

MEDICI.

In-quarto.

CLII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur tractatus de medicina, è celebriorum medicorum scriptis collectus. Ibi de morbis corporis humani, tam internis, quàm externis, remediisque ad illos curandos idoneis, auctore *Abou-ssaid Husseini* filio, cognomine *el Thabib el Jehoudy.* Addita quædam ab ipso de valetudinis tuendæ ratione.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 951.

CLIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur tractatus de morbis, remediisque ad illos curandos necessariis: auctore *Aly* Sultan *el Khorassany,* qui medicinam annis quadraginta in aula Koudgykan Samarcandæ exercuisse se tradit. Addit à se

manum huic operi admotam jussu Obeid Khan, quarto Usbekorum dynastiæ imperatori, qui anno Hegiræ 946. diem supremum obiit.

C L I V.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continentur:

1.° Tractatus inscriptus tedarik essemoum, id est, de cavendorum venenorum ratione. Dividitur in duas partes, ubi de variis venenorum generibus, remediisque ad illorum vim infringendam idoneis. Auctore *Hussein Muhammedis* filio, cognomine *el Tabib,* à quo illud opus absolutum anno Hegiræ 963.

2.° Tractatus de astrologia, quam judiciariam vocant, auctore *Muhammede, Muhammedis* filio, cognomine *Ikhtïar.*

3.° Tractatus à Christiano quodam anno 1203. scriptus. Titulus aïnei hak numa, id est, speculum veritatem exhibens. Ibi vero de præcipuis Christianæ religionis capitibus. Auctor hoc suum opus principi in cujus aula tum versabatur, nuncupat. Is fortasse Ginghiscanus, ad quem missos à Christianis legatos ex auctorum nostrorum scriptis compertum est. Cui conjecturæ robur inde accedit, quod ab anonymo appelletur *Ssaheb Kiran,* vel conjunctionum Dominus, quo nomine apud Orientales vulgo insigniuntur reges pluribus victoriis inclyti.

Is codex exaratus est anno Christi 1626.

C L V.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur tractatus de remediis compositis, illudque ordine alphabetico. Auctore *Moudhaffer Muhammedis* filio.

C L V I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum kitab karafadin, id est, tractatus de remediis compositis. Ibi de morborum signis, causis, remediis & illorum conficiendorum ratione. In hocce tractatu, cujus auctor ignoratur, desiderantur folia quædam.

C L V I I.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur opus inscriptum rerum rariorum & singularium selectus, sive tractatus de medicamentis simplicibus & compositis, ordine alphabetico dispositus, auctore *Cheikh Aly, Husseini* filio *el Ansary,* cognomine *Hagi Zein-ul Attar,* à quo dicitur absolutus anno Hegiræ 770. Præmittitur index locupletissimus.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 968.

C L V I I I.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus hadikai alem, id est, hortus mundi, sive memorabilium naturæ collectanea, quinquaginta capitibus comprehensa, è variis scriptoribus Græcis & Latinis, & libro cujusdam Tahmasp, magni apud Francos nominis medici: auctore *Muhammede Zaman,* qui huic operi manum admotam à se ait, cum ex Hispahano in Indias proficisceretur.

M E D I C I.

In-octavo.

C L I X.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur artis medicæ totius compendium, collectum ad usum faciliorem, è libris quos de medicina scripserat *Emir Seid Ismail* filius *Hassan el Giorgiany.* Dividitur opus in duas partes, quarum prima de medicina speculativa & practica. Secunda, de morbis, remediisque ad illos curandos idoneis.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1076.

C L X.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum kitab khavas ul eschia, id est, de rerum proprietatibus; anonymi tractatus, quo de conficiendis remediis, plantis, metallis & animalibus servato ordine alphabetico disseritur. Initio folia quædam desiderantur.

Is codex anno Hegiræ 888. exaratus est.

C L X I.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur tractatus de animalium, mineralium & vegetabilium proprietatibus, & utilitate quæ ex illis in re medica percipi potest. Auctore *Dgemaly.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 789.

M A T H E M A T I C I.

In-folio.

C L X I I.

Codex bombycinus, Constantinopoli

nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inscriptus philosophiæ compendium, auctore anonymo. Dividitur opus in partes quatuor, ubi de arithmetica, geometria, astronomia, musica, telluris forma, logica, mundo superiore & inferiore, metallis, plantis, corporis humani forma, sensibus, illorumque organis, spiritu secundum Pythagoram, intellectu agente & patiente, globis cælestibus, fine mundi & resurrectione.

CLXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur tabulæ ilykhanica, seu tabulæ astronomicæ accuratissimæ, è variis antiquorum, recentiorumque astronomorum observationibus collectæ, adjunctis institutionibus astronomicis, auctore *Nassr-Eddin Muhammede,* filio *Hussein Elthoussi,* qui opus illud jussu Holagou Khan aggressus esse dicitur.

Is codex Assiluddini, auctoris filii manu exaratus est.

CLXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur *Ulug Beigh Tamerlanis* nepotis, tabulæ astronomicæ. Hujusce operis partem, ubi de stellis fixis, in Latinam linguam convertit *Thomas Hyde.*

CLXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur anonymi tabulæ astronomicæ.

CLXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur anonymi tractatus inscriptus kitab ahkan bathlimos, id est, decreta aut judicia Ptolemæi. Auctor verò totus est in exponendis astrologiæ, quam judiciariam vocant, mysteriis, illudque juxta Ptolemæi placita. Occurrunt præterea nonnulla de salibus, metallis, aliisque rebus, quarum origo ad solem quodammodo referri potest. Avec le commentaire de *Koschiar* sur les cieux. Initio codicis quædam desiderantur.

CLXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus de arte divinandi futura, numerorum ope, auctore *Cheref-uddin Aly el Jesdy.*

MATHEMATICI.

In-quarto.

CLXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum messtah kunous, id est, clavis thesaurorum, sive tractatus de arithmetica & algebra, in decem sectiones divisus, quibus præmittitur præfatio. Auctore *Khalil Ibrahimi* filio, qui hoc suum opus Muhammedi ejus nominis secundo, Amurathis filio, nuncupavit.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 904. mense Muharram.

CLXIX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur varii tractatus de rebus mathematicis, v. g. de astrolabio, geometria speculativa & practica, arithmetica, geodæsia, &c.

CLXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur tractatus de astronomia, & astrologia quam judiciariam vocant, auctore *Zahir ul Hakk Mohammede Messoud* filio *el Gaznevy.*

Is codex exaratus dicitur in gratiam Ismaelis ejus nominis secundi Persarum regis, sed altum de anno quo scriptus est silentium.

CLXXI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur Ulug Beg tabulæ astronomicæ in partes quatuor divisæ, quarum prima, de celebrioribus Orientalium epochis. Secunda, de temporum cognoscendorum ratione. Tertia, de planetarum cursu. Quarta, de stellis fixis. Auctoribus *Gaïassuddin* & *Cadyzade Elroumy,* clarissimis suæ ætatis astronomis, qui jussu Ulug Beg Tamerlani nepotis, huic operi manum admoverunt. Illud autem ex Arabica lingua in Persicam à *Mahmoud, Muhammedis* filio, anno Hegiræ 904. conversum est.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 932.

CLXXII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur tabulæ astronomicæ Ulug Beghi, ex Arabica lingua in Persicam conversæ. Illarum pars quæ longitudinem & latitudinem stellarum spectat, edita Oxonii anno 1665. opera *Thomæ Hyde.*

CLXXIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur epitome tabularum aſtronomicarum, quas *Naſr-Eddinus el Thouſſy* juſſu Holagou Khan ſeptimo Hegiræ ſæculo compoſuit. Epitomes autem illius auctor vocatur *Aly Chah*, vel *Ola al Bokhary*. Dividitur opus in duas partes, quibus de epochis celebrioribus, ſtellis fixis, ſideribus, planetis, cæteriſque ad res aſtronomicas pertinentibus.

CLXXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, variis picturis, illiſque parum elegantibus ornatus, ubi continetur anonymi tractatus de amuletis & taliſmanibus: opus putidis ineptiis ſcatens.

MATHEMATICI.

In-octavo.

CLXXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Ptolemæi* de aſtrorum judiciis tractatus, ſive tetrabiblos, è Græca lingua in Perſicam converſus ab *Naſreddino el Thouſſy*, magni apud Orientales nominis aſtronomo.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 791.

CLXXVI.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi opus de cujuſdam principis, cujus nomen intercidit, nativitate, juxta aſtrologiæ judiciariæ regulas.

GRAMMATICA.

In-folio.

CLXXVII.

Codex chartaceus, olim Melchiſedechi Thevenotii. Ibi continetur opus cujus titulus logat Halimi, ſive lexicon Perſicum Turcicè explicatum. Illius auctor *Loutf-Allah* filius *Abou Youſſouf Halimi.*

Is codex manu Davidis Hiſpahanenſis ſcriptus eſt Lutetiæ anno Chriſti 1643.

CLXXVIII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus. Ibi continetur liber inſcriptus logat Halimi, ſive dictionarium Perſicum, diviſum in duas partes, quarum prior voces ab antiquioribus poëtis Perſicis uſurpatas complectitur, adjuncta illarum intepretatione Turcica, in qua diſſeritur de poëſi Turcica, idque verſibus Perſicis Turcicè explicatis, auctore *Loutf-Allah*, filio *Abou Youſſouf Halimi*.

Is codex anno Hegiræ 911. exaratus eſt.

CLXXIX.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur lexicon Perſicum, è cathechiſmo, in urbe Lahar Jeſuitarum opera publicato, collectum ab alumnis collegii ſanctorum Petri & Pauli Hiſpahanenſis, Carmelitarum diſcalceatorum, & Italicè explicatum.

CLXXX.

Codex bombycinus, quo continetur liber inſcriptus letaif ul incha, id eſt, venuſtatis compoſitiones. Ibi variæ epiſtolarum, Perſicè, Turcicè & Arabicè ſcriptarum formulæ. Auctoris nomen ignoratur. Opus autem Selimo Bajazethis filio nuncupatur.

CLXXXI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber cujus titulus riaz ul incha, id eſt, hortus elegantiorum epiſtolarum, quæ omnes ad Perſiæ reges & alios præſtantes viros ſcriptæ ſunt. Ibi nihil ad hiſtoriam ſpectans reperias. Collectionis illius auctor *Mahmoud* filius *Cheikh Muhammed*, cognomine *Khanadgah Dgihan*, è provincia Guilan oriundus.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 711.

GRAMMATICA.

In-quarto.

CLXXXII.

Codex bombycinus, olim Cardinalis Richelii. Ibi continetur liber inſcriptus daniſtan, ſive brevis inſtitutio linguæ Perſicæ, unà cum interpretatione Turcica, auctore *Mohammede* filio *Hadgi Elias*.

CLXXXIII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii. Ibi continetur liber inſcriptus daniſtan, ſive brevis inſtitutio linguæ Perſicæ, unà cum interpretatione Turcica, auctore *Mohammede* filio *Hadgi Elias*.

CLXXXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur

continetur anonymi phrasium Persicarum collectio, cui subjungitur illarum interpretatio Turcica.

CLXXXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi lexicon, ubi voces veteris linguæ Persicæ in libris Zund, Pazund & Vesta, parum obviæ & difficiliores, per alias notiores explicantur: librorum autem illorum *Zoroaster* auctor fertur.

CLXXXVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi glossarium, ubi voces difficiliores & obsoletæ linguæ Persicæ alphabeticè per alias notiores explicantur. Desideratur præfatio.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 907.

CLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur dictionarium Persicum, in quo hujusce linguæ voces minus obviæ, aliis facilioribus exponuntur. Desiderantur titulus & præfatio, proindeque nomen auctoris.

CLXXXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus cujus titulus assl-ul-mefassid we fassl-ul-merassid, id est, radix articulorum, & distinctio viarum, illudque characteribus Persicis scriptum. Est autem, ut è secundæ partis præfatione constat, dictionarium linguæ cujusdam Indicæ, quæ Dalaibalan appellatur; adjunctis vocum interpretationibus, partim Persicis, partim Turcicis, interdum etiam Arabicis. Auctoris nomen desideratur.

CLXXXIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Joannis Francisci la Croix opera illatus. Ibi continetur lexicon Persico-Turcicum, auctore *Loutf-Allah Halimy*.

CXC.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur opus inscriptum logat Halimi, sive lexicon Persicum, Turcicè explicatum, cujus auctor *Loutf-Allah*. Desideratur prima littera.

CXCI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus. Ibi continetur operis inscripti logat Halimy epitome. Auctoris nomen desideratur.

CXCII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Opus inscriptum nissar-ul melik, sive lexicon Persicum, Turcicè explicatum, auctore *Loutf-Allah*, qui hoc suum opus Bajazethi Mohammedis filio, Turcarum imperatori, nuncupavit.

2.° Liber inscriptus sschah adgemy, sive lexicon, ubi voces linguæ Persicæ difficiliores Turcicè explicantur, idque ordine alphabetico. Auctore *Hindchah*.

3.° Anonymi lexicon Arabicum, Turcicè expositum.

4.° Collectio verborum quorumdam Arabicorum, unà cum illorum conjugationibus, subjunctis verbis Turcicis: auctore *Zamahcheri*.

CXCIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continetur opus inscriptum charh bahrul-garaib, sive lexicon Persicum, Turcicè explicatum, auctore *Loutf-Allah Halimy*.

CXCIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam nuper illatus. Ibi continentur:

1.° Opus inscriptum Nimet-Allah, sive lexicon Persicum, cujus auctor *Nimet-Allah Ahmedis* filius.

2.° Anonymi animadversiones quædam in litteram *ja*, quæ ad finem aliquarum vocum occurrit.

CXCV.

Codex bombycinus, quo continetur opus inscriptum Nimet-Allah, sive dictionarium Persicum, Turcicè explicatum, auctore *Nimet-Allah Ahmedis* filio.

CXCVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continetur opus inscriptum Nimet-Allah, sive dictionarium Persicum, Turcicè explicatum, auctore *Nimet-Allah*.

CXCVII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii. Ibi continetur opus inscriptum Nimet-Allah, sive dictionarium Persicum,

Turcicè explicatum, auctore *Nimet-Allah*. Is codex anno Hegiræ 1037. exaratus est.

CXCVIII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur lexicon Persico-Turcicum, schah appellatum, auctore *Akhtery*.

CXCIX.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur anonymi lexicon Persico-Turcicum.

CC.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continetur anonymi lexicon Persico-Turcicum.

CCI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur anonymi lexicon Persico-Turcicum. Ad hujusce codicis calcem legitur Mohammedis hujus nominis tertii, Turcarum imperatoris, edictum anno Hegiræ 1009. latum, quo vinum illius subditis interdicitur.

CCII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur anonymi dictionarium Persico-Latinum.

CCIII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur dictionarium Persico-Gallicum: ex alio descriptus est, quem cum Gallandio Constantinopoli communicavit Dominus ***.

CCIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur onomasticum Persico-Turcicum.

CCV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam illatus anno 1676. Ibi continetur dictionarium Persico-Turcicum, auctore *Nimet-Allah Ahmedis* filio.

CCVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur dictionarium Persico-Turcicum.

CCVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur onomasticon Persico-Turcico-Gallicum.

CCVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi onomasticon Persicum, quod vocibus Turcicis & Gallicis ejusdem significationis explicatur.

CCIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur lexicon Persico-Italicum.

CCX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur vocabularium Persico-Arabicum, ex aliquo opere, ubi de religione Christiana, collectum, adjuncta interpretatione Latina.

CCXI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus. Ibi continentur exempla varia, quibus tyrones ad characteres Persicos nitidius effingendos informari possunt.

CCXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus, quo continetur anonymi ænigmatum collectio. Opus Bajazethi hujus nominis secundo, Turcarum imperatori, nuncupatum.

CCXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Tractatus cujus titulus, perspicua & præclara lumina de veritatibus rerum reconditarum, auctore *Fakhr-Eddino Mohammedis Omari* filio, cognomine *el Razi*. Opus nuncupatum Takach Khan, Khovaresmiorum Sultano, qui anno Hegiræ 589. imperare cœpit. Dividitur in capita sexaginta, ubi de rhetorica, jurisprudentia, theologia, controversiis, ritibus, hæreditatibus, testamentis, Alcorani explicandi ratione, historia, syntaxi, proverbiis, poëtica, logica, physica, somniorum interpretatione, talismanibus, medicina, anatomia, lapide quem philosophicum vocant, geometria, statica, instrumentis bellicis, arithmetica, algebra, musica, astronomia, geomantia, de regis officiis erga subditos.

2.° Anonymi tractatus de Mahummedis nativitate.

3.° Anonymi opusculum de matrimonio.

4.° Anonymi tractatus de vitandis blasphemiis.

GRAMMATICA.

In-octavo.

CCXIV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii. Ibi continetur anonymi grammaticæ Persicæ, Turcicè explicatæ, compendium. Initio leguntur voces quædam Italicæ.

CCXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continetur opus inscriptum chahidy, sive collectio vocum Persicarum quæ Turcicè explicantur.

CCXVI.

Codex bombycinus, quo continetur opus inscriptum chahidy, sive collectio vocum Persicarum, quæ Turcicè explicantur.

CCXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini; ubi continentur variæ epistolarum formulæ, auctore *Abdulgaffar,* cognomine *Saddiky Husseiny,* Khorassano. Opus Selimo Sultano nuncupatur.

CCXVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur varia epistolarum exempla, auctore *Muhammede Aly* filio *el Namous el Havary.* Opus Viziro cuidam nomine Abou Jezid Zengui, Thabir filio, nuncupatur.

CCXIX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Variæ epistolarum formulæ, auctore anonymo.

2.° Anonymi tractatus de arithmetica practica.

CCXX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur variæ epistolarum stylo elegantiori scribendarum formulæ, auctore *Khanadgeah Dgihan Bedruddin Mahmoud.*

CCXXI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur variæ epistolarum formulæ. Ibi præscribitur quo stylo & quibus titulis cuique scribendum sit. Auctore *Abdullah Mahummedis* filio, cognomine *Meruarid.*

CCXXII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur variæ scribendarum epistolarum formulæ, auctore anonymo.

POETÆ.

In-folio.

CCXXIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum divan Kassem, id est, carmina Kassem, ubi de amore divino & vita contemplativa, juxta Mahummedanorum placita, auctore *Seid Kassem Anuar,* cognomine *el Thabrizy,* qui sæculo Hegiræ nono supremum diem obiit.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 947.

CCXXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur poëma inscriptum ylahy nameh, id est, liber divinus, sive dialogus patrem inter & filium, ubi de ratione colendi Deum, de Mahummede, aliisque ad Mahummedanam religionem spectantibus differitur, auctore *Feriduddino Attar.*

CCXXV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur opus inscriptum divan Dgiamy, id est, carmina Dgiamy, in quibus mysticæ Mahummedanorum theologiæ fundamenta explicantur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 942.

CCXXVI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, characterum elegantia nulli secundus, ubi continetur opus inscriptum divan Dgiamy, sive carminum de amore divino collectio, auctore *Abdulrahman Ahmedis* filio, cognomine *Dgiamy,* cujus mors ad annum Hegiræ 888. refertur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 961.

CCXXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur *Abdul Gaffour el Lary* notæ in opus Dgiamy celebris poëtæ, ubi nonnulla de viris & fœminis vitæ sanctitate insignibus, quibus miracula varia tribuuntur. Occurrit ad libri calcem poëtæ illius historia.

CCXXVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, & variis picturis ornatus, quo continetur opus cujus titulus chah nameh, id est, liber regius, veterum Persiæ regum historiam versibus complectens. Auctore *Firdaoussi el Thoussy,* qui Mahmoud Sebukteguin, primo Gasnevidarum dynastiæ Sultano, eam inscripsit. Præmittuntur vita auctoris & illius adversus eundem principem satyræ, à quo minus honorificè, quàm par erat, habitum se esse querebatur.

CCXXIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Firdaoussi el Thoussy,* scriptoris toto Oriente celeberrimi, poëma, regum Persiæ historiam versibus complectens. Is in oppido Thous, anno Hegiræ 411. supremum diem obiisse dicitur.

CCXXX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur poëma inscriptum Iskender nameh, id est, historia Alexandri magni. Opus omnino fabulosum. Auctor *Nizamy.*

CCXXXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi poëma elegantissimum, in laudem Mahummedis, ubi de pseudoprophetæ rebus gestis & miraculis.

CCXXXII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur opus cujus titulus Timour nameh, id est, historia Tamerlani, sive potius poëma in illius laudem, auctore *Abdullah Ibn Abdurahman Dgiamy,* cognomine *Hatify.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 978.

CCXXXIII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum Timour nameh, id est, historia Tamerlani, sive potius poëma in illius laudem, auctore *Abdullah,* cognomine *Hatify.*

CCXXXIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur poëma ubi de Tamerlani rebus gestis, auctore *Hatify.*

CCXXXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber cujus titulus sutourat ut-tevarikh, id est, historia Selimi, hujus nominis primi, partim metricè, partim prosa oratione ab Ydris Hassam-uddin gratia apud illum Sultanum florenti, scripta; quam mortuo auctore *Aboufadhl,* illius filio, Solimano magno nuncupavit. Dividitur opus in partes octo, quarum prima de Selimo Janissariorum factione in Bajazethis patris locum suffecto. Secunda, de Selimi Ancyram profectione, ubi sublatis è medio fratribus Ahmed & Korkut imperium sibi asserit. Tertia, de profligatis à Sultano Ismaelis Persarum regis copiis, & expugnata urbe Tauris. Quarta, de capta arce Kumakh, & redactis in Sultani potestatem Cuideram regionibus, auctoris nostri fortitudine & industria. Quinta, de ultima Selimi adversus Persas expeditione; ortis inter ipsum & Campsenem Ægypti regem odiis; cæso ad Aleppum Campsenis exercitu; subacta Syria & aditis sarcis Hierosolymorum locis. Sexta, de fuso ad Gazam, al Dgiaptus ductu, Sinan Pacha; ingressu Selimi in Ægyptum; Cairi expugnatione, & Tomanbay, jussu Sultani, fœdè interemto. Septima, de iis quæ à Selimo sapienter constituta sunt in subactis modo provinciis, nempe Ægypto, Syria & Mesopotamia. Octava, de Selimi morbo, morte & monitis ad Solimanum ejus filium.

CCXXXVI.

Codex bombycinus, quo continetur rerum ab Amurathe hujus nominis tertio, Selimi filio, Turcarum imperatore, adversus Mahummedem Khoda Bendé Persarum regem gestarum historia versibus scripta, auctore *Dgemaly.*

Is codex exaratus est anno Hegiræ 996.

CCXXXVII.

Codex bombycinus, quo continetur anonymi descriptio versibus Persicis templi Meccani & cæremoniarum quæ ibi à Mahummedanis servari solent; adjunctis variis picturis, quibus sub oculos ponuntur loca Meccæ & Medinæ, Mahummedanis potissimum invisenda.

CCXXXVIII.

Codex longè pulcherrimus, charta

bombycina rubra exaratus, litteris aureis & picturis elegantissimis ornatus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur *Scheikh Saadi*, poëtæ maximi apud Orientales nominis, opera omnia, tam versibus, quàm prosa oratione scripta.

CCXXXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, egregiè scriptus, picturisque non ineleganti bus ornatus, quo continentur *Cheikh Saadi* opera omnia, tam ligata, quàm soluta oratione edita. Observatum ibi reperias dubitatum à doctis nonnullis quos inter lis orta erat, utrum versus quidam hunc revera auctorem haberent.

CCXL.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur *Cheikh Saadi* opus inscriptum gulistan. Ad hujusce codicis oram legitur bostan, ejusdem auctoris.

CCXLI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Opus magni apud Orientales nominis, cujus titulus gulistan, unà cum interpretatione Turcica interlineari. Auctore *Cheikh Saadi Schirazi Mosleheddino,* qui septimo Hegiræ sæculo floruit. *Gentim* à quo Latinè conversus est, rosarium politicum inscripsit.

2.° Sententiæ morales Ali Mahummedis generi; singularum sensus dysticho Turcico exponitur.

CCXLII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Cheikh Saady* gulistan. Ad oram codicis scriptum reperitur ejusdem auctoris opus aliud, cujus titulus, bostan.

CCXLIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, picturis ornatus, summaque elegantia scriptus, quo continetur poëma cujus titulus firak nameh, ubi præcepta ad mores recte instituendos traduntur; adjunctis compluribus ex historia petitis exemplis, auctore *Khanadgeah Selman Sawdgy,* qui anno Hegiræ 769. obiisse dicitur. Opus Sultano Avis filio Emir Cheikh Hassan nuncupatur. In aliis tamen codicibus poëma illud Cheikh Outchou tribuitur, nec desunt qui Kemaleddino Ismaeli Hispahanensi adscribant.

CCXLIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, vineolis ornatus, summaque exaratus elegantia. Ibi continetur *Hafis,* poëtæ celeberrimi, carminum collectio, quibus pudori parum consulitur; magno tamen in pretio sunt apud Mahummedanos Hafis poëmata, quæ illorum commentatores & interpretes ad amorem divinum referunt.

CCXLV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur varia de amore dysticha, auctore *Khosroe el Dahlahuy,* qui anno Hegiræ 725. supremum diem obiit.

Is codex si characterum elegantiam spectes, & egregias animalium & arborum picturas, nulli vel pulcherrimorum postponendus.

POETÆ.

In-quarto.

CCXLVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inscriptus tazkerat ul choera, id est, vita poëtarum: auctore *Deoulet Chah,* cognomine *Elgazi el Samarcandi,* qui hoc suum opus Aly Schir, viro magnæ in aula Myrzæ Houssein auctoritatis, nuncupavit. Dividitur in septem classes, ubi de poëtis centum viginti septem, qui ab anno Hegiræ circiter 400. ad annum 812. in Persia præcipuè floruerunt. Præmittitur vita decem insigniorum Arabiæ poëtarum Mahummedis æqualium. Denique ad calcem codicis legitur historia sex maximorum Persiæ poëtarum, qui Deoulet Chah temporibus vixerunt. Ex illorum numero Aly Schir, de quo supra. Huic autem lucubrationi manus ultima imposita est anno Hegiræ 892.

CCXLVII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur tractatus inscriptus tazkerat ul choera, id est, vita poëtarum. Dividitur in partes septem, quarum prima de Chah Ismaele Persarum rege, filiis ejus, & principibus æqualibus, qui carminum elegantia nomen aliquod consecuti sunt. Secunda & tertia, de Cherifis, Muhammedisque posteris, qui versus scripserunt. Quarta, de

Viziris poëtica facultate claris. Quinta, de poëtis qui artem poëticam ex professo coluerunt. Differitur præterea de illorum operibus. Sexta & septima, de Turcis regionum trans Oxum sitarum incolis, qui carminibus & acutè dictis inclaruerunt. Auctore *Sam Chah, Ismaelis* Persarum regis filio.

CCXLVIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Opus inscriptum tezkerat-uch-choera, id est, historia poëtarum, auctore Imam *Doulet* filio *Ala-Eddeouleh Gazi*, ubi post primos poëtas Arabas de quibus agit in præfatione, celeberrimorum Persiæ poëtarum brevem enumerationem instituit, ætatem, præcipuas eorum res gestas, opera & quædam ex illis specimina recenset. In eo codice, qui anno Hegiræ 1116. exaratus est, dicitur auctor ei postremam manum imposuisse anno 892. At in antiquiori codice non legitur hæc coronis: & Hagi Khalfa absolutum opus testatur anno 802.

2.° Poëma in laudem Sultani Badur Tamerlanis abnepotis, qui Indias in suam potestatem redegit.

CCXLIX.

Codex bombycinus, quo continetur opus inscriptum tezkerat-uch-choera, id est, vita poëtarum, auctore Imam *Doulet* filio *Ala-Eddeouleh Gazi*.

CCL.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur opus cujus titulus tezkerat-uch-choera, id est, historia poëtarum. Auctoris nomen desideratur.

CCLI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, eximia characterum elegantia præcipuè commendabilis. Ibi continentur sententiæ viginti ex illarum numero quas Mahummedani è pseudoprophetæ ipsius ore prolatas esse fabulantur. Singulæ autem quatuor versibus explicantur, quorum auctor ignoratur, desunt enim titulus & præfatio, anno tamen Hegiræ 886. vixisse constat.

CCLII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continentur:

1.° Poëma cujus titulus cassidah bordah, in Mohammedis laudem scriptum, & è lingua Arabica in Persicam ab anonymo conversum.

2.° Anonymi commentarius in poëma de quo supra.

CCLIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum divan Emir ul moumenim Aly, id est, collectio versuum, sententiarum & præceptorum principis fidelium. Aly, Mahummedis generi; adjuncta interpretatione cujus auctor fertur *Cady Mir Hussein Muiddini* filius, cognomine *Elmantheky*.

CCLIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum divan Ferroukhy, sive collectio carminum, quorum auctor *Ferroukhy;* ibidem de vita spirituali. Is autem in aula Mahmoud Sebucteguin, primi Gasnevidarum dynastiæ Sultani, anno Hegiræ 421. mortui, floruisse dicitur.

CCLV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inscriptus esrar nameh, id est, liber mysteriorum, illorum nempe quæ ad Mahummedanam religionem pertinent, auctore *Cheikh Attar,* cognomine *el Nichaboury,* qui in urbe Khorassani Chadiakh annos 114. natus, anno Hegiræ 627. à Genghiskani militibus interfectus dicitur.

CCLVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur tractatus tres versibus scripti, de morum doctrina, & iis quæ Mahummedani, puriori vitæ addicti, servare debent. Illorum auctor *Feriduddinus Mahummedes,* cognomine *el Attar,* qui in hoc suo opere Christi Salvatoris meminit. Meminit præterea Salok cujusdam viatoris, qui, si Mohammedanis fides, cælos peragravit.

Is codex anno Hegiræ 889. exaratus est.

CCLVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, summa elegantia scriptus, quo continetur poëma in decem capita divisum, ubi præcepta ad mores rectè instituendos traduntur, auctore *Cheikh Saady,* qui hoc suum opus Mohammedi filio Saady, octavo Atabekorum dynastiæ Sultano, nuncupavit.

Cheikh autem Saady anno Hegiræ 691. ſupremum diem obiit.

CCLVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur poëma cujus titulus gulchen raz, ubi de legibus quas Mahummedani puriori vitæ addicti ſervare debent. Quod opus ab Azizy anno Hegiræ 717. conſcriptum eſt.

CCLIX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur poëma inſcriptum mala ul envar, id eſt, oriens luminum, quo de iis quæ Mahummedani purioris vitæ generi addicti ſervare debent. Auctore *Emir Khoſren*, cognomine *el Dehleuy*. Is poëta magno apud Orientales in pretio habetur, obiitque anno Hegiræ 725.

CCLX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur canticorum collectio, partim Perſicè, partim Arabicè ſcriptorum, quæ ad præcipua Mohammedanæ religionis capita referuntur.

CCLXI.

Codex chartaceus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur poëma inſcriptum pend Attar, id eſt, præcepta Attar, in quo de rebus ad doctrinam morum pertinentibus, auctore *Cheikh Feriduddino*, cognomine *Attar*.

CCLXII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus de ſpiritualitate, ſive de officiis boni Mahummedani, Huſſein Baicara Khoraſſani Sultano & Tamerlanis nepoti, nuncupatus, auctore *Dgiamy Abdur-Rahman* poëta celeberrimo, qui anno Hegiræ 875. floruit.

CCLXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Opus partim ſoluta, partim ligata oratione ſcriptum, cujus titulus teſſela el kouloub, id eſt, conſolatio cordium, ubi de vita juxta Mahummedanæ religionis leges exhibenda. Auctoris nomen ignoratur.

2.° Anonymi opus verſibus ſcriptum, cujus titulus huddget ul abrar, id eſt, probatio virorum bonorum, ſive de peſtilentia. Ibi de vita ſpirituali.

CCLXIV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus partim ſoluta, partim ligata oratione ſcriptum, cujus titulus raoudhat ul ahbab, id eſt, hortus amicorum, ad morum doctrinam pertinens; auctor, cujus nomen latet, ſcriptores duos magni apud Perſas nominis, Cheikh Saady in Guliſtan & Dgiamy in Behariſtan, ſibi imitandos propoſuit. Illud autem opus editum anno Hegiræ 924. Selimo primo nuncupatur.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 925.

CCLXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam anno 1675. illatus. Ibi continentur poëmatis apud Mahummedanos longe celeberrimi, cujus titulus meſnevy, partes duæ. In eo autem opere multa ad religionem, morum doctrinam, politicam & phyſicam ſpectantia, reperias. Auctor illius *Dgelal-uddinus Mohammedes*, filius *Mohammedis Beha-uddini*, qui ex oppido Belkh profugus, in urbem Couiah ſe recepit, imperante Alaeddini Kaicobad decimo Selgiukidarum Sultano, ibique anno Hegiræ 661. diem ſupremum obiit.

CCLXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur poëma inſcriptum meſnevy, toto Oriente longe celeberrimum, ubi de rebus ad religionem Mahummedanam, hiſtoriam, doctrinam morum, politicum regimen, phyſicam & theologiam pertinentibus diſſeritur. Auctore *Meoulana Abdelcader Ghilani*, qui huic ſuo operi nonnulla de religione Chriſtiana, Mohammedana & Judæa adtexuit.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 820.

CCLXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur poëma cujus titulus meſnevy.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 928.

CCLXVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur libri inſcripti meſnevy compendium, auctore *Jouſouf Sine*.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 983.

CCLXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur libri mesnevy compendium.

CCLXX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus inscriptum divan Hafis, sive collectio carminum, quorum auctor *Muhammedes Schamseddinus*, cognomine *Hafis*. In illius autem poëmatibus multa latere mysteria arbitrantur Mahummedani. Obiit Hafis anno Hegiræ 797. Vid. Herbelotium *Biblioth. Orient. pag.* 417.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 896.

CCLXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum divan Hafis, sive carminum collectio, quorum is poëta auctor fertur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 875.

CCLXXII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber inscriptus divan Hafis, sive Haphis Chirasitæ, anno Hegiræ 794. mortui, poëmata varia.

Is codex anno Hegiræ 875. exaratus est, illudque elegantissimè.

CCLXXIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur opus inscriptum divan Hafis, sive collectio carminum, quorum auctor *Hafis*.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1074.

CCLXXIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur divan Hafis, sive carminum collectio, quæ *Hafim* auctorem habent.

CCLXXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continentur *Hafis* carmina, subjecta singulis intepretatione Turcica. Auctoris nomen desideratur.

CCLXXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber cujus titulus tadg-ulmather, partim metricè, partim prosa oratione scriptus. Ibi de redactis in potestatem Chehabuddini quarti Gauridarum dynastiæ Sultani Indiis, idque ductu Ibek. Hunc Chehabuddinus Indiis præfecit, quo mortuo Ibek Indiarum rex est renunciatus. Auctore *Husseim Nadamy*, à quo manus ultima huic operi anno Hegiræ 602. imposita est.

CCLXXVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi opus cujus titulus Behmen nameh, sive veterum Persiæ regum historia metricè scripta, ubi præsertim de Behmenis rebus gestis.

CCLXXVIII.

Codex bombycinus, Hispahano in Bibliothecam Colbertinam Joannis Francisci la Croix opera illatus anno 1675. Ibi continetur opus cujus titulus chah nameh Firdaoussy, sive historia veterum Persiæ regum à Cayumarath, qui idem est cum Adamo, ad Cosrou Anuschirouan deducta, quo imperante natus est Mahummedes: auctore *Firdaoussi*, qui eam historiam veteri Persarum lingua metricè conscripsit, sub Muhammede Seljoukisa, quem Persiæ aliisque regionibus finitimis imperasse ferunt anno Hegiræ 529.

CCLXXIX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur opus versibus scriptum, cujus titulus ssahib kiran nameh, id est, historia Hamzah, in quo de vita & rebus gestis Hamzah Abdulmotleb filii & Mahummedis avunculi, quem in prælio ad Bedr, anno Hegiræ secundo commisso, interfectum ferunt. Illud autem poëma quo multa fabulosa omnino, vel fabulis proxima occurrunt, anno Hegiræ 360. prodiit in lucem.

CCLXXX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur poëma inscriptum Iskender nameh, sive rerum ab Alexandro magno gestarum historia, auctore *Nizamy*.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 933.

CCLXXXI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur opus inscriptum Iskender nameh, id est, Alexandri magni historia, sive poëma de rebus illius gestis, auctore *Nizamy*.

CCLXXXII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum divan Emir Hassan, sive varia Emir Hassan in amoris, vini, & Muhammedis Chah, Indiarum regis, laudem, carmina. Auctor octavo Hegiræ sæculo floruisse dicitur.

Is codex anno Hegiræ 915. exaratus est.

CCLXXXIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur opus inscriptum divan Emir Hassan, sive carminum collectio, quæ hunc poëtam auctorem habent. Ibi de amore potissimùm.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 911.

CCLXXXIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur poëmatia varia, quinque aut septem distichis constantia, quibus de amore vini & aliis id genus differitur, auctoribus *Hilahy, Riazy* & *Chahi.*

CCLXXXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus, quo continentur:

1.° Dei nominum, ut & illius attributorum, interpretatio metrica, auctore anonymo.

2.° Nominum Muhammedis nonaginta novem expositio, versibus scripta, auctore anonymo.

3.° Commentarius in primum dystichon libri mesnevy, auctore *Abdur-Rahman Dgiamy.*

4.° Historia poëtarum lingua Tartarorum scripta, cujus auctor *Mir Aly Chir,* è Tamerlanis prosapia, & magnæ in aula Sultani Mirzæ Husseini auctoritatis.

5.° Ejusdem variis de rebus carmina.

CCLXXXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, forma oblonga, partim Persicè, partim Arabicè scriptus, quo continentur tractatus & poëmata varia, ubi de rebus theologicis differitur.

CCLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur anonymi carmina, in quibus de puriori vitæ genere à Mahummedanis servando differitur; adjunctis in illud opus commentariis.

CCLXXXVIII.

Codex bombycinus, quo continetur *Cheikh Saadi* gulistan & bostan, ubi de rebus ad morum doctrinam, regimen politicum & historiam pertinentibus.

CCLXXXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Mosleh-Eddini Saadi* gulistan.

CCXC.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus inscriptum gulistan, auctore *Saadi Chirazy Mosleh-Eddino,* unà cum notis Turcica lingua scriptis. In præfatione quædam desiderantur.

CCXCI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Saadi Chirazy Mosleh-Eddini* gulistan.

CCXCII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Saadi Chirazy Mosleh-Eddini* opus, cujus titulus gulistan, unà cum commentariis Arabicis.

CCXCIII.

Codex bombycinus, quo continetur *Cheikh Saadi* opus inscriptum gulistan, unà cum interpretatione illius Arabica, cujus auctor fertur *Jakoub Seid Aly* filius.

CCXCIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur *Cheikh Saadi* opus inscriptum gulistan, unà cum interpretatione illius Arabica: interpretis autem nomen ignoratur.

CCXCV.

Codex bombycinus, quo continetur *Cheikh Saadi* opus inscriptum gulistan, unà cum interpretatione Turcica litterali, cujus auctor *Hassan Josephi* filius.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 950.

CCXCVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur *Cheikh Saadi* opus inscriptum gulistan.

CCXCVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continetur *Cheikh Saadi* opus inscriptum guliſtan.

CCXCVIII.

Codex bombycinus, quo continetur *Cheikh Saadi* opus inſcriptum guliſtan. Ad illius marginem legitur ejuſdem auctoris boſtan.

CCXCIX.

Codex bombycinus, quo continetur *Cheikh Saadi* opus inſcriptum guliſtan.

CCC.

Codex bombycinus, quo continetur *Cheikh Saadi* opus inſcriptum guliſtan.

CCCI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur operis inſcripti guliſtan compendium.

CCCII.

Codex bombycinus, quo continetur *Cheikh Saadi* opus inſcriptum boſtan. Ad codicis autem oram legitur hujuſce poëmatis interpretatio, quis illius auctor ſit non dicitur.

CCCIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur poëma inſcriptum boſtan, id eſt, hortus, auctore *Cheikh Saadi*, qui anno Hegiræ 969. ſupremum diem obiit. In eo poëmate multa ad moralem, politicam & hiſtoriam pertinentia reperias.

CCCIV.

Codex bombycinus, quo continetur opus inſcriptum boſtan, auctore *Cheikh Saadi*.

CCCV.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Opus inſcriptum boſtan, cujus auctor *Cheikh Saadi*.

2.° Carminum collectio, quæ *Chahy* poëtæ apud Perſas celebri tribuuntur.

CCCVI.

Codex bombycinus, quo continetur *Cheikh Saadi* opus inſcriptum boſtan.

CCCVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, characterumque elegantia nulli ſecundus. Ibi continetur *Cheikh Saadi* poëma cujus titulus boſtan.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 984.

CCCVIII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur opus partim ſtricta, partim ſoluta oratione ſcriptum, cujus titulus behariſtan, id eſt, ver, ubi de rebus ad politicam & doctrinam morum pertinentibus, auctore *Abdur-Rahman Dgiamy*.

CCCIX.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur poëma inſcriptum behariſtan, id eſt, ver, auctore *Dgiamy*, qui hoc ſuum opus Huſſein Baicara, Khoraſſani imperatori, Tamerlaniſque nepoti nuncupavit anno Hegiræ 911.

CCCX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur opus cujus titulus danich nameh, id eſt, liber ſcientiæ, ſive tractatus verſibus ſcriptus anno Hegiræ 670. Ibi de variis morborum generibus, illorumque curandorum ratione, auctore *Maiſſary Hakim*.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 852.

CCCXI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur carmina quædam amatoria, auctore *Dgiamy*.

CCCXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus inſcriptum divan Arefy, ſive amatoriorum carminum collectio, quorum *Arefy* auctor fertur.

CCCXIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus inſcriptum divan Khoſrew, ſive collectio carminum, quibus de vini & amoris laudibus præſertim diſſeritur. Auctore *Emir Khoſrew el Dehlevy*, quem anno Hegiræ 725. obiiſſe proditum eſt.

CCCXIV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur carminum cujuſdam poëtæ nomine *Urſi*, collectio.

CCCXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur poëmatum collectio ordine alphabetico diſpoſita. Singula dyſtichis ſeptem aut novem conſtant. Auctore *Ryazi*.

CCCXVI.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur poëma quoddam ludicrum, cujus titulus touti nameh, id eſt, liber pſittaci, ſic dictus ab avis illius nomine, quæ ibi præcipuas partes agit. Initio codicis, ut & ſub finem, folia nonnulla deſiderantur.

CCCXVII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur carminum, ut & variarum epiſtolarum, partim Perſicè, partim Turcicè ſcriptarum collectio, auctore *Khakany*, magni apud Perſas nominis poëta.

CCCXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi poëma inſcriptum ketab manthik-ul-thair, id eſt, avium logica, ſive eloquentia. Ibi decem aves introducuntur de ſuis dotibus, aliiſque de rebus inter ſe colloquentes. Sub finem aliquot folia deſiderantur.

CCCXIX.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continentur variorum poëtarum carmina ſelecta, quorum pars maxima Perſicè, nonnulla Turcicè ſcripta ſunt.

POETÆ.

In-octavo.

CCCXX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur auctoris anonymi de verſuum rhythmorumque modis & regulis.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 842.

CCCXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Tractatus inſcriptus raoudhat usſelatin, id eſt, hortus principum, auctore *Fakhry Mohammedis* filio. Dividitur opus in ſeptem capita, quorum primum de poëſeos origine, & principibus qui ipſam aut beneficiis ornarunt, aut ipſi ad ſcribenda carmina animum appulere. Secundum, de Sultanis Uſbekis vel Tartaris, qui poëtas adamarunt, & poëticam excoluere. Tertium, de Tamerlani poſteris qui poëtas inter numerantur; adjunctis quibuſdam illorum carminibus. Quartum, de principibus Irakæ & Sultanis Othomannicis, qui verſus feciſſe dicuntur. Quintum, de regibus Indiarum poëtica facultate claris, unà cum nonnullis illorum carminibus. Sextum, de viris aut natalium ſplendore, aut geſtis honoribus conſpicuis, qui in eodem argumento verſati ſunt; afferuntur & quædam illorum carmina. Septimum, de Sultano Huſſeino Mirza Tamerlanis abnepote, poëta inſigni. Ibi legitur *Fakhry* in laudem illius regis poëma. Neque omittendum eſt poëmatum illorum nonnulla lingua Turco-Tartara ſcripta eſſe.

2.° Opus cujus titulus mihir we mah, id eſt, ſol & luna, ſive fabula romanenſis de amoribus viri cujuſdam & mulieris, quæ iis nominibus inſigniuntur.

CCCXXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur opus verſibus ſcriptum, cujus titulus kenz-ur-rumouz, id eſt, theſaurus myſteriorum, ubi de præceptis & legibus quas Mahummedani ſtrictiori vitæ rationi addicti ſervare debent. Occurrunt præterea carmina quædam in nonnullorum principum laudem. Auctor *Seid Huſſeinus Haſſani* filius, cognomine *el Huſſeiny*, floruit anno Hegiræ 729.

CCCXXIII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur:

1.° Poëma quoddam inſcriptum gulchen raz.

2.° Varia carmina, quorum auctor *Dgiamy*.

3.° Anonymi opuſculum, ubi de Mahummedana theologia. Deſiderantur nonnulla.

4.° Anonymi opuſculum ejuſdem argumenti.

CCCXXIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur poëma cujus titulus lubb lubab ul maneuy fy intikhab ul meſnevy, id eſt, medulla medullarum ſenſus myſtici, ſelecta è libro meſnevy. Quo in opere de officiis religioſorum Mahummedanorum, auctore *Kiachefy*.

CCCXXV.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Poëmatis inscripti mesnevy compendium. Auctoris nomen ignoratur.

2.° Poëmatis cujus titulus hadikat-ussueda, id est, hortus beatorum, ubi de amoris & vini laudibus; auctor anonymus.

3.° Anonymi opus inscriptum mereat ul irchad, id est, speculum directionis, quo de pietatis officiis Mahummedano servandis.

CCCXXVI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur opus inscriptum divan Hafiz, sive collectio carminum quæ huic auctori tribuuntur.

CCCXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum divan Hafiz.

CCCXXVIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur opus inscriptum divan Hafiz, sive carmina varia, quorum auctor *Hafis* Schiracensis.

CCCXXIX.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur præcepta quædam ad morum doctrinam pertinentia, quorum auctor fertur *Attar*, poëta apud Persas quondam celeberrimus, adjuncta Turcica illorum explicatione: studio *Omaris Hussein* filii, qui suum hoc opus Zeirek Aga, Amurathis Sultani gratia florenti, nuncupavit. Ad oram codicis reperitur Latina illorum præceptorum interpretatio.

CCCXXX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur opus partim stricta, partim soluta oratione scriptum, cujus titulus feth ul ebuab we hakikat ul adab, id est, apertio januæ & veritas disciplinæ. Ibi allegoricè de vita & rebus gestis Mohammedis differitur, auctore *Seid Dgemaly*.

CCCXXXI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur poëma in laudem Mahmoud Sebuktequin, primi Gasnevidarum dynastiæ Sultani, auctore *Aboul Kassem, Hassan Ahmedis* filio, cognomine *Unssary*, poëtarum qui in hujusce regis aula floruerunt, facilè principe. Is autem anno Hegiræ 431. diem supremum obiisse dicitur.

CCCXXXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur operum omnium à *Saadi Chirazy Mosleh-Eddino*, tam metricè, quàm prosa oratione scriptorum collectio. Nonnulla vero reperiuntur ubi auctor pudori parum consuluit. Neque omittendum est maximam operum illorum partem nuncupari Aboubekre nepoti Zenghuy, ex Atabekorum gente, qui anno Hegiræ 656. regnabat.

CCCXXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur liber inscriptus gulistan, id est, rosarium. Hujusce operis auctor *Mosleh-Eddinus Saadi*, Chirazyta.

CCCXXXIV.

Codex bombycinus, quo continetur *Cheikh Saadi* opus inscriptum gulistan.

CCCXXXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Cheikh Saadi* opus inscriptum gulistan; unum aut alterum folium, tam initio quàm sub finem, desiderantur.

CCCXXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Cheikh Saadi* opus inscriptum gulistan.

CCCXXXVII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Excerpta è libro inscripto gulistan.

2.° Tractatus anonymi, cujus titulus wadgibat dharouvieh, id est, de rebus necessariò servandis, ubi præcipui religionis Mahummedanæ articuli juxta Persarum sectam proponuntur.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1041.

CCCXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur *Cheikh Saadi* opus inscriptum gulistan.

CCCXXXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Cheikh Saadi* opus inscriptum gulistan.

CCCXL.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Cheikh Saadi* opus inscriptum gulistan.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 993.

CCCXLI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum bostan, cujus auctor *Cheikh Saadi*. Initio codicis, ut & sub finem, nonnulla desiderantur.

CCCXLII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur *Cheikh Saadi* opus inscriptum bostan.

CCCXLIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Poëma inscriptum consilia Attar, sive sententiæ ad morum doctrinam pertinentes, auctore *Cheikh Feriduddino Attar*.

2.° Ejusdem aliud poëma, cujus titulus bulbul nameh, id est liber Lusciniæ; ideo sic dictus, quod ibi Luscinia præcipuas partes agat.

CCCXLIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1676. Ibi continentur *Dgiamy* poëmata.

CCCXLV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur poëma inscriptum subhet ul abrar, ubi de rebus ad doctrinam morum pertinentibus, auctore *Abdur-Rahman Dgiamy*.

Is codex anno Hegiræ 926. exaratus dicitur.

CCCXLVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur opus inscriptum beharistan, de quo jam antea. Nonnulla desiderantur.

CCCXLVII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur carmina quædam, quorum auctor *Yahïa Effendy*.

CCCXLVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur poëma inscriptum avium colloquia. Auctore *Cheikh Feri-uddino*, cognomine *Attar*, qui anno Hegiræ 513. in oppido Nichabour natus dicitur. Ibi aves de amore inter se colloquuntur.

CCCXLIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur carmina è variis præstantiorum, qui apud Persas floruerunt, poëtarum operibus selecta.

CCCL.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, elegantissimè scriptus. Ibi continentur poëmata varia de amore, quorum auctor *Selemi* quidam.

CCC-LI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continetur poëma inscriptum ssifat-ul-achikin, id est, puritas seu claritas amantium; ibi de amore, more Platonico, differitur, auctore *Hilaly*, poëta apud Persas celebri.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 991.

CCCLII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur poëma inscriptum ketab ssifat-ul-achikin, id est, puritas seu claritas amantium. Dividitur in decem & novem capita, unumquodque vero caput in plures sectiones. Ibi de Deo, Mohammede, & præcipuis illius rebus gestis, quæ, si poëtæ fides, ad amorem referendæ sunt. Auctore *Hilaly*.

CCCLIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum divan Kassem.

CCCLIV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur carmina è variis poëtarum scriptis collecta, ubi de amore & vino.

CCCLV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi tractatus inscriptus ssifat-ul-achikin, id est, dotes amatorum. Dividitur in duas partes, quarum prima amoris divini natura explicatur, in altera illustriorum aliquot amantium exempla reperias.

FABULÆ ROMANENSES.

In-folio.

CCCLVI.

Codex chartaceus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur fabula romanensis, de Josephi & Zelikhæ Putipharis uxoris amoribus, versibus scripta, auctore *Abdur-Rahman Dgiamy*.

Is codex Davidis cujusdam Hispahanensis manu exaratus est.

CCCLVII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, characterum elegantia nulli secundus. Ibi continentur:

1.° Poëma inscriptum Khosreu ve Chirin, sive de amoribus Chosroæ & Chirin, auctore *Abdullah*, cognomine *Hatify*.

2.° Ejusdem poëma, cujus titulus Leileh ve Medgnoun, sive fabula romanensis, magni apud Orientales nominis, de amoribus Leileh & Medgnoun.

3.° Poëma ejusdem inscriptum hest manzar, id est, septem aspectus, sive fabula romanensis, de amoribus Bahram, sexti ejus nominis Sassanidarum dynastiæ regis.

4.° Ejusdem poëma inscriptum Timour nameh, sive de Tamerlani rebus gestis.

CCCLVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur fabula romanensis, carmine scripta, de amoribus fœminæ cujusdam nomine Douvel, & Khizerkhan, Turquestani regis.

FABULÆ ROMANENSES.

In-quarto.

CCCLIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur poëma de amoribus Josephi & Zelikhæ Putipharis uxoris, auctore *Dgiamy*, poëta celeberrimo, nato in oppido Dgiam, non magno ab Herat intervallo. Quod opus Sultano Houssein Mirzæ Tamerlanis nepoti, & Khorassani regi, inscribitur. Zelikha in romanensi illa fabula post mortem Putipharis Josepho nupsisse fingitur; eo autem extincto, superstes esse noluit.

CCCLX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Amores Josephi & Zelikhæ Putipharis uxoris, quæ, Putiphare mortuo, Josepho nupsit, auctore *Nizamy*, poëta magni apud Orientales nominis.

2.° Medgnoun & Leileh amores, auctore eodem.

3.° Khosroæ Persiæ regis & Chirin amores, eodem auctore.

CCCLXI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi fabula romanensis, de amoribus Josephi Patriarchæ & Zelikhæ, quam Mahummedani Putipharis uxorem fuisse existimant.

2.° Formulæ quædam in conscribendis epistolis adhibendæ, Arabicè.

CCCLXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur opus cujus titulus Khosreu ve Chirin, sive fabula romanensis, versibus scripta, de amoribus Khosroæ, Hormisdæ filii, vigesimi tertii Sassanidarum dynastiæ regis, & Chirin: auctore *Nizamy*, magni apud Persas nominis poëta.

CCCLXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum Khosreu ve Chirin, sive fabula romanensis, de amoribus Khosroæ Hormisdæ filii, auctore *Nizamy*.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1039.

CCCLXIV.

Codex bombycinus, olim Francisci Pauli le Ferrier, prioris sanctæ Columbæ, ordinis Præmonstratensis, picturis non ineleganti-bus ornatus. Ibi continetur liber cujus titulus hest manzar, sive fabula romanensis, versibus scripta, de amoribus Bahram Persarum regis, è Sassanidarum dynastia.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 925.

CCCLXV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii. Ibi continetur opus cujus titulus Sam nameh, sive fabula romanensis, versibus scripta, amores complectens Sam, qui è veteribus Persarum regibus originem ducebat. Initio codicis folia quædam, ut & auctoris nomen, desiderantur.

CCCLXVI.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaul-

mini, ubi continetur poëma inſcriptum ketab Leileh ve Medgnoun, ſive fabula romanenſis, de amoribus Leileh & Medgnoun, auctore *Hatify*. In eo codice nonnulla deſiderantur.

CCCLXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur fabula romanenſis, cujus titulus Mihir we Muchtery, verſibus ſcripta.

CCCLXVIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Fabula romanenſis, cujus titulus Bakhtïar nameh, auctore anonymo.

2.° Anonymi fabula romanenſis, cujus titulus nuh manzar.

3.° Anonymi aſtronomiæ compendium.

4.° Carmina quædam.

FABULÆ ROMANENSES.

In-octavo.

CCCLXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur poëma inſcriptum Youſouf we Zelikha, ſive fabula romanenſis, de Joſephi & Zelikhæ Putipharis uxoris amoribus.

CCCLXX.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur poëma inſcriptum Khoſreu we Chirin, ſive fabula romanenſis, de amoribus Khoſroæ & Chirin, auctore *Nizamy*.

CCCLXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inſcriptum chah ve Dervich, ſive fabula romanenſis, de amoribus cujuſdam Dervich, id eſt, religioſi Mahummedani, auctore *Hilaly*.

CCCLXXII.

Codex chartaceus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur poëma inſcriptum Leileh we Medgnoun, ſive fabula romanenſis de amoribus Leileh & Medgnoun, auctore *Hatify*.

CCCLXXIII.

Codex bombycinus, picturis non inelegantibus ornatus. Ibi continetur fabula romanenſis, de amoribus Leileh & Medgnoun.

CCCLXXIV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur poëma inſcriptum Mihir ve Muchtery, ſive fabula romanenſis, de amoribus Mehir & Muchtery, auctore *Chukh Haſſan*, à quo illud opus editum eſt anno Hegiræ 778.

APOLOGI.

In-folio.

CCCLXXV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus cujus titulus kalilah we damnah, ſive fabulæ Æſopicarum non abſimiles, idem prorſus cum anuar Sohaily, de quo infra. Noſter autem hic codex ex Arabica lingua in Perſicam converſus dicitur à *Naſr-Allah Aboulmeala*, nuncupatuſque Bahram Chah, filio Maſſoud Gaſnevidæ, qui anno Hegiræ 547 imperabat.

CCCLXXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur opus inſcriptum kalilah we damnah. An ex Indica lingua, an ex Arabica in Perſicam converſum ſit, non dicitur. Interpretis quoque nomen non occurrit. Is codex variis picturis, illiſque elegantibus ornatus eſt.

CCCLXXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur opus inſcriptum kalilah we damnah. In eo codice variæ picturæ, illæque elegantes.

CCCLXXVIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur fabulæ quinquaginta duæ ex Indica lingua in Perſicam, à quodam *Nakhcheby* converſæ. Ibi divitis mercatoris filius peregrè proficiſcens, uxori pſittacum dono dat, ea lege ut nihil agat, ave inconſulta. Pſittacus autem variis fabulis mulieris animum ſic demulcet, ut ſemper impedimento ſit ne ruat in amplexum adoleſcentis quem deperibat.

APOLOGI.

In-quarto.

CCCLXXIX.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi

Thevenotii, ubi continetur opus inſcriptum kalylah we damnah.

CCCLXXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inſcriptum kalylah we damnah.

CCCLXXXI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anuar Sohaily, id eſt, ſtella Canopi, liber toto Oriente celeberrimus, quem *Buzurgemihir* à Nouchireuan Perſarum rege, illius comparandi gratia, in Indias miſſus, ex Indica lingua in Pehelevianam, ſive veterem Perſicam convertit, & ex illa in recentiorem *Aboulmealy*, cujus interpretatio, ſecutis temporibus, emendata & locupletata, conſecrataque Houſſain Mirzæ Aboulgazi, Tamerlanis abnepoti, Khoraſſani Sultano, anno Hegiræ 911. In eo autem opere, fabulæ & apologi complures à *Bidpæi* in gratiam Dabſchelim Indiarum regis ſcripti.

CCCLXXXII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Vanſlebii opera illatus anno 1675. Ibi continetur liber inſcriptus anuar Sohaily, ſive tractatus ethicus, agens præſertim de vita prudenter inſtituenda, adjunctis exemplis & narratiunculis, ſtricta & ſoluta oratione.

CCCLXXXIII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continetur opus inſcriptum anuar Sohaily, id eſt, lumina Sohaily.

Is codex manu Davidis Hiſpahanenſis, dum Pariſiis verſaretur, exaratus eſt.

CCCLXXXIV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Opus inſcriptum Marzeban nameh, id eſt, liber Marzeban, qui Marzeban à Khoſreu primo originem duxiſſe fingitur. Is liber fabulis conſtat, quibus animalia inter ſe colloquentia de rebus ad formandos mores pertinentibus, introducuntur. Fertur autem è veteri lingua Perſica in recentiorem converſus. Interpretis nomen ignoratur.

2.° Anonymi tractatus cujus titulus dgihan nameh, ſive tractatus geographicus viginti capita complectens.

3.° Anonymi fabula romanenſis inſcripta Bakhtiar nameh, id eſt, hiſtoria Bakhtiar.

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 833.

APOLOGI.

In-octavo.

CCCLXXXV.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur opus inſcriptum kalilah we damnah. Vid. Herb. *Biblioth. Orient. pag. 245.*

Is codex exaratus eſt anno Hegiræ 718.

CCCLXXXVI.


Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber inſcriptus muferrih ul kouloub, id eſt, deliciæ cordium, in quo ſub fabularum involucro, multa de moribus rectè inſtituendis. Opus ex Indica lingua in Perſicam à *Tadg-uddino* converſum.

CCCLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber inſcriptus tuhfet ul kouloub, id eſt, munus cordium, ſive cujuſdam Indiarum regis hiſtoria fabuloſa, ubi de morum doctrina & regimine politico. Opus ex Indica lingua in Perſicam à *Chehabuddino Mahummede* converſum, & Chah Dgihan, Indiarum Sultano, nuncupatum.

CCCLXXXVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continentur fabulæ decem quas filius morti addictus, patri ſuo Perſarum regi, cui minimè notus erat, narrare fingitur. Huic varia malevoli quidam homines objiciebant crimina; verum fabularum illarum ope, eò rem deduxit, ut detectis malis invidorum artibus, & agnito filio, rex in accuſatores animadverti juſſerit.



CODICES

CODICES TURCICI.

SCRIPTURA SACRA.

In-quarto.

Codex Primus.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur Salomonis proverbia, ab anonymo Turcicè conversa.

SCRIPTURA SACRA.

In-octavo.

II.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Historia Judithæ, Turcicè, stylo parum eleganti ab anonymo conversa.

2.° Ejusdem historia Persicè conversa, interprete patre *Gabriele*, è Capucinorum familia.

THEOLOGI MAHUMMEDANI.

In-folio.

III.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur preces singulis septimanæ diebus à Mohammedanis recitandæ.

Is codex jussu cujusdam fœminæ, nomine Cadige, exaratus dicitur anno Hegiræ 838.

IV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus ymad ul islam ala hadith enneby, id est, fulcimentum legis Mohammedicæ, juxta traditiones è Mohammedis ipsius ore excerptas; sive tractatus de quinque Mohammedanæ religionis fundamentis, fide nempe, oratione, jejunio, eleemosyna, & Meccana peregrinatione. Opus primum ab *Abdulazis* Persicè conscriptum, postea in linguam Turcicam conversum studio *Abdulrahman, Josephi* filii.

THEOLOGI MAHUMMEDANI.

In-quarto.

V.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur preces ex Alcorano excerptæ, ut & alia quædam ad doctrinam morum pertinentia.

VI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus, ubi de Alcorani purè & accuratè legendi ediscendique ratione, multis differitur.

2.° Anonymi tractatus, ubi ad instar concionum quæ ab Imamis in Mesquitis haberi solent, Dei unitas asseritur.

3.° Anonymi tractatus, quo menses inter Arabicos lunares & Græcorum solares comparatio instituitur.

Sequuntur sex folia, ubi de peregrinatione Meccana.

VII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur anonymi tractatus, qui totus in explicandis religionis Mohammedanæ mysteriis versatur; ita tamen ut multa ridiculæ superstitionis vestigia deprehendantur.

VIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur commentarii Turcicè scripti, in conciones quarum *Aly* pseudo-prophetæ gener apud Mahummedanos auctor fertur; commentarii autem illi tribuuntur *Cheikh Seid Hussein* filio *Gani*.

IX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus kitab scheriat-ul-islam, id est, tractatus de vera religione, sive de rebus lege Mohammedana concessis aut vetitis. Opus ex Arabica lingua in Turcicam ab anonymo conversum.

Ad hujusce codicis calcem hæc leguntur: *Hunc librum in Alcoranum dedit mihi fratri Joanni Caillemer sacerdoti Hierosolymitano, D. Joannes Aurontius sacerdos Maronita, meus in lingua Arabica magister. Melitæ, anno Domini 1642.*

X.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur tractatus de præcipuis religionis Mohammedanæ capitibus, auctore *Mohammede Effendi*.

XI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus,

quo continetur liber cujus titulus kitab Kothob-uddin, ſive tractatus de præcipuis religionis Mohammedanæ capitibus, auctore *Kothob-uddin, Mohammedis* filio. Sub finem nonnulla reperiuntur ad doctrinam morum pertinentia.

Is codex anno Hegiræ 945. exaratus eſt.

X I I.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inſcriptum kitab Kothob-uddin, ſive tractatus de præcipuis religionis Mohammedanæ capitibus, auctore *Kothob-uddin, Mohammedis* filio.

X I I I.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur tractatus cujus titulus kitab hulviat ſultany, id eſt, liber ſuavitatum regiarum, diviſus in capita ſeptuaginta, quibus de precibus, ablutionibus, templis, ſacrificiis, jejuniis & peregrinationibus, per quæſita & reponſa diſputatur, auctore *Aboul Haſſan Iſmail, Ibrahimi* filio.

X I V.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus cujus titulus ſadr aſſalah, id eſt, altiſſimus perfectionis gradus. Ibi de iis quæ ſincero Mohammedano credenda, de Patriarcharum religione, de aquis ad corporis ablutionem idoneis, aliiſque compluribus Mohammedanæ ſuperſtitionis capitibus, auctore *Muhammede, Muſtafæ* filio.

Is codex anno Hegiræ 1050. exaratus eſt.

X V.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi tractatus, in quo de Mohammedanæ religionis præceptis diſſeritur.

X V I.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur tractatus catechiſmorum noſtrorum non abſimilis, in quo de fide, ritibus, & ſtatutis Mohammedicæ religioni peculiaribus breviter diſſeritur, auctore *Mohammede Pir Aly*.

X V I I.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus ibret numai Lamey, ubi de rebus ad Mohammedanam pietatem & morum doctrinam pertinentibus, auctore *Lamey*.

X V I I I.

Codex bombycinus, olim Cardinalis Richelii. Ibi continetur opus inſcriptum ibret numai Lamey, ſive tractatus de rebus ad pietatem Mohammedanam & doctrinam morum pertinentibus, auctore *Lamey*.

X I X.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus gadaerrouh, id eſt, animæ alimentum, in quo de rebus ad Mohammedanam pietatem & doctrinam morum pertinentibus diſſeritur, auctore *Lamey*.

X X.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus anuar ul achikin, id eſt, lumina Dei amantium; opus primum à *Cheikh Mohammed,* filio *Saleh,* Arabicè conſcriptum, poſtea ſtudio *Ahmed Bidgean* in linguam Perſicam converſum. Dividitur in partes quinque, quarum prima de Dei exiſtentia diſſeritur; in ſecunda, de colloquiis Dei cum prophetis; in tertia, de angelis; in quarta, de extremo judicio; in quinta, de iis rebus quas Mohammedani cæteris antecellere, è Dei ipſius verbo, exiſtimant.

Is codex anno Hegiræ 986. exaratus eſt.

X X I.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi tractatus de peregrinatione Meccana juxta Abou Haniſæ doctrinam ritè obeunda.

2.° Poëma de palpitationibus quarumdam corporis partium minimè voluntariis, illarumque prognoſticis, auctore *Meulana Seuvady,* qui hoc ſuum opus Ali Pacha, Viziro primario, nuncupavit.

3.° Anonymi poëma verſibus Perſicis ſcriptum, ubi de fundamentis artis medicæ juxta Ariſtotelis doctrinam diſſeritur.

4.° Anonymi poëma Turcicis verſibus ſcriptum, ubi de illorum officiis qui aliquod munus in imperio Othomannico gerunt.

X X I I.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus menaſſik hadgd, ſive tractatus de peregrinatione Meccana piè & religiosè obeunda. Auctoris nomen non occurrit.

XXIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi liber cujus titulus menassik hadgd, sive tractatus de peregrinatione Meccana piè & religiosè obeunda.

XXIV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur nonnulla ad theologiam, aliasque disciplinas spectantia, temerè conjecta. Occurrunt præterea quædam de Mesquitarum annuis reditibus, ut & præcepta ad regimen politicum pertinentia.

XXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Fragmentum de precibus ritè peragendis.

2.° Fragmentum characteribus Mauritanicis scriptum, quo de Dei nominibus differitur.

3.° Opusculum Arabica lingua, versibus scriptum, ubi de legis Mohammedicæ excellentia, auctore *Omaro, Ibrahimi* filio.

4.° De scientiarum utilitate & grammaticæ præstantia fragmentum.

5.° Doctorum quorumdam Mohammedanorum elogia.

THEOLOGI MAHUMMEDANI.

In-octavo.

XXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opusculum anonymi, in quo de Alcorano, & rebus ad Mohammedanam religionem spectantibus differitur.

XXVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus de præcipuis religionis Mohammedanæ capitibus, auctore *Mohammede Effendy*.

XXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur preces variæ, adjuncto quodam quasi commentario, ubi differitur de tempore quo recitandæ illæ orationes, de earum virtute, & malis quæ illarum ope evitari possunt.

XXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur preces variæ, cum auctoris anonymi explicationibus, ubi insulsa multa & anilem superstitionem redolentia, occurrunt.

XXX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur preces quædam ad usum Mahummedanorum, adjuncta paraphrasi & explicatione.

XXXI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus menassik hadgd, sive tractatus anonymi, in sectiones viginti quinque divisus, ubi de suscipiendæ Meccanæ peregrinationis causis, de ritibus pio Mohammedano servandis, & locis quæ ab ipso invisi debent.

Is codex anno Hegiræ 1054. exaratus est.

XXXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus de oratione, ab *Abou Suoud Effendy* scriptus in gratiam Aly Pacha magni Viziri. Dividitur in sex capita, ubi occurrunt preces quas Mahummedanus singulis diebus tenetur recitare.

XXXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi tractatus de præcipuis religionis Mohammedanæ capitibus.

2.° Anonymi tractatus de essentia divina & attributis divinis.

JUS CANONICUM ET CIVILE.

In-folio.

XXXIV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi tractatus de Mohammedanorum jure, tam civili quàm canonico.

XXXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum kavanin Othmanian, id est, liber canonum Othmannidarum, quo imperii Othomannici constitutiones, Sultanorum edicta, imprimis vero Selimi diploma, illius jussu ab Aly Pacha, primario Viziro promulgatum.

Is codex anno Hegiræ 953. exaratus est.

XXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum moktassar kanon nameh, sive libri de quo supra, epitome. Initio quædam desiderantur.

Is codex anno Hegiræ 959. exaratus est.

XXXVII.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur hodgdgeto, sive decreta Cadhy aut Judicis. Ibi ratio subducitur pecuniæ quæ persolvenda restabat Melitensibus, ob liberatos quosdam Turcas captivos.

JUS CANONICUM ET CIVILE.

In-quarto.

XXXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus de jure Mohammedico, ubi quæstiones ferè omnes, ut & dubia, doctorum auctoritate solvuntur. Desideratur auctoris nomen.

Is codex anno Hegiræ 1050. exaratus est.

XXXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur varia Sultanorum edicta, diversis de rebus, ad imperii Othomannici regimen statuendum pertinentibus. Edicta autem illa nullam præ se ferunt temporis notam, si decimum nonum exceperis, quod datum dicitur 19. mensis Dgemaziel, anno Hegiræ 887.

XL.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus telkhis ul beyan fi cavanin al osman: opus in quo colliguntur leges variæ & constitutiones ab imperatoribus Othomannicis ad annum usque Hegiræ 1100. promulgatæ, auctore *Hussain,* cognomine *Hezar Fen.*

XLI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum canon nameh padichai. Dividitur in duas partes; prior varias diplomatum regiorum formulas exhibet, ad ditiones illas spectantes, quas Turcæ Timarler appellant. In altera leguntur varia imperatorum edicta, in illorum gratiam quibus ex ærario victus suppeditatur.

XLII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Variæ actorum publicorum formulæ: illarum quædam Arabicæ sunt, verum characteribus Turcicis.

2.° Epistolarum formulæ.

JUS CANONICUM ET CIVILE.

In-octavo.

XLIII.

Codex bombycinus, quo continetur liber cujus titulus medgma ul massail, id est, collectio interrogationum. In eo autem tractatu de Mohammedanorum jure tam civili quàm canonico disseritur, auctore *Seid Ahmed Mustaphæ* filio, cognomine *Laly,* à quo opus illud editum anno Hegiræ 940.

HISTORICI.

In-folio.

XLIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Tractatus quem *Nevy Effendy* Amurathi, ejus nominis tertio, inscripsit, ubi de chronologia, physica, sphæra, metaphysica, jurisprudentia, Alcorani explicandi ratione, somniis exponendis, medicina, agricultura, astronomia & epochis celebrioribus, à mundi creatione ad Solimanum usque primum. Sequitur historiæ universalis compendium.

2.° *Jaiah Effendy* poëma, fabulas & historias complectens.

XLV.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur liber cujus titulus takuim ul tevarikh, id est, tabulæ chronologicæ, ubi appositis annis, quæcumque magis memoratu digna à creatione mundi ad annum Hegiræ 1080. contigerunt, tabularum ope oculis subjiciuntur. In eo autem opere multa occurrunt de variis epochis & dynastiis, quæ ante Mohammedis ortum, & ab illius morte initium cœpere, imprimis vero de Othomannidarum imperio, Sultanis, & viris qui apud ipsos summos honores gesserunt, auctore *Mustafa* filio *Abdallah,* Constantinopolitano, *Hadgy Khalfa* nuncupato. Hæc autem illius lucubratio lingua Persica edita

est, si præfationem & notas excipias, quæ Turcicè scriptæ sunt.

XLVI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur genealogiæ 1.° Prophetarum Mohammede antiquiorum. 2.° Regum Persiæ. 3.° Mohammedis. 4.° Chalifarum, tam Ommiadarum, quàm Abbassidarum. 5.° Sammanidarum. 6.° Sebukteguinorum. 7.° Dilemitarum. 8.° Khouaresmiorum. 9.° Selgiukidarum. 10.° Molheditarum. 11.° Genghiskanidarum. 12.° Othomannidarum, qui ad Japhetum Noæ filium genus referre finguntur. Opus è Persica lingua in Turcicam ab *Yousouf Abdallæ* filio conversum, & Solimano ejus nominis primo, Turcarum imperatori, nuncupatum.

XLVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus hadikat essueda, id est, hortus beatorum, in quo de Prophetarum Mohammede antiquiorum, Mohammedis ipsius, Ali generi, & filiorum, rebus adversis. Opus è Persica lingua in Turcicam à quodam *Fuzouly* conversum.

Is codex anno Hegiræ 1050. exaratus est.

XLVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus seadet nameh, id est, liber felicitatis, in quo de variis calamitatibus quæ Prophetis Mohammede antiquioribus, Mohammedi ipsi, Fathimæ ejus filiæ, Aly genero, Hassan & Hussein liberis contigerunt. Opus è Persica lingua in Turcicam conversum à *Dgiamy*, qui illud Solimano ejus nominis primo, Turcarum imperatori, nuncupavit.

XLIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Liber inscriptus anuar ul achikin, id est, amatorum lumina, ex Arabica lingua in Turcicam ab *Ahmed Bidgean* conversus, historiam Patriarcharum & Prophetarum à mundi creatione ad Mahummedem usque complectens.

2.° Rerum Mahummedanis credendarum epitome, auctore anonymo.

L.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur historiæ universalis, cujus titulus medgmea-ettevarikh, volumen secundum, ubi de Persarum rebus gestis à Caico Bad, primo secundæ dynastiæ, Gaianidarum nempe, regi, ad Chæram Sessanidarum vigesimum tertium, quo imperante, Mahummedes natus fertur. Auctore anonymo, qui ad calcem secundi hujusce voluminis tertium pollicetur.

LI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur pars prima, secunda & tertia libri cujus titulus tharikh thabary, sive historia universalis; qua de antiquis Orientis Patriarchis, Persicis imperatoribus, variisque illorum dynastiis, ad Mohammedem usque; de Mohammede ipso, & Abbassidis, quorum ultimus ab Hulaco Ginghiscani filio interemtus est. Opus primùm ab *Abou Giafar Mohammed ben Giorair* Arabicè conscriptum, postea ab anonymo in linguam Turcicam conversum.

Is codex anno Hegiræ 980. exaratus est.

LII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur pars prima libri cujus titulus tarikh thabary, sive historia universalis, Turcicè conversa, & à creatione mundi ad annum usque Hegiræ 300. deducta.

Is codex anno Hegiræ 970. exaratus est.

LIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars tertia libri cujus titulus tarikh thabary, sive historia universalis, in linguam Turcicam conversa, & à mundi creatione ad annum usque Hegiræ 300. deducta.

LIV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur pars historiæ universalis, ab anno Hegiræ 105. ad annum usque ejusdem æræ 967. Ibi de vetustis Tartarorum imperatoribus, Selgiukidis, Gasnevidis & Othomannicis, ad devictam à Selimo Ægyptum. Hujusce codicis initium & finis desiderantur, proindeque nomen auctoris.

LV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars secunda libri

cujus titulus scir enneby, sive de Mohammedis pseudoprophetæ rebus gestis, adversus illos qui doctrinæ ejus & conatibus adversati sunt, è quorum numero Abougehel bem Hachem, & Khabireh. Ibi quoque multa de primis pseudoprophetæ discipulis, Aboubekro, Omare & Othmane. Opus ex Arabica lingua in Turcicam à *Bedreddino* conversum.

Is codex anno Hegiræ 837. exaratus est.

L V I.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus futouh uschcham, sive historia bellorum à primis Mohammedis successoribus in Syria, donec eam tandem subegerint, gestorum. In eo autem opere multa aut omnino fabulosa, aut fabulis proxima, deprehendas. Auctoris nomen ignoratur.

L V I I.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur volumen primum libri cujus titulus kissai Abou Mosslem, ubi de rebus ab Abou Mosslem, duce fortissimo, egregiè gestis. Illius ductu Abbassidæ, expulsis Ommiadis, Chalifatum obtinuerunt; verum Abou Giafar Mansour, secundus hujusce gentis Chalifa, tanti beneficii immemor, Abou Mosslem in regiam arcessitum, dolo interemit, anno Hegiræ 187. Opus autem Arabicè primum ab *Abou Thahery el Thoussi* conscriptum, postea anonymi studio in linguam Turcicam conversum est. Observare autem operæ pretium est, in eo opere multa fabulosa aut fabulis proxima, reperiri.

L V I I I.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur volumen secundum operis cujus titulus kissai Abou Mosslem, ubi de rebus illius gestis adversus Ommiadas, in Korassano & Iraen.

Is codex anno Hegiræ 928. exaratus est.

L I X.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur volumen tertium operis cujus titulus kissai Abou Mosslem, ubi de rebus illius gestis adversus plurimos principes, & Autherum præsertim.

L X.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur volumen quartum operis cujus titulus kissai Abou Mosslem, ubi de rebus illius gestis adversus Merouan Chalifam, qui tandem, expugnata Damasco, interemtus est. Verum Safaus tot beneficiorum immemor, Abou Mousslemum interficiendum curavit.

L X I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur Ægypti historia, è variis scriptoribus qui illam litterarum monumentis consignarunt, exscripta. Ibi de regibus quibus ab orbe condito ad Selimum usque paruit Ægyptus, de illius antiquitatibus, de Nili fontibus, de veterum Ægyptiorum religione, moribus, de regiminis forma, de bellis Francorum, illorum victoriis. *Saleh Ebou Dgelal-uddin,* opus de quo nunc, Solimano magno, anno Hegiræ 953. inscripsit.

L X I I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi historia Selgiukidarum, qui in Natolia ab anno Hegiræ 480. ad annum usque 700. imperarunt, Kaikobado autem illorum ultimo regnante, in Ginghiskani potestatem venerunt. Initio codicis, ut & sub finem, nonnulla desiderantur.

L X I I I.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber cujus titulus corona chronicorum, ubi de principum Othomannorum, à jactis imperii fundamentis, ad ultima usque Selimi primi tempora. Desideratur tamen trium Sultanorum historia, Muhammedis nempe secundi, Bajazethis secundi, & Selimi primi, quæ forte ad alterum volumen pertinebat. Auctor illius operis *Saaduddinus* filius *Hassan,* cognomine *Khodgia Effendi,* Amurathis, ejus nominis tertii, præceptor. Neque omittendum ad singularum vitarum finem, doctorum qui illis imperantibus floruerunt, catalogum reperiri.

L X I V.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur pars prima historiæ Othomannicæ, ab imperii origine ad Mohammedem ejus nominis secundum, nonum Turcarum imperatorem, deductæ. Auctore *Saadeddino Mohammed,* qui huic operi scribendo manum admovit anno Hegiræ 928. imperante Selimo, Solimani patre.

LXV.

Codex bombycinus, quo continetur historia Othomannica, cujus auctor *Saadeddinus Mohammed.*

LXVI.

Codex bombycinus, quo continetur liber cujus titulus tevarikh al Osman, id est, annales Othomannici, à jactis imperii Othomannici fundamentis, ad initia Mohammedis Ibrahimi filii, decimi noni Turcarum imperatoris. Auctore *Solak Zadah,* qui hoc suum opus Mohammedi ipsi nuncupavit.

LXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus, quo continetur liber cujus titulus tadg ul tevarikh, id est, corona annalium, sive historia Othomannica, à jactis imperii fundamentis, ad annum usque Hegiræ 962. Auctore *Saadeddino Mohammed,* vulgo *Khodgia Effendi* nuncupato, cujus mors refertur ad annum ejusdem æræ 1008. Opus magni apud Turcas nominis, cum ob accuratam rerum tractationem, tum ob singularem styli elegantiam.

LXVIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur imperatorum Othomannidarum historia, à jactis illius imperii fundamentis, ad annum usque Hegiræ 962. Auctore *Saadeddino Mohammed,* vulgo *Khodgia Effendi* nuncupato.

LXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur imperatorum Othomannidarum historia, auctore *Saadeddino Mohammed,* vulgo *Khodgia Effendi* nuncupato.

LXX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur pars secunda historiæ Othomannicæ, cujus auctor *Saadeddinus Mohammed.* Ibi de Bajazethis secundi & Selimi primi rebus gestis.

LXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur historia imperatorum Othomannorum, videlicet Selimi secundi, Amurathis tertii, Solimani primi, Ahmedis & Mustaphæ filiorum Mahummedis tertii, Osmanni Ahmedis filii, & Muhammedis tertii. Auctoris nomen ignoratur.

LXXII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur rerum ab imperatoribus Turcicis, Solimano primo, Selimo secundo, Amurathe tertio, Ahmede primo, Osmanno secundo, Mustapha primo & Amurathe quarto, gestarum historia. Ibi quoque nonnulla de Tartaris Crimeæ incolis, & illorum cum Porta Othomannica fœderibus reperias. Auctor hujusce operis quidam *Pechoglon,* ideo sic appellatus, quod Viennæ Austriacæ natus esset.

LXXIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur rerum à Turcis, imperante Selimo, Solimani filio, in Asia & Europa, gestarum historia. Desiderantur capitum tituli omnium, quos scribere minio librarius sibi proposuerat. Auctoris nomen latet.

LXXIV.

Codex chartaceus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam illatus anno 1675. Ibi continetur rerum à Selimo primo, Bajazethe secundo, & Solimano illius filio, gestarum historia, auctore *Saadi* filio *Abdul Muteal,* qui suum hoc opus Solimano nuncupavit.

LXXV.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur bella à Solimano magno ab anno Hegiræ 947. ad annum usque ejusdem æræ 950. in Hungaria gesta, illius victoriæ, ut & Strigonii & Albæ Juliæ expugnatio, auctore *Sinan Tchaouch.*

LXXVI.

Codex bombycinus, quo continetur pars historiæ Othomannicæ, ubi de iis quæ ab anno Hegiræ 1000. ad annum ejusdem æræ 1065. magis memoratu digna contigerunt. Auctoris nomen ignoratur.

LXXVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Rerum quas Aly Pacha Ægypti præfectus, imperante Mahummede ejus nominis tertio, anno Hegiræ 1013. pacandæ provinciæ causa gessit, narratio, auctore

anonymo, qui partim metricè, partim prosa oratione scripsit.

2.° Anonymi carmina, ubi de varii argumenti rebus.

LXXVIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Imperatorum Othomannicorum ad varios Asiæ principes epistolæ.

2.° Variorum Asiæ & Europæ principum ad Sultanorum & primarii Viziri litteras responsa, ubi non pauca ad historiam spectantia, eaque scitu non indigna, reperias.

3.° Imperii optimatum, & doctorum quorumdam de nonnullis Mohammedanæ fidei capitibus epistolæ.

LXXIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, elegantissimèque exaratus, quo continentur variæ Sultanorum, & regum epistolæ, Arabica, Persica, & Turcica lingua scriptæ, quas inter:

1.° Epistola Persicè scripta à Sultano Orkan ad Karamanum Natoliæ principem, unà cum illius responso.

2.° Solimani principis epistola ad Sultanum Orkan, ubi multa de bello adversus Græcos, unà cum illius responso.

3.° Chah Hassan Persarum regis ad Sultanum Orkan epistola, ubi de bellis quæ tum temporis gerebantur, unà cum illius responso.

4.° Sultani Orkan epistola ad Karamanum, illiusque responsum.

5.° Amurathis ad eundem epistola, qua illum de victoria adversus Hungariæ regem reportata certiorem facit, unà cum ejus responso.

6.° Amurathis epistola ad Persarum regem, de rebus ad Adrianopolim gestis, & urbe tandem expugnata, illiusque responsum.

7.° Amurathis ad Bajazethem epistola, de quibusdam expeditionibus adversus Græcos suscipiendis, ejusque responsum.

8.° Amurathis ad Ali Bey Natoliæ principem, ubi de Saudgy Bey, qui ab ipso defecerat.

9.° Bulban Amurathis exercituum ducis ad ipsum epistola de capta Sophia, unà cum illius responso.

10.° Bajazethis ad primarium Prusæ Judicem, ubi de victoria ad Cozavam reportata.

11.° Bajazethis ad eundem epistola, de Amurathe patre, Græci cujusdam proditione, interfecto, quam illius mortem celatam vult.

12.° Kara Yousouf, principis oppidi Tauris, ad Bajazethem epistola, qua illum monet ne Tamerlanis vires nimium augeri patiatur, unà cum ejus responso.

13.° Sultani Ahmed Gelair, Bagdadensis principis, epistola ejusdem argumenti, ejusque responsum.

14.° Sultani Mansour principis Chiraz, ad Bajazethem epistola ejusdem argumenti, illiusque responsum.

15.° Bajazethis ad primarios imperii judices, de iis præparandis quæ ad Constantinopoleos obsidionem necessaria erant.

16.° Aliæ ejusdem argumenti epistolæ.

17.° Solimani ad Bajazethem epistola, de profligato hostium exercitu, illiusque responsum.

18.° Tamerlanis ad Bajazethem, & Bajazethis ad Tamerlanem epistolæ variæ, quibus belli inter utrumque orti causæ reperiuntur.

19.° Mahummedis Sultani ad Ægypti regem, & Ægypti regis ad Mahummedem epistolæ, quibus amicitiam inter se instituunt.

20.° Hamse Bey ad Mahummedem epistola, de desertis à se Moussa Cheleby, Muhammedis fratris, partibus, unà cum illius responso.

21.° Muhammedis ad primarium Prusæ Judicem epistola, de Moussa fratre post victoriam suo jussu interemto.

22.° Schahrokh Tamerlanis filii ad Mahummedem epistola, illiusque responsum.

23.° Kara Yousouf ad Mahummedem epistola, de bello quod à se adversus Schahrokh gerebatur, unà cum Sultani responso.

24.° Osman Kara Youlouk ad Schahrokh epistola; quæ cum in Mahummedis Sultani manus incidisset, sequitur altera Osman ad Mahummedem epistola, qua priorem sibi redditam negat.

25.° Mohammedis ad Kara Yousouf epistola, de victoria quam adversus Muhammedem Bey reportarat.

26.° Schahrokh ad Muhammedem epistola, de bello quod sibi adversus Kara Yousouf intercedebat, unà cum illius responso.

27.° Kara Eskender filii, Kara Yousouf ad Mahummedem epistola, de profligatis à se Osman Kara Youlouk copiis; sequitur responsum.

28.° Mirza

28.° Mirza Dgihanschah ad Amurathem epistola, ubi de susceptis imperii habenis gratulatur, unà cum ejus responso.

29.° Karamani filii ad Amurathem epistola, qua de expugnata urbe Tagra gratulatur; sequitur responsum.

30.° Leges initi matrimonii inter filium Karamani & Nefissam Othomannam.

31.° Schahrokh ad Amurathem epistola, qua ipsi Osmanum Kara Youlouk filium commendat.

32.° Mahummedis secundi ad Abdulah filium epistola, de victoria quam adversus Hassan Persarum regem reportarat.

33.° Ejusdem ad Ægypti regem epistola, de capta Constantinopoli, & rebus ibi gestis, unà cum responso.

34.° Ejusdem ad Meccanum Cherif epistola, de capta Constantinopoli, unà cum responso.

35.° Ejusdem ad Dgihanschah epistola, ubi quoque de capta Constantinopoli; sequitur responsum.

36.° Dgihanschah epistola ad Mahummedem, de bello inter se & Ouzoun Hassan Persarum regem orto, unà cum Sultani responso.

37.° Dgihanschah epistola, de victoria quam adversus Ouzoun Hassan reportarat.

38.° Mahummedis ad filium Mustapham epistola, qua ipsi imperat ut cum Ouzoun Hassan certamen quamprimùm ineat; sequitur responsum.

39.° Ejusdem ad Sultanum Hussein epistola, de cæsis Ouzoun Hassan copiis.

40.° Selimi ad Ismaelem Sophi, & Ismaelis ad Selimum epistolæ variæ.

41.° Selimi ad Solimanum filium epistola, de victoria à se adversus Ismaelem reportata, unà cum responso.

42.° Ismaelis ad Selimum de bello componendo epistola.

43.° Selimi ad regem Ægypti, & regis Ægypti ad Selimum epistolæ variæ.

44.° Selimi ad incolas Cairi epistola, qua illos hortatur ut se urbemque dedant.

45.° Selimi ad Solimanum filium epistola, ubi de rebus à se in Ægypto gestis eum certiorem facit, unà cum hujus responso.

46.° Constitutiones pacis Selimum inter & Tamas initæ.

LXXX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi liber inscriptus tadbir un nechatein fi islah un nouskhatein, divisus in capita quindecim, ubi de Sultanis, Judicibus, Viziris, provinciarum Præfectis, metoposchopia, annuis imperii reditibus, legatis, militia & jure belli.

LXXXI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur variæ magnatum imperii Othomannici epistolæ & responsa, Sultanorum constitutiones, præliorum quorumdam descriptiones, capitulationes, & privilegia variis gentibus concessa.

LXXXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur Selimi & aliorum Sultanorum statuta ad Ægyptum pertinentia.

LXXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur varia Turcicorum imperatorum diplomata ad Venetas res pertinentia, Turcicè, cum Italica interpretatione; ultimum illorum datum Constantinopoli anno Hegiræ 989.

LXXXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, ubi continetur decretum Ibrahimi Turcarum imperatoris, Ahmedis Sultani filii, quo balneum utilitati publicæ consecratur. Præmittuntur duæ præfationes, quarum prior de Mohammedis laudibus, altera Ibrahimum Sultanum spectat.

LXXXV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus canoun nameh, sive rationes publicæ imperii Turcici. Dividitur in partes tres, quibus exhibentur variæ Sultanorum ea de re constitutiones.

LXXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur vitæ virorum quorumdam qui sanctitatis laude apud Mohammedanos floruerunt. Opus primùm à *Feriduddin Attar, Ibrahimi* filio, Persicè conscriptum, postea in linguam Turcicam ab anonymo conversum.

LXXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur vitæ virorum septuaginta, qui sanctitatis laude apud

Mohammedanos floruerunt. Opus primùm à *Feriduddin Attar, Ibrahimi* filio, Persicè conscriptum, postea in Turcicam linguam ab anonymo conversum.

LXXXVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inscriptus tabakat ul olema, id est, virorum doctrinæ laude clarorum historia, à *Nevyzade* ex Arabica lingua in Turcicam conversa, nuncupataque Solimano ejus nominis primo. Dividitur opus in partes decem, ubi non solum poëtarum, sed & illorum qui sub decem primis Turcarum imperatoribus aliquod nomen in scientiis adepti sunt, vita litteris consignatur, illudque ab anno Hegiræ 680. ad annum usque 965.

LXXXIX.

Rotulus bombycinus, quo continetur stemma gentis Othomannicæ, ab Adamo ad Selimum usque, Solimani filium, deductum.

HISTORICI.

In-quarto.

XC.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi historia universalis, in epitomen contracta, ubi de Patriarchis & Prophetis ad Mahummedem usque; de quatuor Persiæ regum dynastiis, de Chalifis, aliisque principum Mahummedanorum dynastiis, præcipuè vero de Othomannis.

XCI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus tarikh Aboul Fadhl, sive historia universalis, auctore *Aboul Fadhl Mohammed Ibn Idris*, cognomine *el Bedlissy*. Dividitur opus in sectiones duodecim, ubi de Prophetis, Mohammede, Chalifis, Ommiadis, Abbassidis, Fatemitis & regibus Ægypti ad Selimum usque, à quo Ægyptus in potestatem Othomannorum redacta.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1003.

XCII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber cujus titulus hadikat ussueda, id est, hortus beatorum, ubi de variis calamitatibus, in quas veteris testamenti Prophetæ, Mahummedes illiusque successores pro veritatis defensione inciderunt. Auctore *Muhammede, Solimani* filio, Bagdadensi, cui præivisse videtur scriptor Arabicus, qui hortum martyrum publici juris fecit. Mahummedes autem anno Hegiræ 773. obiisse dicitur.

XCIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam Joannis Francisci la Croix opera illatus anno 1675. Ibi continetur historiæ Prophetarum à Mose ad Muhammedem usque, volumen alterum.

XCIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Aly Effendi* historia generalis, anno Hegiræ 1006. scripta. Dividitur in quatuor partes, quarum prima de rebus à creatione mundi ad Muhammedem usque gestis. Secunda, de Mahummede, Chalifis & viris doctis qui, illis imperantibus, floruerunt. Tertia, de Turcis, sive regionum illarum incolis, quæ trans Oxum fluvium sitæ sunt. Quarta, de Othomannis illorumque imperio.

XCV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus tarikh monta khab, sive historia universalis, in qua de Mohammedanorum rebus gestis, auctore *Mohammede Cheleby.*

XCVI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi liber cujus titulus tarikh monta khab, sive historiæ universalis compendium, in quo de Mohammedanorum rebus gestis.

XCVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars septima libri cujus titulus bedaijat we nehaiat, id est, initium & finis. Opus primùm Arabicè ab *Imaduddino Ismail ben Omar Eldemichky* conscriptum, deinde anonymi opera in Turcicam linguam conversum. Est autem historia rerum à mundi creatione ad auctoris usque tempora gestarum. Ibi præterea de rebus quæ sub mundi finem evenire debent.

XCVIII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus,

quo continetur anonymi opus inſcriptum tarikh al Oſman, ſive hiſtoria univerſalis, in compendium contracta, à creatione mundi ad annum uſque Hegiræ 948. quo imperabat Solimanus magnus.

XCIX.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus tevarikh al Oſman, ſive hiſtoria Othomannica ad Selimum uſque, ejus nominis primum, deducta.

C.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur hiſtoriæ univerſalis compendium, à mundi creatione ad Solimanum uſque, ejus nominis primum, deductum. Ibi autem de rebus ad imperium Othomannicum ſpectantibus potiſſimùm agitur. Auctoris nomen latet.

C I.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus tarikh Achik Pacha, ſive hiſtoriæ Othomannicæ compendium, à jactis imperii fundamentis, ad Bajazethem ejus nominis ſecundum, octavum Turcarum imperatorem. Illius auctor *Achik Pacha.*

C I I.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus tenkih-ut-tevarikh, id eſt, compendium hiſtoriarum, ſive annalium. Dividitur in ſectiones novem, quarum prima de quatuor veterum Perſiæ regum dynaſtiis, ut & de Ptolemæis, qui Ægypto imperarunt. Secunda, de Mohammede illiuſque rebus geſtis. Tertia, de quatuor primis illius ſucceſſoribus. Quarta, de quinquaginta duabus dynaſtiis, quæ, invaleſcente demum Mohammedana religione, variis in regionibus initium cœpere. Quinta, de Othomannidis. Sexta, de imperatoribus Romanis, & Philoſophis quibuſdam, cum Græcis tum Latinis. Septima, de imperatoribus Græcis, de obſeſſa ab Arabibus Conſtantinopoli, quæ tandem in Francorum & Venetorum poteſtatem venit. Octava, de Finenſi imperio, & magna Tartaria, regionum illarum moribus, & religione. Nona, de America, cui adjungitur capiendæ longitudinis & latitudinis methodus. Auctor cujus nomen ignoratur, Dgenaby, Mirkondum, & ſcriptores tam Græcos quàm Latinos ſecutum ſe eſſe teſtatur.

Is codex anno Hegiræ 1089. exaratus eſt.

C I I I.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi veterum Perſiæ regum hiſtoria, ubi multa fabuloſa & commentitia. Sub finem nonnulla deſiderantur.

C I V.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Liber cujus titulus ſair enneby, ſive hiſtoria rerum à Mohammede pſeudopropheta geſtarum. Auctoris nomen ignoratur, à quo multa commentitia, & fabulis proxima, narrantur; ibi enim tractatus fermè integer occurrit de dæmonis cum Mohammede colloquio. Sunt & nonnulla de Chriſto ab auctore inſulsè & falsò excogitata.

2.° Anonymi tractatus verſibus ſcriptus, de Mohammedis obitu.

C V.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars prima libri cujus titulus ſair enneby, ſive anonymi hiſtoria rerum à Mohammede pſeudopropheta geſtarum. Ibi de Adamo, Patriarchis & Prophetis, à quibus, ſi auctori fides, impoſtor genus ducebat. Multa quoque de Abdella illius patre, & Abdul-Mothleb, qui illius educandi, mortuo patre, curam ſuſcepit.

C V I.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars ſecunda operis cujus titulus ſair enneby, ſive hiſtoria rerum à Mohammede pſeudopropheta geſtarum, cum adverſus Chriſtianos tum adverſus idololatras. In eo quoque opere memorantur egregia Aboubekri, Ali, Othomanni, Omaris facinora, ad Damaſcum uſque, & cæteras Syriæ urbes expugnatas. Auctore *Mohammede al Toual,* Sultaniæ nato.

C V I I.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus rahoudat uchchuheda, id eſt, hortus martyrum, ubi de Mohammedis, Ali, illiuſque filiorum variis calamitatibus. Opus è Perſica lingua in Turcicam ab *Achiky* converſum.

C V I I I.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus hadikat

ussueda, id est, hortus beatorum, ubi de Mohammedis, Aly, & illius filiorum rebus adversis. Ibi quoque de Chalifis, à quibus Imami imperio spoliati sunt. Opus è Persica lingua in Turcicam ab *Achiky* conversum.

C I X.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus hadikat ussueda, id est, hortus beatorum, ubi de Mahummedis, Ali, illiusque filiorum rebus adversis. Opus ex Arabica lingua in Turcicam conversum.

C X.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus hadikat ussueda, id est, hortus beatorum, ubi de Ali, & ejus filiorum interitu. Opus à *Fuzouly el Bagdady,* Persicè conscriptum, postea anonymi cujusdam opera in linguam Turcicam conversum, qui ad calcem libri nonnulla adjecit de Ali posteris, qui in Syria domicilium collocasse dicuntur.

C X I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus kitab simar, sive historia Ægypti, à *Soiouthi* primùm Arabicè scripta, postea ab anonymo in linguam Turcicam, illudque stylo parum eleganti, conversa. Dividitur in tres partes, quarum prima de rebus ad Ægyptum pertinentibus; in secunda, de Mohammedanorum matrimoniis; in tertia, de quodam Mansour el Haladge, qui se Deum prædicabat, differitur.

Is codex anno Hegiræ 991. exaratus est.

C X I I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas anno 1718. opera illatus. Ibi continetur anonymi tractatus de Nili fontibus, illius cursu, & Ægypti præstantia. Auctor in eo opere, pro solito Mahummedanorum more, multa inepta & fabulis proxima, memoriæ prodit.

C X I I I.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi compendium historiæ Ægyptiacæ, ab iis temporibus quibus Ægyptus in Mohammedanorum potestatem venit, ad Selimum usque, ejus nominis primum, qui Tomanbei ultimum Ægypti Sultanum fusum profligatumque suspendio necavit.

C X I V.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur publicæ ærarii Ægyptiaci rationes, imperante Solimano, idque jussu Ali Pacha, anno Hegiræ 946. constitutæ. Sequuntur aliquot Muftiorum responsa ad eam rem spectantia.

C X V.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus tevarikh al Osman, sive compendium historiæ Othomannicæ, à jactis imperii fundamentis, ad Bajazethem usque, quartum Turcarum imperatorem. Auctoris nomen desideratur, à quo nonnulla prodita sunt veritati parum consentanea.

C X V I.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera illatus anno 1675. Ibi continentur:

1.° Historia gentis Othomannicæ ad Solimanum usque, ejus nominis decimum. Auctor ignoratur.

2.° Anonymi tractatus de musica.

3.° Anonymi tractatus de arithmetica.

C X V I I.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus feth nameh, sive historiæ Othomannicæ compendium, à jactis imperii fundamentis ad Bajazethem usque, ejus nominis secundum, qui Turcarum imperator renunciatus est anno Hegiræ 885. Operi præmittitur præfatio, qua de religione Mohammedana, & Ginghiscani Tartarorumque victoriis, à quibus Chalifarum imperium deletum est. Auctore *Aboulcair*.

C X V I I I.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continentur:

1.° Historia rerum ab imperatoribus Turcicis, Othmano, Orcano, Amurathe, Bajazethe, Mohammede & Bajazethe secundo, gestarum. Auctore *Bamazan,* à quo opus illud absolutum anno Hegiræ 903.

2.° Historia Solimani in epitomen contracta, auctore anonymo.

Is codex anno Hegiræ 950. exaratus est.

C X I X.

Codex bombycinus, ex Oriente in

Bibliothecam Colbertinam Petis de la Croix opera illatus. Ibi continetur historia Othomannidarum, ab Osmano ad annum usque Hegiræ 932. quo Solimanus Turcis imperabat. Auctoris nomen ignoratur.

CXX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus tuhfet ul koubar sy asfar ul abhar, sive historia rerum quas Othomannidæ, à jactis imperii fundamentis, mari gesserunt. Ibi occurrit utriusque maris albi & nigri littorum descriptio geographica. Opus ab anonymo Mohammedi, Ibrahimi filio, decimo nono Turcarum imperatori nuncupatum, & postremis hisce annis Constantinopoli typis editum.

CXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi opus de Gouleta à Sinan Pacha anno Hegiræ 981. expugnata, imperante Selimo, ejus nominis secundo.

2.° Anonymus de imperatorum Othomannicorum rebus gestis.

3.° Anonymi tractatus Arabicè scriptus, ubi de religionis Christianæ veritate disseritur.

CXXII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur pars historiæ rerum quæ, regnante Mohammede, Ibrahimi filio, decimo nono Turcarum imperatore contigerunt. Auctoris nomen latet.

CXXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini. Ibi continetur historia rerum à Mustafa Pacha adversus Chodabend Persarum regem gestarum. Sequitur itineris descriptio, quod jussu Amurathis, Selimi filii, in Persiam Mustafa Pacha suscepit anno Hegiræ 986. Utriusque operis auctor ignoratur.

CXXIV.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur imperii Othomannici historia, à jactis illius fundamentis, ad Osmannum usque, qui anno Hegiræ 1049. imperavit.

CXXV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii. Ibi continetur Bagdadi ab Amurathe expugnati, rerumque adversus Persas gestarum historia. Auctore *Ahmede*.

CXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, quo continentur anonymi epistolæ, ubi de rebus quæ auctoris temporibus contigerunt.

CXXVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, variis picturis ornatus, quo continetur descriptio itineris quod Constantinopoli Bassoram usque suscepit Yousouf Pacha, & rerum ab illo adversus Arabas gestarum anno Hegiræ 1011. Auctoris nomen ignoratur.

CXXVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur status imperii Othomannici, auctore *Aly Tcheleby*. Dividitur opus in duas partes, quarum prior de provinciarum præfectis, eorum numero, ducibus & militibus qui illorum imperio parent. Altera de aulæ Turcicæ ministris, Sultani famulitio, copiis terrestribus & navalibus, stipendiisque unicuique repræsentandis.

CXXIX.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus, ubi de iis quæ Viziro primario servanda sunt, si commissam sibi provinciam rectè administrare velit.

2.° Tractatus ejusdem argumenti, cujus auctor est *Loutfy Pacha,* qui imperante Solimano Viziratus dignitatem obtinuerat.

3.° Anonymi opusculum, ubi de astrologia quam judiciariam vocant.

4.° Anonymi tractatus, ubi de quarumdam coporis partium palpitationibus, illarumque prognosticis.

CXXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur capitulationes, & varia tam Sultanorum quàm Vizirorum, in Gallorum gratiam decreta. Occurrunt præterea complures regum nostrorum, ac ministrorum ad Portam Othomannicam epistolæ, è lingua Gallica in Turcicam conversæ.

CXXXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus,

quo continetur urbis Constantinopolitanæ descriptio. Auctore *Latify*, qui operi suo tot fabulas immiscuit, ut indignum sit quod legatur.

CXXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi tractatus inscriptus fedáil Mecqueh, we el Medineh, we el Cods, sive peregrinatio Meccam, Medinam, & Hierosolymam suscipienda. Dividitur in duas partes, quibus de oppidorum illorum præstantia, & iis quæ inter peregrinandum pius Mohammedanus præstare debet.

CXXXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus tuhfet ul achikin, id est, donum Dei amantium, sive de Meccæ, Medinæ, & Hierosolymorum supra cæteras urbes præstantia, & peregrinationibus quæ à Mohammedanis eò suscipi solent. Opus primùm à *Scheix Mohammed el Jeminy* Arabicè conscriptum, postea anonymi studio in Turcicam linguam conversum. Ad calcem reperiuntur carmina quædam, ubi de gratiis Deo agendis.

CXXXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus tuhfet ul achikin, id est, donum Dei amantium, sive de Meccæ, Medinæ, & Hierosolymorum præstantia. Ibi quædam præterea de Hebrone, quo in oppido Abrahami sepulcrum Mohammedani ostendi existimant.

CXXXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber inscriptus tarikh Bagdad, id est, historia Bagdadi, ubi de illa urbe ab Amurathe, ejus nominis quarto, expugnata, & iis quæ post urbem captam magis memoratu digna contigerunt, ad pacem usque cum Persis stabilitam. Auctore *Kara Aly Zadeh, Aziz Effendy*, qui hoc suum opus Mustaphæ Pachæ, magno Viziro, nuncupavit.

CXXXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus, quo continetur vita Haggy Bektach, viri apud Mohammedanos, Turcas præsertim, sanctitatis fama clarissimi. Floruit anno Hegiræ 765. imperante Amurathe, ejus nominis primo, cui auctor fuisse fertur ut Janissariorum ordines institueret.

CXXXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus, quo continetur liber cujus titulus chekaik ennomanie, sive historia virorum doctrinæ laude insignium, qui sub Othomannidis ad annum usque Hegiræ 968. floruerunt. Opus Arabicè primùm à *Mulla Ahmed* filio *Mustafæ Mohammed Tach Kupri Zadeh* conscriptum, postea in linguam Turcicam à *Mohammede Khaky* conversum.

CXXXVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus, quo continetur pars secunda operis cujus titulus chekaik ennomanie, sive historia virorum doctrinæ laude insignium, qui sub Othomannidis floruerunt.

HISTORICI.

In-octavo.

CXXXIX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum tarikh lary, vel mereat ul advoar, we mercat ul akhbar, id est, speculum sæculorum, aut historiarum scala. Dividitur in partes decem, quarum prima de Patriarchis & Prophetis. Secunda, tertia & quarta, de quatuor veterum Persiæ regum dynastiis, itemque de antiquis Arabum regibus. Quinta, de Mahummede illiusque successoribus. Sexta de Sultanis qui Abbassidarum temporibus in variis ditionis Mahummedanæ regionibus imperarunt. Septima, de Ginghiscano, ejusque posteris. Octava, de Tamerlane illiusque filiis & nepotibus. Nona, de Hassano Turcomanorum Sultano. Decima, de Othomannis ad annum usque Hegiræ 955. Ii autem annales primùm Persica lingua à *Mosleheddino* conscripti sunt, deinde in Turcicam conversi studio *Saeddini*, cognomine *Codgia Effendy*, qui multa de suo addidit; atque hanc illius versionem exhibet noster hic codex, exaratus anno Hegiræ 1084.

CXL.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera anno 1718. illatus. Ibi continentur quorumdam

imperatorum Othomannidarum, ut & aliorum virorum illustrium delineatæ effigies: adjunctis nonnullis quæ ad illorum historiam pertinent. Auctoris nomen ignoratur.

CXLI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus Selim nameh, sive historia rerum à Selimo nono Turcarum imperatore gestarum. Auctore *Isaac Cheleby*.

CXLII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur liber cujus titulus fulgur Yemanicum, ubi de redacta in Turcarum potestatem Arabia felici, imperantibus Selimo & Solimano. Auctor *Koutoub-uddinus*, cujus opus ex Arabica lingua in Turcicam convertit *Mustafa*. Dividitur in partes tres, quarum prima de præfectis Arabiæ, à Selimo ad Solimanum usque, & de bellis quæ illo temporis intervallo orta sunt. Secunda, de altera Turcarum in Arabiam expeditione, de ducibus qui tum rem bellicam administrarunt, & illorum rebus gestis. Tertia, de variis certaminibus ibi commissis, præcipuè vero de Sinan Pacha, cujus fortitudine provincia illa jugum subire tandem coacta est. Ex ea autem historia perspicuum est maximam ab Othomannis curam adhiberi ne Francis maris rubri aditus pateat.

CXLIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur variorum collectio; pleraque Sultanorum Othomannorum, Muhammedis præsertim, ejus nominis tertii, laudes complectuntur. Alia ad amorem spectant.

CXLIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur epistolarum elegantissimè scriptarum collectio, quas inter duæ Solimani magni ad Henricum secundum; in priore pollicetur classem missurum se esse, si Henrico bellum ab Hispanis inferatur. In altera certiorem facit de victoriis quas adversus Persarum regem reportaverat.

CXLV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur epistolarum collectio, quas inter multæ de rebus à Turcis bello gestis, & Amurathis una ad Galliarum regem, qua de hujus ad Portam Othomannicam legato conqueritur.

CXLVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi opus inscriptum el Othman musaresi, ubi de annuis imperii Othomannici reditibus, & stipendiis tam militibus, quàm aliis omnibus persolvendis.

CXLVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Constantinopoleos & templi sanctæ Sophiæ historia. Auctore *Arabi Eliaz*, qui suum hoc opus Aly Pachæ, Solimani primo Viziro, nuncupavit.

2.° *Asaad Effendy* epistola ad Savy Khalife è Persarum secta doctorem, qua illi in religionis negotio errores exprobrat, illumque multis conviciis ad cultum Dei magis sincerum hortatur.

CXLVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur diplomata quædam Othomannidarum in Gallorum gratiam.

PHILOSOPHI,

In-folio.

CXLIX.

Codex chartaceus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam anno 1675. illatus. Ibi continentur historiæ complures, è Chalifarum & Sultanorum annalibus, ab anonymo, quatenus ad mores & regimen politicum referuntur, collectæ. Desiderantur nonnulla.

CL.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur tractatus, in quo de mundi creatione, cælis, stellis, planetis, & signis zodiaci. In præfatione tamen anonymus se de musica acturum esse profitetur. Illud autem opus Amurathi Mohammedis filio, sexto Turcarum imperatori, nuncupatum est.

CLI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus cujus titulus, rerum mirandarum margarita. Ibi de globo terrestri,

variis imperiis, urbibus præcipuis, mari, fluviis, fontibus, metallis, arboribus, fructibus illarum, animalibus, avibus, piscibus, illorumque natura & proprietatibus differitur. Hujusce operis primus auctor *Ibn Verdy*; ex Arabica vero lingua in Turcicam, anno Hegiræ 970. convertit inscripsitque Osmano, qui in aula Solimani magni multum poterat.

PHILOSOPHI.

In - quarto.

CLII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus kitab ul beian, sive anonymi commentarius in Aly Mohammedis generi sententias quasdam, ad morum doctrinam pertinentes. Auctor præterea ostendere conatur argumentis partim è ratione, partim è jure cognationis, & Mohammedis testamento ductis, imperio Mohammedano, Ali & ejus posteros præfici debuisse.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 1044.

CLIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur opus inscriptum agiaib ul measer, sive tractatus ubi multa è veterum monumentis ad mores informandos, exempla repetuntur. Auctore *Ahmede Hamdan Ketkhouda* filio, qui hoc suum opus Amurathi, hujus nominis quarto, Turcarum imperatori, nuncupavit.

CLIV.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur tractatus de optimis moribus. Auctore *Aly ben Emrallah,* cognomine *Ebn Elkhannaby,* qui hoc suum opus Aly Pachæ, primo Solimani magni Viziro, inscripsit.

CLV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur tractatus de optimis moribus, è lingua Persica in Arabicam, & ex Arabica in Turcicam studio *Pir Mahmoud* filii *Pir Ahmed,* anno Hegiræ 984. conversus, & inscriptus Solimano magno. Ibi multa ex historiis & poëtis ad mores informandos petita. Interpreti autem quædam addere, alia demere, religio non fuit.

CLVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus magni apud Turcas nominis, cujus titulus nobilitas hominis, ubi multa ad mores & politicam spectantia. Auctor *Mahmoud Othmanni* filius, qui Solimano primo hoc suum opus inscripsit.

CLVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus cheref ul jusan, id est, hominis nobilitas, in quo de rebus ad morum doctrinam pertinentibus differitur. Ibi plurima carmina Arabicè & Persicè scripta reperias.

CLVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus akhlak alaiy, sive de rebus ad morum doctrinam & regimen politicum pertinentibus. Auctore *Ali,* cognomine *Elkhannaby.*

CLIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi tractatus, ubi de rebus ad morum doctrinam spectantibus, idque juxta Mahummedanorum placita.

CLX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus dorr meknoun, id est, gemmæ absconditæ, sive tractatus de iis quæ in rerum natura magis admiratione digna sunt. Multa in eo opere de cælis, terra, geometria, montibus, aquis, insulis, maribus, septem climatibus, urbibus & templis.

CLXI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur tractatus inscriptus adgaib ul makh loukat, ubi de rebus quæ in rerum natura magis admiratione digna sunt. Opus ex Arabica lingua in Turcicam ab *Ahmede,* cognomine *Bidgean,* conversum. In eo autem multa addita, quæ aut insulsa sunt, aut anilem superstitionem redolent.

CLXII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur anonymi tractatus, ubi de cælo, terra, & elementis, juxta doctorum Mohammedanorum traditiones.

CLXIII.

CLXIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi tractatus cujus titulus quiafet nameh, id est, liber proportionis, sive tractatus de physiognomia, divisus in septem colloquia, quibus auctor, adhibitis septem litteris, artis illius mysteria conatur aperire.

CLXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Opus cujus titulus kaous nameh, sive anonymi tractatus de ratione qua ars rectè jaculandi comparari possit. Quod si auctori fides, jubet Alcoranus ut Mohammedani in ea sedulò se exerceant. Addit voluisse pseudoprophetam ut asseclæ sagittis emittendis operam navarent.

2.° Anonymi tractatus de iis quæ Mohammedanis in purificationibus servanda sunt.

Is codex anno Hegiræ 943. exaratus est.

PHILOSOPHI.

In-octavo.

CLXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus menazerey behar we chita, in quo de rebus ad morum doctrinam & regimen politicum spectantibus, disseritur. Opus partim soluta, partim stricta oratione scriptum; à *Lameiy* illius auctore, Solimano, ejus nominis primo, Turcarum imperatori, nuncupatum.

Is codex anno Hegiræ 974. exaratus est.

CLXVI.

Codex bombycinus, quo continetur anonymi opus inscriptum tabir nameh, sive tractatus de somniorum interpretatione. Dividitur in capita quinquaginta quinque.

CLXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi tractatus inscriptus tabir nameh, sive de somniorum interpretatione. Dividitur in quinquaginta tria capita: contendit auctor Mohammedanorum somnia, somniis infidelium præstare, & in illis explicandis, religionis & dignitatis rationem habendam esse.

2.° Anonymi opusculum de quarumdam corporis partium palpitationibus, illarumque prognosticis.

MEDICI.

In-folio.

CLXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur opus inscriptum yadiguiar Ibn Cherif, id est, munus Ibn Cherif, sive tractatus de medicina, è veteribus & recentioribus medicis collectus. Dividitur in quinque partes, ubi de tuenda valetudine, morborum signis & causis, febri, variolis & illarum curandarum ratione, vulneribus, tumoribus, venenis, illorum antidotis, & theriacæ conficiendæ ratione.

CLXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus teshil fit thubb, sive tractatus de medicina. Dividitur in partes tres, quarum prima de medicina tam speculativa, quàm practica. Secunda, de alimentis. Tertia, de morbis, illorum causis, & remediis ad singulorum curationem magis idoneis. Auctore *el Hadg Pacha*.

CLXX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi tractatus de medicina. Dividitur in partes tres, quarum prima de artis medicæ principiis. Secunda, de alimentorum facultatibus. Tertia, de morbis, remediisque ad illos curandos idoneis. Ad calcem codicis reperitur medicamentorum ad conservandam valetudinem, vel recuperandam, catalogus ordine alphabetico dispositus.

CLXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus tushet ul mubarizi, id est, munus viris strenuis dignum. Dividitur in duas partes, quarum priore de corpore & anima, de elementis, membris, animæ facultatibus, morbis & valetudine; in secunda, de morborum symptomatibus, sanguine, urinis, aliisque id genus disputatur. Præmittitur præfatio ubi auctor contendit nullum munus regibus offerri posse libris præstantius, ut pote quibus egregia illorum facinora & egregiæ animi dotes ad posteros usque perveniant.

CLXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus miftah ul nour, id eſt, clavis luminis. Dividitur in partes ſeptem, quarum prima de hominis generatione ſermo fit; in ſecunda, de capitis doloribus; in tertia, de cauſis morborum, illorumque remediis; in quarta, de morbis quibus oculorum palpebræ obnoxiæ ſunt; in quinta, de albugine; in ſexta, de illa oculi parte quæ vulgò cornea appellatur; in ſeptima, de oculi pupilla.

MEDICI.

In-quarto.

CLXXIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus bah nameh padichahy, ſive tractatus anonymi, quo de remediis ſimplicibus & compoſitis, ad tuendam valetudinem magis idoneis, diſſeritur. Tanto illud opus apud Orientales habetur in pretio, ut affirment illud unum ad ſanitatem tuendam, abſque ullo medicorum auxilio, ſatis eſſe. Dividitur in ſectiones undecim.

Is codex anno Hegiræ 955. exaratus eſt.

CLXXIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus, quo continetur anonymi tractatus de re venerea, & variis remediis ad vires recreandas magis idoneis. Dividitur in duas partes, quarum prima ad viros, altera ad fœminas pertinet.

CLXXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi tractatus de palpitationibus minimè voluntariis quarumdam corporis partium, illarumque prognoſticis.

2.° Tractatus de divinatione à *Dgiafer Sſadik,* ſexto Mohammedanorum Imame, ſive Pontifice, Arabicè conſcriptus, poſtea in Turcicam linguam anonymi opera converſus.

3.° Anonymi opuſculum, ubi de præcipuis Mohammedanæ religionis capitibus diſſeritur.

CLXXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur anonymi opus inſcriptum bitar nameh, ſive tractatus de equorum morbis, & remediis ad illorum curationem accommodatis.

CLXXVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi tractatus de morbis equorum, illorumque curandorum ratione. Ad calcem codicis occurrunt quædam ad morbos corporis humani ſpectantia, & medicamentorum nonnullorum proprietates explicantur.

MEDICI.

In-octavo.

CLXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus, varia ſecreta & medicamenta plerumque ſuperſtitioſa complectens.

2.° Anonymi hiſtoriæ, fabuloſæ omnes & nullius pretii.

CLXXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi tractatus de equorum morbis, & variis remediis quæ ad illos curandos adhiberi debent.

MATHEMATICI.

In-folio.

CLXXX.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur anonymi tabulæ aſtronomicæ & chronologicæ, unà cum ephemeridibus, quæ videntur ſcriptæ imperante Amurathe, ejus nominis ſecundo. Nonnulla deſiderantur.

CLXXXI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur calendarium ad annum Hegiræ 1054. ſpectans. Illius auctor quidam *Huſſain,* primarius Sultani Ibrahimi, Ahmedis filii, decimi octavi Turcarum imperatoris, aſtronomus.

CLXXXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus,

quo continetur calendarium Turcicum. Desideratur primum folium.

CLXXXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Anonymi opus cujus titulus kitab ahkam, id est, liber judiciorum, sive tractatus de astrologia quam judiciariam vocant: Auctor in eo opere, qui dies fausti, qui infausti, docere aggreditur. Nonnulla quoque de eclipsibus.

2.° Anonymi opusculum ejusdem argumenti. In eo tamen à priore discrepat, quod regulis à se traditis preces quasdam omnino superstitiosas adjungendas existimet.

MATHEMATICI.

In-quarto.

CLXXXIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus madkhal fy ahkam ul nudgioum, sive introductio ad astronomiam, in sectiones sexaginta quatuor distributa. Auctore *Ali Ogli Hassan.*

CLXXXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur calendarium perpetuum, ab anonymo anno Hegiræ 1009. scriptum.

CLXXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi opus inscriptum tarikh el Arab, id est, epocha Arabum, in quo inter annum Græcorum & Arabum comparatio instituitur. Initio codicis calendarii quasi quædam species occurrit.

CLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inscriptum ibtida teghir hurouz. Dividitur in duas partes, quarum prior calendarium exhibet nostrorum non absimile. In secunda, de ratione qua futura divinari possint, disseritur. Auctore *Dgiafer,* qui nihil à se dictum contendit, quod Alcorano non innitatur.

CLXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Anonymi calendarium Turcicum, nostrorum non absimile.

2.° Tractatus de sortibus & ratione divinandi futura ope litterarum Alcorani, quæ primæ ad libri aperturam occurrunt. Auctore *Dgiafer Ssadik.*

CLXXXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus de ratione divinandi futura ope planetarum, litterarum, aliorumque id genus.

2.° Anonymi tractatus ejusdem argumenti. Desiderantur nonnulla.

CXC.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi tractatus, in quo de illa astrologiæ judiciariæ parte disseritur, quæ in dierum & horarum eligendarum rationem inquirit.

CXCI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur tractatus de sortibus & divinatione, auctore *Dgiafer Ssadik.*

CXCII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur anonymi tractatus cujus titulus zoran azim, id est, magnum coranum: opus autem ideo sic inscribitur, quòd omnia vanissimæ illius artis præcepta ad Alcoranum revocet, cujus ope nihil est quod divinari non possit; adeundum tamen non esse, ait auctor, nisi adhibitis antea quibusdam purificationibus.

CXCIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur tractatus anonymi de sortibus & variis divinandi generibus, inscriptus fal nameh. Quod si auctori fides, ars illa magno in pretio fuit apud antiquos Prophetas, ab Adamo ad Mohammedem usque. Christus autem & Alexander magnus in Prophetarum illorum numero collocantur. Præmittitur anonymi poëma de divinationis præstantia. Ad calcem verò occurrunt nonnulla de telesmatum conficiendorum ratione.

MATHEMATICI.

In-octavo.

CXCIV.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur anonymi calendarium Turcicum.

CXCV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi opus inſcriptum rouz nameh, ſive calendarium in duas partes tributum, quarum priore ſermo fit de iis quæ ſingulis menſibus eventura ſunt, ut de illis quæ olim evenere. Auctor, verbi gratia, beatæ Virginis obitum die Auguſti decima quinta contigiſſe tradit. Nili incrementa primæ ejuſdem menſis diei adſcribit, quod tamen minùs verum eſt. In ſecunda, de divinandis futuris characterum Alcorani ope, diſſeritur.

CXCVI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, nonnulliſque ornatus picturis. Ibi continetur anonymi de aſtrologia quam judiciariam vocant, tractatus.

CXCVII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi ſcriptoris tractatus de taliſmanibus & precibus, quibus bona procurari, mala depelli poſſe exiſtimant.

GRAMMATICI.

In-folio.

CXCVIII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus miftah uſſeadeh de maſbah uſſiadeh, id eſt, clavis felicitatis & fax magnitudinis, ſive encyclopædiæ, in quo de omnibus diſciplinarum & artium generibus, ut & ſcriptoribus qui cum aliqua ingenii laude ſingulas excoluerunt. Opus Arabicè primùm ab *Ahmede Effendy,* cognomine *Thach Kupry Zadeh,* publici juris factum, poſtea in linguam Turcicam converſum ſtudio *Kemaluddin,* qui hanc ſuam interpretationem Ahmedi Mohammedis filio, decimo quarto Turcarum imperatori, nuncupavit.

CXCIX.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur vocabularium Arabicum, cujus voces Turcicè explicantur. Auctoris nomen deſideratur.

Is codex anno Hegiræ 962. exaratus eſt.

CC.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus cherh bahrul garaib, ſive dictionarium Perſicum, in linguam Turcicam ab anonymo converſum. Dividitur in duas partes, quarum prior exhibet voces omnes Perſicas, celebriorum poëtarum teſtimoniis confirmatas. Altera varias in poëticam animadverſiones complectitur. Perſici illius dictionarii auctor *Loutfallah Halimy.*

CCI.

Codex chartaceus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur lexicon Gallico-Turcicum. Illius auctor ignoratur.

GRAMMATICI.

In-quarto.

CCII.

Codex chartaceus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus is titulus, compendium grammatices linguæ Turcicæ, quo illius præcipuæ difficultates ita explanantur, ut facilè poſſint à quolibet ſuperari. Viam monſtrante Andræa du Rier Marciniacenſi, pro Chriſtianiſſimi regis nationibus in Ægypto exconſule.

CCIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur anonymi grammatica Turcica, Arabicè explicata.

CCIV.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur grammatica Perſica, Turcicè explicata.

CCV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur liber ab auctore *Chahidy* appellatus. Ibi traduntur regulæ ad addiſcendam linguam Perſicam puerorum captui accommodatæ.

CCVI.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus chahidy, ſive nominum & verborum linguæ Perſicæ collectio, verſibus Turcicis explicata, ad uſum ſcholarum.

CCVII.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur introductio ad linguam Turcicam Gallicè ſcripta, unà cum interpretatione

fœderum inter Galliarum regem & Turcarum imperatorem initorum. Auctore patre *Holderman* Societatis Jesu.

CCVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur grammatica Turcica, Arabicè scripta.

CCIX.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus lougat neuvaiy, sive lexicon Turcico-Tartarum, ordine alphabetico dispositum, in quo voces explicantur quæ in trans Oxana regione obtinent, à & clarioribus illius gentis scriptoribus usurpatæ sunt; adjunctis etiam locorum nominibus, quibus hæc vel illa vox adhiberi solet.

CCX.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur lexicon Turcico-Persicum, in usum juventutis metricè compositum; ab auctore autem *Chahidy* nuncupatur. Is anno Hegiræ 920. floruit, imperante Selimo.

CCXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus lougah montakhab, sive dictionarium Turcico-Arabicum.

CCXII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus lougah montakhab, sive dictionarium Arabico-Turcicum.

CCXIII.

Codex bombycinus, olim Stephani Baluzii. Ibi continetur lexicon Turcicum, versibus scriptum, quo exponuntur voces Arabicæ magis obviæ.

CCXIV.

Codex chartaceus, olim Gallandianus, quo continetur vocabularium Turcico-Latinum, quod *Antonius Galland* Constantinopoli à se descriptum & postea auctum esse testatur.

CCXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur specimen quoddam dictionarii Turcico-Arabici.

CCXVI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur specimen lexici Turcico-Latini.

CCXVII.

Codex chartaceus, olim Gallandianus, quo continetur lexicon Gallico-Turcicum.

CCXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Vocabularium Persicum, adjunctis è regione vocibus Turcicis & Gallicis ejusdem significationis.

2.° Onomasticum præcipuas linguæ Arabicæ voces complectens, adjunctis è regione Turcicis vocibus, singulis Arabicis respondentibus.

3.° Loca quædam libri qui apud Persas gulistan appellatur, subjuncta singulis vocibus illarum interpretatione Latina.

4.° Vocabularium aliud Persicum.

CCXIX.

Codex bombycinus, olim Bigotianus, quo continetur anonymi dictionarium Italo-Turcicum. Desideratur prima littera.

CCXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur anonymi dialogi, rudi stylo scripti.

CCXXI.

Codex chartaceus, olim Gallandianus, quo continentur:

1.° Variæ epistolarum formulæ, ad quarum marginem notæ historicæ & grammaticæ, proverbia & sententiæ ex Arabica lingua in Latinam conversa.

2.° Epistolæ & edicta Sultanorum, ubi de rebus ad imperii Othomannici statum spectantibus.

3.° Tractatus de medicina, ex Arabica vel Turcica lingua in Latinam conversus. Initium & finis desiderantur.

CCXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur variæ epistolarum formulæ. Opus in sectiones tredecim divisum.

CCXXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur variæ epistolarum

formulæ. Opus in duas partes dividitur, quarum prior de conscribendarum epistolarum ratione; in altera reperiuntur complures tam ad amicos, quàm ad principes viros litteræ.

Hujusce codicis pars prior anno Hegiræ 967. exarata est.

CCXXIV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur variæ epistolarum formulæ.

CCXXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur variæ epistolarum formulæ. Opus in duas partes divisum, quarum prior viginti septem non unius argumenti litteras exhibet. In altera de quatuor præcipuis arithmetices regulis, exemplis compluribus adjunctis, differitur.

Is codex anno Hegiræ 1053. exaratus est.

CCXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur variæ anonymi epistolæ, summa elegantia scriptæ.

CCXXVII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur:

1.° Anonymi quædam subtiliter & acutè dicta.

2.° Nonnulla carmina, eaque varii argumenti, è quibusdam poëtis collecta.

3.° Historia eorum quæ contigerunt, cum Othmannus, decimus sextus Turcarum imperator, è solio deturbatus est.

CCXXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus in sectiones quinque divisum, in quo multa subtiliter & facetè dicta referuntur. Præfatio & folium primum, proindeque nomen auctoris desiderantur.

CCXXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars operis cujusdam, in quo de nonnullis acutè & subtiliter dictis. Auctore *Nesreddino*.

GRAMMATICI.

In-octavo.

CCXXX.

Codex bombycinus, quo continetur anonymi introductio ad linguam Persicam, Turcicè conscripta.

CCXXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Lexicon quo voces Alcorani difficiliores, Turcicè exponuntur. Auctore *Ferichte Oglou Abdullatif*, qui hocce opus in gratiam filii Abdulrahman à se susceptum esse testatur.

2.° Anonymi lexicon, ubi nomina & verba linguæ Persicæ Turcicè explicantur.

3.° Anonymi opus ejusdem argumenti.

CCXXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi interpretatio Turcica vocum Arabicarum, quæ in Alcorano magis obviæ sunt. Auctore *Ferichte Oglou Abdullatif.*

CCXXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur dictionarium Turcico-Gallicum. Turcicæ autem voces characteribus Gallicis exaratæ sunt.

CCXXXIV.

Codex chartaceus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur voces quædam linguæ Arabicæ, Turcicè & Gallicè explicatæ.

CCXXXV.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur dialogi aliquot Turcico-Gallici, à quodam *Ali Beg*, vel *Alberto Bobow*, Polono, in gratiam illorum, ut videtur, qui linguæ Turcicæ operam dare volent, compositi.

CCXXXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur facetæ quædam & lepidæ narrationes, quarum auctor *Nasreddinus Khodgea*, vir apud Turcas facetè dictis clarissimus.

CCXXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Veterum proverbiorum collectio, auctore anonymo.

2.° Anonymi calendarium Turcicum.

POETÆ.

In-folio.

CCXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Bigotianus, quo continetur anonymi poëma inscriptum Muhammedi, & ubi de vita, laudibus & miraculis Mohammedis pseudoprophetæ.

Is codex exaratus est anno Hegiræ 991.

CCXXXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, quo continentur:

1.° Anonymi poëma, ubi de spiritualitate.

2.° Historia regum Persiæ, prosa oratione. Auctor anonymus.

CCXL.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi liber cujus titulus heft dastan, id est, septem historiæ, metricè partim, partim prosa oratione scriptæ, Mahummedique magno Viziro, nuncupatæ. Dividitur opus in septem partes, ubi de bellis quæ Solimanus primus, tribus ultimis imperii annis in Hungaria gessit, illiusque morte ad arcem Ziget.

CCXLI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur encomium Ali Pacha Viziri primarii, stricta partim, partim soluta oratione scriptum. Minimè autem annotatum reperias, quo imperante is Viziratum gesserit. Auctor encomii illius *Chezy*.

CCXLII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur varia fragmenta partim soluta, partim stricta oratione, illudque nullo servato ordine: verùm inter illa fragmenta occurrunt excerpta quædam è celebri quodam poëmate Cassidah al Bordah, ubi de Mohammedis laudibus; occurrit & somnii cujusdam elegantissima descriptio, qua præcipuæ familiæ à quibus imperiorum jacta fundamenta, recensentur.

CCXLIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi tractatus de musica, metricè scriptus.

CCXLIV.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur variorum poëtarum carmina, nullo ordine collecta.

CCXLV.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur fragmentorum quorumdam Turcicè, Arabicè & Persicè scriptorum partim soluta, partim stricta oratione, nullius momenti collectio, illaque sine ullo ordine.

POETÆ.

In-quarto.

CCXLVI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur liber cujus titulus tezkeret uchchuera, sive historia poëtarum qui apud Turcas floruerunt. Dividitur in partes tres, quarum prima & secunda, de Sultanis & Othomannidis principibus qui poëticam excoluere. Tertia, ordine alphabetico disposita, de privatis qui à jactis imperii fundamentis famam sibi peperere. Operis illius auctor *Hassan Tchceleby* filius *Emrallah*, cognomine *Kanaly Zadeh*, qui suam hanc lucubrationem Amurathi, Selimi filio, decimo Turcarum imperatori, nuncupavit.

CCXLVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur compendium ordine alphabetico dispositum, libri cujus titulus tezkeret uchchuera. Ibi de poëtis, qui à rerum Othomannicarum initiis apud Turcas floruerunt. Auctoris nomen desideratur.

CCXLVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur tractatus cujus titulus riadh uchchuera, id est, hortus poëtarum, quo de principibus Othomannidis, aliisque qui poëticam excoluerunt. Opus Ahmedi Mohammedis filio, decimo quarto Turcarum imperatori, nuncupatum, illudque ordine alphabetico dispositum.

Is codex anno Hegiræ 1018. exaratus est.

CCXLIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi poëma, in quo de ratione qua varia Alcorani loca

explicari debent. Initium & finis deside rantur.

CCL.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur anonymi opus versibus scriptum, cujus titulus destour nameh, sive historia universalis, in viginti duo capita divisa, quibus de Mohammede, illiusque successoribus, de Ommiadis & Abbassidis, de Selgiukidis, de Khouaresmiis, de Mogolibus & Ginghiscano, de Jeconii Sultanis, quorum genus ad Selgiukidas refertur; denique de imperatoribus Turcicis disseritur. Quod opus Mahmoud Pacha nuncupatur.

CCLI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, initio & fine mutilus, quo continetur anonymi poëma, Patriarcharum & Prophetarum historiam complectens. Occurrunt in eo codice loca quædam Latinè conversa.

CCLII.

Codex partim bombycinus, partim chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi poëma in laudem Mosis, Abrahami & Mahummedis.

2.° Historia Temundary cujusdam, unius è Mahummedis sociis.

3.° Anonymi poëma, ubi de laudibus Mahummedis & Fatimæ illius filiæ.

CCLIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi poëma, ubi de Mahummedis nativitate.

2.° Anonymi poëma in laudem Mahummedis, Hanifæ, Aly filii, pseudoprophetæ nepotis.

CCLIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi poëma, ubi de Muhammedis nativitate.

CCLV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur poëma cujus titulus kitab meuloud, in quo de Mohammedis pseudoprophetæ ortu.

CCLVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi poëma de Mohammedis pseudoprophetæ ortu, inscriptum kitab meuloud, & in Mesquitis celebrioribus diebus festis cani solitum.

Is codex anno Hegiræ 957. exaratus est.

CCLVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi poëma de Mohammedis pseudoprophetæ in cælum raptu, qui die vigesima octava lunæ Ragheb contigisse creditur. Hujusce codicis præfatio & finis desiderantur. Quod si auctori fides, Mohammedanis pro certo tenendum, à pseudopropheta, temporis puncto, visum illud omne quod beati aut vident, aut visuri sunt.

CCLVIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi opus, partim soluta, partim stricta oratione scriptum, in quo de Mohammedis pseudoprophetæ laudibus, & sinceri Mohammedani dotibus disseritur. Hujusce codicis initium & finis desiderantur.

CCLIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur poëtæ cujusdam, nomine Dgeury, carmina, ubi de Muhammedis pseudoprophetæ & Amurathis Sultani, præcipuorumque ducum, qui, illo imperante, exercitibus præfuerunt, laudibus. Sunt & nonnulla de amore disticha.

CCLX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur anonymi opus versibus scriptum, cujus titulus maktel Hussein, id est, martyrium Hussein Ali filii, quem Obeidallah, jussu Yezidi, secundi ex Ommiadarum gente Chalifæ, anno Hegiræ 61. interemit.

CCLXI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur anonymi poëma inscriptum gulzar, id est, hortus rosis consitus. Ibi de Mohammedana religione, illiusque præceptis disseritur. Desideratur initium.

Is codex anno Hegiræ 892. exaratus est.

CCLXII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo

quo continentur *Nedgiaty* carmina, quorum pars ad religionem Mahummedanam refertur, pars in rebus à religione alienis versatur.

CCLXIII.

Codex bombycinus, olim Bigotianus, quo continetur liber cujus titulus raouzat ul islam, id est, hortus veræ religionis; sive poëma, ubi de veri & perfecti Mohammedani officiis differitur. Auctore *Loutfy*.

CCLXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus gulchen abad, sive poëma, in quo de rebus ad Mohammedanam pietatem spectantibus differitur. Auctore *Chemsy*.

CCLXV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur anonymi carmina Turcicè scripta, de rebus ad pietatem spectantibus.

CCLXVI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur poëma Turcicum, ubi de rebus ad Mohammedanam pietatem spectantibus differitur. Titulus & nomen auctoris desiderantur.

CCLXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur anonymi poëma, quo de rebus ad Mohammedanam theologiam pertinentibus differitur.

CCLXVIII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur liber cujus titulus kundgineï raz, id est, thesaurus mysteriorum: poëma versibus Turcicis scriptum, ubi de rebus ad pietatem & spiritualitatem spectantibus differitur. Auctore *Jahia*, qui anno Hegiræ 647. floruit.

CCLXIX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur explicatio Turcica poëmatis cujusdam, Persicè scripti, quo de rebus ad religionem Mohammedanam pertinentibus differitur.

CCLXX.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur varii argumenti poëmata, quorum auctores feruntur *Zaty, Vedghy, Ademy, Umidy, Thalihy, Messihy, Dgelily, Umrevy, Baky, Anvery, Ssubouhy*.

CCLXXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus, quo continetur liber cujus titulus zubdet ul achaar, sive poëtarum Turcicorum poëmata insigniora, ordine alphabetico disposita.

CCLXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Cheikh Saadi* gulistan, opus è Persica lingua in Turcicam ab anonymo conversum.

CCLXXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur *Cheikh Saadi* opus inscriptum bostan; adjuncta ad singulorum distichorum finem, interpretatione Turcica. Ad oram præterea codicis, conjectæ sunt notæ marginales doctissimæ. Interpretationis autem, ut & notarum, auctor ignoratur.

CCLXXIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, pulchritudine nulli secundus, quo continentur varia de amore Dei poëmatia, quæ singula quinque aut sex distichis constant. Illorum auctor fertur *Amurathes, Muhammedis* filius, qui imperium abdicare coactus, ad rerum cælestium contemplationem totum se convertit. Ejus regni initia ad annum Hegiræ 824. referuntur.

CCLXXV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus, quo continetur liber cujus titulus divan Nevajy, sive poëmata versibus Turcico-Tartaricis scripta, ubi de rebus amatoriis. Auctore *Alichir*, cognomine *Nevajy*, Viziro Mirza Hussein, Tamerlanis abnepotis. Poëtæ illius mors cadit in annum Hegiræ 906.

CCLXXVI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus partim soluta, partim stricta oratione scriptum, cujus titulus husn dilahy, ubi de amore: poëma è Persica lingua in Turcicam à *Lamiy* conversum.

CCLXXVII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur volumen primum interpretationis Turcicæ poëmatum, quæ *Hafiz*, poëtæ apud Orientales celeberrimi, nomine circumferuntur. Hujusce interpretationis auctor *Chem-y*, qui anno Hegiræ 936. obiisse dicitur. Reperiuntur præterea in eo codice loca quædam ab *Antonio Gallandio* Latinè conversa.

CCLXXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus divan Jahia, sive carmina, quorum auctor *Jahia*. Illius mors refertur ad annum Hegiræ 1053.

CCLXXIX.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur liber cujus titulus divan Sfabry, sive carmina, quorum auctor *Sfabry*. Illorum pars major in laudem Amurathis Turcarum imperatoris.

CCLXXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur varii argumenti carmina, quorum auctor *Seiry*.

CCLXXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus divan Nedgiaty, sive collectio carminum, quorum auctor *Nedgiaty*, poëta magni apud Turcas nominis. Is Adrianopoli supremum diem obiit anno Hegiræ 914.

CCLXXXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur *Nedgiaty* cujusdam opera poëtica, ubi de variis rebus.

CCLXXXIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus divan Aazmy, id est, collectio poëmatum quæ *Aazmy* auctorem habent.

CCLXXXIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber cujus titulus divan Ussouly, sive poëmata, quorum auctor *Ussouly*. Illius mors cadit in annum Hegiræ 945.

CCLXXXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum divan Baky, sive carminum illorum collectio, quæ *Baky* auctorem habent.

CCLXXXVI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur poëma Turcicum de amore. Illius auctor *Khalily*. Hujusce codicis initio folia quædam desiderantur.

CCLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur carmina amatoria, è variis auctoribus collecta.

CCLXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, variis florum picturis ornatus, quo continentur de amore aliisque rebus carmina.

CCLXXXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur carmina quædam amatoria.

CCXC.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur variorum poëtarum variis de rebus carmina.

CCXCI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur varii argumenti carmina, in quibus, si majorem partem spectes, pudori parum consulitur.

CCXCII.

Codex chartaceus, olim Gallandianus, quo continentur miscellanea, nullo ordine collecta, Turcicè, Persicè & Italicè scripta. Ibi cantilenæ quædam, unà cum notis musicis, ut & nonnulla ad medicinam pertinentia.

CCXCIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur variorum carminum collectio.

CCXCIV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii. Ibi continentur:

1.° Variorum poëtarum variis de rebus carmina.

2.° Complures epistolarum formulæ.

CCXCV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continentur:

1.° Fragmenta quædam poëtica, Turcicè partim, partim Persicè, illudque nullo servato ordine.

2.° Fragmenta Galeni ex libro de medicamentis simplicibus. Opus Arabicæ interpretationis auxilio in Persicam linguam ab anonymo conversum.

3.° Anonymi de Alcorani legendi ratione tractatus.

4.° Varia ad Mohammedanam legem pertinentia.

5.° Anonymi tractatus de geomantia.

CCXCVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur epigrammata quædam, ut & variorum characterum Turcicorum elegantissima specimina.

POETÆ.

In-octavo.

CCXCVII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur liber cujus titulus tezkeret uchchuera, sive historia poëtarum qui, imperantibus Othomannidis, floruerunt, idque ordine alphabetico. Agmen ducunt poëtæ viginti, ex Othomannidarum gente, sequuntur privati 282. qui poëticam excoluerunt. Auctore *Latify el Casthamonny,* cujus mors cadit in annum Hegiræ 990. Desiderantur octo postremæ litteræ.

CCXCVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, lingua Turcica scriptus, sed ea quæ in regione vulgo Turkestan nominata, recepta est. Ibi continetur anonymi opus inscriptum, colloquia curiosa, quo de poëtarum vitis.

CCXCIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus inscriptum divan hazret Roucheny, sive carmina de spiritualitate, auctore *Roucheny,* præfecto Mahummedanorum cœnobitarum, cujus maxima apud Turcas sanctitatis fama.

CCC.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur poëma inscriptum muhabbet nameh, id est, ars amandi. Ibi legitur Constantinopoleos descriptio, præcipuorum illius ædificiorum, locorumque urbi vicinorum, auctore *Dgiafer Hissaby,* qui suum hoc opus Bajazethi, ejus nominis secundo, nuncupavit, anno Hegiræ 808.

CCCI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur carminum amatoriorum collectio, auctore *Muydy.*

CCCII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, variis florum figuris ornatus, quo continentur de amore aliisque rebus carmina.

CCCIII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur varii argumenti poëmata, nulla ordinis habita ratione, collecta.

CCCIV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii. Ibi continetur opus inscriptum si nameh Humai, id est, triginta Humai ad amicam epistolæ, versibus scriptæ.

CCCV.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur cantilenæ quædam amatoriæ.

CCCVI.

Codex bombycinus, olim Gaulmini, quo continentur anonymi cantilenæ quædam amatoriæ.

CCCVII.

Codex bombycinus, olim Gaulmini, quo continentur anonymi cantilenæ quædam amatoriæ.

CCCVIII.

Codex bombycinus, olim Thevenotii, quo continentur cantilenæ quædam amatoriæ.

FABULÆ ROMANENSES.

In-folio.

CCCIX.

Codex bombycinus, Aleppo in Bibliothecam Colbertinam Vanslebii opera,

illatus anno 1673. picturisque, sed minùs elegantibus, ornatus. Ibi continetur fabula romanensis, de rebus gestis Alexandri magni, ab *Ahmede el Kermanny* Persicè scripta anno Hegiræ 792. idque versibus, deinde ab anonymo quodam in linguam Turcicam metricè quoque conversa.

CCCX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus Iskender nameh, sive fabula romanensis, versibus scripta, de rebus gestis Alexandri magni. Opus primùm ab *Ahmede,* cognomine *el Kermanny,* Persicè editum anno Hegiræ 792. postea ab anonymo in Turcicam linguam conversum.

CCCXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, quo continetur liber cujus titulus Iskender nameh, sive fabula romanensis, versibus scripta, de rebus gestis Alexandri magni. In eo præterea opere, cujus auctor *Ahmed,* multa occurrunt de primæ Persarum dynastiæ regibus, de Abrahamo & Enocho, de Cyro, illiusque successoribus, de Arsacidis & Sassanidis qui, expulsis Arsacidis, imperio potiti sunt. Sequitur breve quoddam fragmentum, ubi de Christo Domino, Mohammede & Chalifis.

Is codex anno Hegiræ 899. exaratus est.

CCCXII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus Khosreu we Chirin, id est, fabula romanensis, de amoribus Chirin & Chosrois, vigesimi tertii regis quartæ imperatorum Persicorum dynastiæ. Opus versibus Turcico-Tartaricis scriptum, & à *Barakeh,* in regione Kaptchak dicta nato, compositum anno Hegiræ 785.

CCCXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Fabula romanensis, carmine scripta, de amoribus Mihir & Muchteri. Opus è Persica lingua in Turcicam ab anonymo conversum.

2.° Anonymi poëma, sive fabula romanensis, ubi plurima narrantur bellicæ fortitudinis exempla, commentitia omnia & portentosa.

3.° Opus inscriptum teffir vaaziat, id est, concionum explicatio, ubi religionis Mahummedanæ præcepta, compluribus ex historia petitis exemplis stabiliuntur.

CCCXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus Khorchid nameh, sive fabula romanensis, versibus Turcicis scripta, de amoribus Ferahchad & Khorchid: Khorchid autem cujusdam regis Katayæ filia dicitur, rebus egregriè bello gestis & insigni pulchritudine clarissima. Illius fortitudine Ferahchad ingentem de Boga Can victoriam reportavit, eaque in matrimonium ducta magnum sibi nomen peperisse fingitur. Auctore *Cheikh Oglou,* qui hoc suum opus è Persica lingua in Turcicam conversum, Bajazethi Amurathis filio, undecimo Turcarum imperatori, nuncupavit.

CCCXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus Khorchid nameh, sive fabula romanensis, versibus scripta, de amoribus Ferahchad & Khorchid. Auctore *Cheikh Oglou.*

CCCXVI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, variis florum & arborum picturis illisque elegantibus ornatus. Ibi continetur liber cujus titulus Leileh we Medgnoun, sive fabula romanensis, versibus scripta, de amoribus Leileh & Medgnoun. Auctore *Mohammede Solimani* filio, cognomine *Sudhouly,* Bagdadensi, qui hocce opus è lingua Persica in Turcicam convertit.

CCCXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum Kissa Malik Danichmend Gazi Ahmed, sive fabula romanensis, in qua duorum heroum fortitudine insignium res gestæ narrantur. Priori nomen Khorassan, qui ad Seid Battal genus referebat; alter Malik appellatur, nepos Emiri Omaris Malatiæ principis. Uterque autem complures de Romanis victorias reportasse dicitur.

CCCXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur fabula romanensis, ubi de rebus gestis Seid Battal Gazi.

FABULÆ ROMANENSES.

In-quarto.

CCCXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus Youssouf we Zelikha, sive fabula romanensis, versibus Turcicis, illisque parum elegantibus scripta, in qua de Josephi & Zelikhæ uxoris Putipharis amoribus. Auctore, sive potius interprete *Homaik,* à quo ex Arabica lingua in Turcicam conversa est.

Is codex anno Hegiræ 990. exaratus est.

CCCXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus Houchenk nameh, sive fabula romanensis, de rebus gestis Houchenk, secundi regis primæ Persarum dynastiæ.

CCCXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur volumen sextum fabulæ cujusdam romanensis, inscriptæ Kaherman nameh, in qua de rebus gestis illius herois, qui primæ veterum Persiæ regum dynastiæ temporibus vixit.

CCCXXII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur fabula romanensis, de amoribus Chosroæ Parvis, filii Hormisdæ, vigesimi tertii, è Sassanidarum dynastia, Persiæ regis, auctore *Bajazethe, Mustaphæ* filio, qui hoc suum opus Amurathi, ejus nominis secundo, inscripsit.

CCCXXIII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus Khosrew we Chirin, sive fabula romanensis, versibus scripta, de Chosrois Persarum regis & Chirin amoribus. Auctore *Scheikhy.*

CCCXXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus Khosrew we Chirin, sive fabula romanensis, versibus scripta, de amoribus Khosroæ regis Persarum & Chirin.

Is codex anno Hegiræ 919. exaratus est.

CCCXXV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus Khosrew we Chirin, id est, fabula romanensis, versibus scripta, de Chosrois Persarum regis & Chirin amoribus.

CCCXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus Khosrew we Chirin, sive fabula romanensis, versibus scripta, de Chosrois Persarum regis & Chirin amoribus. Opus Amurathi, Mohammedis secundi filio, Turcarum imperatori, nuncupatum.

CCCXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Liber cujus titulus Khosrew we Chirin, sive fabula romanensis, stricta oratione, de Chosrois & Chirin amoribus.

2.° Liber soluta oratione scriptus, cujus titulus nefais ul medgialis, sive Persarum qui doctrinæ laude floruerunt, catalogus. Utriusque operis lingua Turcico-Tartarica scripti, auctor est *Alichir,* cognomine *Neuvaii,* qui Mirzæ Hussein, Tamerlanis abnepotis, Vizirus fuisse dicitur.

Is codex anno Hegiræ 964. exaratus est.

CCCXXVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur fabula romanensis, de amoribus Chosrois & Chirin, auctore *Cheikhy,* qui hoc suum opus Amurathi, hujus nominis secundo, nuncupavit.

CCCXXIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur fabula romanensis, versibus scripta, de amoribus Chosroæ & Chirin, auctore *Bajazethe, Mustaphæ* filio, qui hoc suum opus Amurathi, hujus nominis secundo, Turcarum imperatori, nuncupavit.

CCCXXX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur opus inscriptum ketab Khosrew we Chirin, sive fabula romanensis, de amoribus Chosroæ regis Persarum, & feminæ cujusdam nomine Chirin. *Nizami* auctor est hujusce poëmatis.

CCCXXXI.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus Leileh we

Medgnoun, ſive fabula romanenſis, verſibus Turcicis ſcripta, de Leileh & Medgnoun amoribus. Ad oram codicis eadem legitur verſibus Perſicis: auctore *Hatify*.

CCCXXXII.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus Leileh we Medgnoun, ſive fabula romanenſis, verſibus ſcripta, de Leileh & Medgnoun amoribus.

CCCXXXIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus Leileh we Medgnoun, ſive fabula romanenſis, verſibus ſcripta, de Leileh & Medgnoun amoribus. Opus principi Dgem, Bajazethis ejus nominis ſecundi filio, nuncupatum. Auctore *Chahidy*, qui anno Hegiræ 881. floruiſſe dicitur.

CCCXXXIV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus Leileh we Medgnoun, ſive fabula romanenſis, verſibus ſcripta, de Leileh & Medgnoun amoribus.
Is codex anno Hegiræ 905. exaratus eſt.

CCCXXXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur pars prima fabulæ cujuſdam romanenſis, inſcriptæ Kiran Habechy. Opus primùm ab *Abouthaher Mouſſa el Thartouſſy*, Perſicè editum, poſtea in linguam Turcicam anonymi ſtudio converſum. Ibi bellum inter reges Iran & Touran geſtum deſcribitur. Kobad autem Iran imperator, præfecto copiis Kiran Habech, humili quidem loco nato, ſed viro eximiæ fortitudinis, multas de Iradge, Touran rege, victorias reportavit.

CCCXXXVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars ſecunda fabulæ romanenſis, cujus titulus Kiran Habechy, è Perſica lingua in Turcicam ab anonymo converſa. Ibi deſcribuntur res à Gehanghir & Ardechir Cobadis filiis, geſtæ adversùs Iradge regem Touran, adjutore Kiran Habech, qui ſapientia & inſigni fortitudine, magnum in eo bello ſibi nomen peperit.

CCCXXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur pars tertia fabulæ romanenſis, cujus titulus Kiran Habechy, è Perſica lingua in Turcicam ab anonymo converſa. Ibi belli adversùs Iradge ſuſcepti exitus narratur. Cobad autem, debellato Iradge, Bactrianæ in poteſtatem redactæ Kiran Habech præfecit.
Is codex anno Hegiræ 920. exaratus eſt.

CCCXXXVIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus Seid Battal Gazy, ſive fabula romanenſis, de Seid Battal Gazy, herois Mahummedani, ad pſeudoprophetam genus referentis, rebus geſtis. Dividitur in capita octodecim, quibus totidem victoriæ adversùs Græcos reportatæ narrantur.

CCCXXXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus Seid Battal Gazy, ſive fabula romanenſis, de herois cujuſdam Mohammedani, nomine Seid Battal Gazy, rebus geſtis. Is autem ab Omare Malatiæ principe copiis præfectus, rebus adversùs Romanos, ſive Græcos egregiè geſtis, magnam ſibi nominis famam peperit.
Is codex anno Hegiræ 1022. exaratus eſt.

CCCXL.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus Seid Battal Gazy, ſive fabula romanenſis, de rebus geſtis herois cujuſdam Mohammedani, nomine Seid Battal Gazy, quem egregiè adversùs Græcos pugnantem occubuiſſe dicunt anno Hegiræ 1022.

CCCXLI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus Seid Battal Gazy, ſive fabula romanenſis, herois cujuſdam Mohammedani, ſic dicti, res geſtas complectens.

CCCXLII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam Colbertinam illatus anno 1675. Ibi continetur opus inſcriptum ketab Seid Battal Gazy, ſive fabula romanenſis, de hujuſce herois rebus geſtis.

CCCXLIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur volumen octavum libri cujus titulus Kaherman nameh, ſive

fabula romanensis, de herois illius rebus gestis.

CCCXLIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur volumen primum operis cujus titulus Kaherman nameh, in quo de herois cujusdam ita nuncupati, rebus gestis. Is temporibus Rustanis & Afraciabi floruit. Uterque autem imperante Huchenk, uno è veteribus Persarum regibus, vixisse fertur.

CCCXLV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus anonymi cujus titulus Kerden Kechan nameh, sive de herois cujusdam Kerden Kechan nuncupati, rebus gestis.

CCCXLVI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus Chah Guedah, sive fabula romanensis, versibus scripta, in qua de Guedah & feminæ cujusdam, nomine Chah, amoribus, differitur. Præmittitur longissima præfatio, ubi de Mohammedis, illiusque successorum, præsertim vero Othomannidarum laudibus. Ad calcem, templi sanctæ Sophiæ descriptio reperitur. Auctore *Jahia.*

CCCXLVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur opus cujus titulus Chah Guedah, sive fabula romanensis, de amoribus Guedah.

CCCXLVIII.

Codex bombycinus ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Liber cujus titulus Chah Guedah, sive fabula romanensis, versibus scripta, ubi de Guedah & feminæ cujusdam, nomine Chah, amoribus.

2.° Nonnulla carmina è variis auctoribus collecta, variisque linguis scripta.

CCCXLIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Fabula romanensis, de amoribus Guedah, auctore *Jahia Effendy,* qui hoc suum opus Solimano primo nuncupavit.

2.° Fabula romanensis, inscripta Gul Bulbul, id est, de amoribus Gul, sive rosæ, & Bulbul, sive lusciniæ, quæ sunt amantium nomina.

CCCL.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Poëma inscriptum Chah Guedah, sive fabula romanensis, de Guedah & feminæ cujusdam, nomine Chah, amoribus. Auctore *Jahia.*

2.° Selimi Turcarum imperatoris ad Chah Ismael Persarum regem, & Kamsou Gauri, Ægypti Sultanum, epistolæ.

3.° Carmina quædam è variis poëtis collecta. Occurrunt præterea nonnulla de virorum aut fortitudine, aut doctrina clarorum laudibus.

Hujusce codicis pars prior anno Hegiræ 960. exarata fertur.

CCCLI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii. Ibi continetur fabula romanensis, de amoribus Guedah.

CCCLII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur primum volumen fabulæ romanensis, in qua de herois cujusdam Kerden Kechan nuncupati, rebus gestis, differitur.

CCCLIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus Vamak we Azra, sive fabula romanensis, versibus scripta, de Vamak & Azra amoribus. Auctore *Lamiy.*

CCCLIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur volumen quartum fabulæ cujusdam romanensis, in qua de Antar, herois Mohammedani, rebus gestis, differitur. Opus ex Arabica lingua in Turcicam ab anonymo conversum. Vixit autem Sassanidarum Persiæ regum temporibus, & præclara illius facinora magicis artibus patrata pleraque dicuntur.

CCCLV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur fabula quædam romanensis, cujus titulus Khorchid nameh.

In eo autem codice initium, finis, & tituli capitum desiderantur.

CCCLVI.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur opus undecim voluminibus constans. Illorum titulus elf Leileh we Leileh, id est, una & mille noctes, sive fabulæ romanenses, ex Arabica lingua in Turcicam conversæ. Prodierunt Gallicè opera *Antonii Galland.*

CCCLVII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, multis constans voluminibus, quibus continetur fabula romanensis, inscripta gourre ezher, ex illarum genere quas vulgo Turcæ ad oblectationem lectitant, iis in locis ubi Caffei potandi causâ congregari solent.

CCCLVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur opus cujus titulus husn dilahy, sive fabula romanensis, verbis grandioribus & turgidis scripta. Auctoris nomen desideratur.

FABULÆ ROMANENSES.

In-octavo.

CCCLIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus Youssouf we Zelikha, sive fabula romanensis, versibus scripta, de Josephi & Zelikhæ uxoris Putipharis amoribus. Auctore *Hamedy,* cujus mors cadit in annum Hegiræ 709.

Is codex anno ejusdem æræ 990. exaratus est.

CCCLX.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur liber cujus titulus Youssouf we Zelikha, sive fabula romanensis, versibus scripta, de Josephi & Zelikhæ uxoris Putipharis amoribus.

CCCLXI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus Youssouf we Zelikha, sive fabula romanensis, de Josephi & Zelikhæ uxoris Putipharis amoribus. Hujusce codicis initio folia quædam desiderantur.

CCCLXII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus Youssouf we Zelikha, sive fabula romanensis, de amoribus Josephi & Zelikhæ uxoris Putipharis. Opus versibus Turcicis scriptum.

CCCLXIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continetur liber cujus titulus Khosrew we Chirin, sive fabula romanensis, versibus scripta, de Chosrois Persarum regis & Chirin amoribus.

CCCLXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continentur:

1.° Opus inscriptum Kosrew we Chirin, sive fabula romanensis, de Chosrois Persarum regis & Chirin amoribus. Ab interprete, Selimo Turcarum imperatori nuncupatur.

2.° Aliud ejusdem generis opus, cujus titulus Leileh we Medgnoun, id est, de Leileh & Medgnoun amoribus.

Is codex anno Hegiræ 1113. exaratus est.

CCCLXV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus Leileh we Medgnoun, sive fabula romanensis, versibus scripta, de Leileh & Medgnoun amoribus.

CCCLXVI.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus Leileh we Medgnoun, sive fabula romanensis, versibus scripta, de Leileh & Medgnoun amoribus: poëma è lingua Persica in Turcicam conversum.

CCCLXVII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur liber cujus titulus Chah Guedah, sive fabula romanensis, versibus scripta, ubi de Guedah & feminæ cujusdam, nomine Chah, amoribus disseritur. Auctore *Jahia.*

CCCLXVIII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Fabula romanensis, versibus scripta, Solimanoque

Solimanoque ejus nominis primo, nuncupata, de amoribus Schah Guedah, auctore *Jahia Effendy.*

2.° Fabula romanensis, versibus quoque scripta, cujus titulus Gul Bulbul, id est, de amoribus rosæ & lusciniæ. Eodem auctore.

APOLOGI.

In-folio.

CCCLXIX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur opus cujus titulus humaioun nameh, id est, liber regius, vel augustus, è Persica lingua in Turcicam conversus, Solimanoque Turcarum Sultano inscriptus. De hocce libro multis agit Herbelotius in Bibliotheca Orientali.

CCCLXX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus humaioun nameh, in quo de rebus ad morum doctrinam & regimen politicum spectantibus differitur. Opus è Persica lingua in Turcicam ab *Aly Tcheleby Effendi* conversum.

CCCLXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus humaioun nameh, in quo de rebus ad doctrinam morum & regimen politicum spectantibus differitur. Opus è Persica lingua in Turcicam ab *Aly Tcheleby Effendi* conversum.

Is codex anno Hegiræ 967. exaratus est.

CCCLXXII.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus humaioun nameh, è Persica lingua in Turcicam ab *Aly Tcheleby Effendi* conversus.

CCCLXXIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus humaioun nameh. Opus è lingua Persica in Turcicam conversum.

CCCLXXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus humaioun nameh, è Persica lingua in Turcicam ab *Aly Tcheleby Effendi* conversus.

CCCLXXV.

Codex bombycinus, olim Melchisedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus, humaioun nameh, è Persica lingua in Turcicam ab *Aly Tcheleby Effendi* conversus.

CCCLXXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam Colbertinam opera Petis de la Croix illatus anno 1675. Ibi continetur opus inscriptum humaioum nameh, id est, liber regius, è Persica lingua in Turcicam ab anonymo conversus.

CCCLXXVII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, Ibi continetur liber cujus titulus feredg baad chiddeh, id est, consolatio post afflictionem; ubi historiæ quadraginta duæ, partim ad animos recreandos, partim ad mores informandos scriptæ.

CCCLXXVIII.

Codex bombycinus, Cairo in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continetur opus inscriptum kirk Vizir, id est, quadraginta Viziri. In eo opere fingitur uxor Hafikimi Turcarum regis quadragies ab ipso impetrasse, ut ejus filius quem ipsa frustra deperibat, interficeretur. Hunc variis sermonibus ita defendunt quadraginta Viziri, ut cognita tandem illius innocentia, rex in uxorem animadverti jusserit.

CCCLXXIX.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur opus inscriptum Kirk Vizir, id est, quadraginta Viziri.

CCCLXXX.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, lingua Turcica vulgari scriptus, quo continetur anonymi fabularum & historiarum ad animos recreandos accommodatarum collectio.

APOLOGI.

In-quarto.

CCCLXXXI.

Codex bombycinus, olim Gilberti

Gaulmini, ubi continetur opus notiſſimum, cujus titulus humaioun nameh, è Perſica lingua in Turcicam ab anonymo converſum.

Is codex anno Hegiræ 971. exaratus eſt.

CCCLXXXII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi liber cujus titulus feredg baad chiddeh, id eſt, conſolatio poſt afflictionem, ſive hiſtoria virorum quadraginta duorum, qui aditis ingentibus periculis, mira Dei providentia ex illis evaſerunt.

Is codex anno Hegiræ 984. exaratus eſt.

CCCLXXXIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus feredg baad chiddeh, id eſt, conſolatio poſt afflictionem. Opus ad doctrinam morum pertinens, è lingua Perſica in Turcicam converſum à *Mohammede Omaris* filio, Alepenſi, illudque juſſu Amurathis, patris Mohammedis ſecundi.

CCCLXXXIV.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur anonymi tractatus cujus titulus feredg baad chiddeh, id eſt, conſolatio poſt afflictionem. Opus conſtans fabulis & narrationibus quadraginta duabus. Hujuſce codicis initio quædam deſiderantur.

CCCLXXXV.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur hiſtoriarum & fabularum collectio ad recreandos animos idonearum, auctore anonymo, qui huic operi ultimam manum impoſuit anno Hegiræ 1099.

CCCLXXXVI.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Opus cujus titulus exempla Lamai, ubi fabulæ complures & hiſtoriæ ad recreandum animum idoneæ. Auctore *Abdulah*, filio *Mahmoud* filii *Othman*, cognomine *Lamai*, qui librum Solimano magno anno Hegiræ 932. inſcripſit.

2.° Doctrinæ Mahummedanæ compendium, auctore anonymo.

CCCLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur liber cujus titulus ibret numai Lamiy, ſive opus apologis & narrationibus conſtans, quarum pars major ad doctrinam morum pertinet. Auctore *Lamiy*, magni apud Turcas nominis ſcriptore, qui hanc ſuam lucubrationem Selimo primo anno Hegiræ 958. nuncupavit. Præmittitur præfatio, qua de victoriis à Solimano Turcarum imperatore, anno 1525. in Hungaria reportatis fusè diſſeritur.

CCCLXXXVIII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanſlebii opera illatus. Ibi continetur liber inſcriptus kirk Vizir, id eſt, quadraginta Viziri. Opus Mahmoudi Koraſſani Sultano nuncupatum.

Is codex anno Hegiræ 1039. exaratus eſt.

CCCLXXXIX.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anonymi fabula romanenſis, ex Arabica lingua in Turcicam converſa, & Gallicè edita. Illius titulus quadraginta Viziri.

CCCXC.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur liber cujus titulus kirk Vizir, ſive quadraginta Viziri.

CCCXCI.

Codex bombycinus, olim Melchiſedechi Thevenotii, ubi continetur liber cujus titulus kirk Vizir, ſive quadraginta Viziri.

CCCXCII.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continetur liber cujus titulus kirk Vizir, ſive quadraginta Viziri. Hujuſce codicis initio quædam deſiderantur.

CCCXCIII.

Codex bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, ubi continetur poëma cujus titulus deh murgan, id eſt, aves decem, ſive dialogus inter aves decem, ubi de rebus ad morum doctrinam pertinentibus diſſeritur. Auctore *Chemſy* qui Selimi, ſecundi Turcarum imperatoris, temporibus floruit.

CCCXCIV.

Codex bombycinus, olim Gallandianus. Ibi continetur opus inſcriptum daſy el gumoum we raſy el humoum, ſive liber ad recreandos animos accommodatus, ſed quo pudori parum conſulitur. Auctor, cujus nomen ignoratur, hoc ſuum opus Korkout, Bajazethis Sultani filio, nuncupavit.

CCCXCV.

Codex bombycinus, olim Gallandianus, quo continentur fabulæ quædam & apologi. Auctore *Naſreddino Khodgea.*

APOLOGI.

In-octavo.

CCCXCVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur opus inſcriptum daſtan edgderha, ſive hiſtoria draconis. Dividitur in duas partes, quarum priore narratur Arabia à dracone, qui fœdè in Arabas graſſatus erat, Mohammedis & Aly virtute liberata. In altera Omaris Chaliſæ juſtitia ſummoperè laudatur, à quo condemnatus filius, qui alienam uxorem ſtuprarat.

APPENDIX

Complectens Codices Manuſcriptos Orientales ex Arabica & Turcica lingua in Gallicam nuper converſos.

In-folio.

CODEX PRIMUS.

Codex chartaceus, quo continetur operis quod inſcribitur hortus Chaliſarum, ſive hiſtoria Bagdadi, volumen primum, complectens res geſtas Chaliſarum & præfectorum qui, extinctis Chaliſis, in ea urbe conſederunt. Dividitur in plura capita, quorum primo narratur Aboul Abbas Abdoullah in urbe Cuſa Chaliſatum ſibi vindicaſſe anno Hegiræ 132. Is adjuncta imperio Syria & Palæſtina, fratrem Salih miſit in Ægyptum, qui crudeliter obtruncatis ex Ommiadarum familia viris nonaginta, Chaliſarum cadaveribus non pepercit. Capite ſecundo, dicitur Dgiafer el Manſour Billah, mortuo patre Aboul Abbas, imperium obtinuiſſe; ab eo ingenti prælio victus eſt Salih patruus, illudque conſiliis & fortitudine Abou Muſlim, quem tanti beneficii immemor interficiendum curavit: non immeritò tamen, cum immani ejus ſævitia ad hominum ſexcenta millia cecidiſſe traditum ſit. Manſour autem rebus compoſitis, Bagdadum condidit, de cujus nomine Arabum ſcriptorum opiniones parum inter ſe conſentire ex auctore noſtro compertum eſt. Capite tertio, aggreditur Bagdadi deſcriptionem. Si auctori fides habenda eſt, nulla urbs unquam fuit, quæ, ſi magnitudinem, & ædificiorum tam publicorum quàm privatorum pulchritudinem ſpectes, cum illa comparari poſſit. Verendi tamen locus eſt ne teſtes qui ibi laudantur, in extollenda hujuſce oppidi præſtantia, pro inſita genti ſuperbia, nimii fuerint; verbi gratia, mira prædicant de Bibliotheca quæ in collegio quodam dicto Beltaſic. Ibi aſſervabantur volumina 360009. quorum cuſtodiendorum cura viris quinquaginta demandata erat; præfecto autem illius, præter ea quæ ad victum erant neceſſaria, ſtipendium quinquaginta ducatorum quotidie attributum legitur. Capite quarto, Muhammed el Mehedi patri ſuccedit anno Hegiræ 159. Princeps liberalitate & clementia inſignis, plurima in pſeudoprophetæ templo illius munificentiæ monumenta etiamnum ſupereſſe traditur. Imperante Mehedi, Haroun filius ad Boſphorum uſque Thraciæ progreſſus eſt; imperatori CP. pax data ea conditione, ut tributi nomine 70000. ducatos penderet. Capite quinto, Mouſa el Hadi, fratre Haroun potiſſimùm annitente, Chaliſatum obtinuit anno Hegiræ 169. Illius temporibus, Addoullah Maknæ filius, impiorum primipilus, qui librum kalile we damna è Græca lingua in Arabicam ſumma elegantia converterat, compluribus ſibi adjunctis ſociis, alium Alcoranum publicare in animo habebat. Hunc ut & aſſeclas omnes interfici juſſit Chaliſa. Eo regnante, multis editis voluminibus, confutatæ hæreſes variæ, quæ apud Muſulmanos ortæ erant. Nonnulli matris opera Mouſan è medio ſublatum memoriæ prodiderunt. Capite ſexto, Haroun el Rechid anno Hegiræ

169. in fratris locum suffectus est, princeps magni ingenii, pius, doctorum virorum & proborum imprimis studiosus. Anno 176. adversùs Dilemitas profectus, quos imperio adjungere volebat, insidiisque exceptus, post aliquot mensium captivitatem liberatus est. Anno 182. Græcis bellum indixit, & Nicæa capta, redux, provincias sibi subditas inter filios tres partitus est. Syria, Irak, Arabia felix, Ægyptus & Barbaria, Emin natu majori obtigerunt. Datæ Memoun Khorassan, Persia & Turkistan. Alger & aliæ quædam urbes Casim cesserunt. Anno 188. primarius Vizirus nomine Barmeki, vir longè celeberrimus, gratia Chalifæ excidit, & in vincula conjectus, fato, aliquot post annis functus est. Eodem anno, ortum Græcos inter & Haroun bellum, victi Græci & tributum coacti pendere. Capite septimo, Chalifatus insignia sumsit anno Hegiræ 190. Muhammed Emin, eruditus ille quidem, sed præ nimio voluptatum studio ad rempublicam tractandam parum idoneus. Dum provincias quæ fratribus obtigerant, eripere conatur, multis præliis à Tahero, Memoun copiis præfecto, cæsus periit. Capite octavo, Abdoullah Memoun Chalifatum suscepisse dicitur anno Hegiræ 198. Illo imperante, plurimæ in Irak & Arabia felici ortæ seditiones, multi cecidere mortales: Memoun autem, ut tot malis mederetur, & factionum duces sibi conciliaret, unum è Mohammedis posteris successorem designavit. Quod cum Abbassidæ molestissimè ferrent, Chalifam crearunt Ibrahim Haroun, Memoun fratrem, cujus conatus fracti. Anno Hegiræ 212. & sequentibus, Græcæ ditionis provincias crebris excursionibus vastavit; subditis ob eximiam liberalitatem & humanitatem unicè carus, plerisque tamen legis doctoribus ideo invisus fuit, quòd ab illorum partibus staret, qui Alcoranum creatum esse contenderent. Capite nono, occurrunt nonnulla de Taheri, & ejus posterorum dynastia. Capite decimo, Abbas filius Memoun, rebus gerendis propter desidiam & libidinem impar, abdicavit imperium in gratiam patrui Muhamed el Motasim, quod ineunte anno Hegiræ 218. contigit. Non multo post, suadente schismaticorum antesignano Ahmede Ibn Abi Davud, in doctores sæviit, qui ejus de Alcorano creato sententiæ accedere nolebant; nec mitior in Abbas, fratris filium, quem rebus novis studere falsò quidam insimularunt. Chalifa anno Hegiræ 222. Græcis iratus, qui in Mohammedanam ditionem impetum fecerant, Ancyram expugnat. Ibi homines ad sexaginta millia interfecti sunt, totidem capti. Eodem circiter anno Batek ignicola, qui innumeram prope Musulmanorum multitudinem obtruncaverat, victus ab Akkichin, in Armeniam se recepit ad Armenorum Patriarcham, nomine Schl Ibn Sebnatek, à quo, ut videtur, proditus, in Motasim potestatem venit, & illius jussu miserè laniatus interiit. Capite undecimo, sermo fit de Vasik Billah, qui ad Chalifatum pervenit anno Hegiræ 227. Illius jussu necati doctores quidam magni nominis, quòd doctrinam de Alcorano creato docere recusarant, postea tamen erroris eum pœnituit. Laudantur illius eruditio & liberalitas. Capite duodecimo, Dgiafer, cognomine el Mutevekkil al Allah, Chalifa renuntiatus traditur anno Hegiræ 232. Edicto sancivit, ut Christiani vestes à Mohammedanorum vestibus diversas induerent, ne ipsis equo per urbem vehi liceret, neque ad divanum pateret aditus. Anno 244. Muntasir, Billah filius, immissis quibusdam Turcis, patrem interemit. Capite decimo tertio, Muntasir Billah imperium occupat, qui Turcarum insidiis periit; successit Abdul Nehab, ejus filius, quem sex post mensibus, alii veneno extinctum, alii morbo interiisse tradiderunt. Capite decimo quarto, Turcarum factione Chalifatum occupat Mustayn Billah, Chalifæ mortui patruus, idque anno Hegiræ 248. Verùm cum anno 251. in Bagam unum è Turcarum ducibus animadvertisset, cæteri Turcæ, venia desperata, electoque Mitaz fratre Mustayn, Bagdadum obsident. Mustayn à suis proditus interficitur. Capite decimo quinto, Mytaz anno Hegiræ 252. Chalifatum adeptus, Turcarum perfidia, inedia in carcere obiit. Capite decimo sexto, Muhtadi Billah, Turcis adjuvantibus, imperio potitur, quibus cum Chalifæ pietas & præclara indoles parum probaretur, illorum scelere vitam amisit. Capite decimo septimo, Montemed Bi-Annillah Ahmed ad Chalifatum pervenit, anno Hegiræ 256. Illius duces plurimas de quibusdam principibus qui à Chalifis defecerant, victorias reportarunt. Ibi de Samanidarum origine. Capite decimo octavo, Mutezid Billah anno Hegiræ 279. Chalifatum adipiscitur, fusi illius exercitus à Caramitis, qui magnas in illius provinciis strages ediderant. Ibi quædam scitu non indigna reperias de horum Caramitarum origine, moribus, institutis, doctrina, & expeditionibus adversùs Mahummedanos, in quos ubique crudeliter

sævierunt. Moutezid tamen invicto animi robore & singulari prudentia collapsas Chalifarum res restituit. Capite decimo nono, Muntefi Billah Ali, mortuo patre, regnum iniit anno Hegiræ 285. vel, ut alii tradunt, 288. Caramitæ tunc Mohammedanas ditiones, nulla sexus aut ætatis habita ratione, fœdè vastarunt; profligati sæpenumero à Chalifæ copiis, capti præcipui illorum duces & suspendio necati. Capite vigesimo, imperium ad Moudtadir Billah pervenit anno Hegiræ 295. à quo victus & occisus Abdoullah Ibn Mytaz, qui Chalifatus insignia sumserat. Anno Hegiræ 300. Moudtadir, commisso inter ipsum & Monnis eunuchum rebellem certamine, vitam amisit. Ibi quædam de Fathemitarum rebus. Capite vigesimo primo, Cahil Billah Abou Mansour imperat, qui ob matrem necatam, & Moudtadir liberos aliosque complures crudeliter interfectos subditis invisus, & in carcerem conjectus interiit. Ibi multa de Boiadarum dynastia. Capite vigesimo secundo, el Razi Billah Chalifa declaratur anno Hegiræ 323. Illo regnante ademtæ à vicinis principibus provinciæ omnes quæ Chalifis antea parebant, & Bagdadi urbs sola in illorum potestate mansit. Capite vigesimo tertio, Muttekci Billah, permittente Yehkum Vasit Emiro, ab Abbassidis & legis doctoribus Chalifa eligitur anno Hegiræ 329. Verùm Emiro victo, Bagdadum relinquere coactus, in Ægyptum se recepit; amicè postea à Toukan invitatus, & ab ipso captus, in carcerem conjicitur. Capite vigesimo quarto, Aboulcasim, Touran annitente, quem, tanti beneficii immemor, postea interfici jussit, ad Chalifatum evehitur. Non multo post Muys Id-Deule Ahmed Boiæ filius, Bagdadum venit, ubi, rebus compositis, Bagdadi Emirus declaratur, ea conditione ut Aboulcasim ducatorum quinque millia quotidiè persolverentur; sed malevolorum criminationibus amicitia brevi diremta, Muys Id-Deule Chalifam domum adduci jussit, & admoto candente ferro, oculis privavit: quo facto Chalifarum palatium direptum est. Capite vigesimo quinto, Muys Id-Deule Chalifam creari jubet Muti Billah, qui Sebukteghin consilio, ut narratur capite vigesimo sexto, Chalifatum abdicavit in gratiam el Tay Billah ejus filii, anno Hegiræ 363. hic Chalifatu exutus est à Beha Id-Deule, Bagdadi Emiro. Capite vigesimo septimo, el Cadir Billah ad Chalifatum pervenit anno Hegiræ 381. Is extincta Samanidarum dynastia, Sebukteghin Chorasmo regio nomine præfecit, miraque illius indole effectum, ut populo & principibus finitimis percarus, ad extremum usque spiritum dignitatem retineret. Capite vigesimo octavo, Caim Beemrillah, summo omnium gaudio Chalifatum adipiscitur anno Hegiræ 421. Multis à Fesasir Bagdadi Emiro acceptis contumeliis, Togroul Bey auxilium imploravit, qui victo Fesasir, Caim custodia liberatum restituit. Capite vigesimo nono, de Selgiukidarum dynastia, & illorum rebus gestis disseritur. Capite trigesimo, de regibus Mousol. Capite trigesimo primo, de Selgiukidis iterum. Capite trigesimo secundo, Muctedi Billah patri succedit anno Hegiræ 467. Meh Melix, filiam Mulk Chah Selgiukidæ, uxorem ducit, in summum discrimen adductus, Mulk Chah morte periculum evasit. Capite trigesimo tertio, suffectus in illius locum, anno Hegiræ 487. Mustezer Billah filius. Anno 490. Franci Antiochiam novem menses obsessam tandem expugnant, capta quoque Ma-erra, quibus in oppidis Mohammedanorum ad centum millia trucidata dicuntur, nec minori strage, Hierosolyma in Francorum potestatem venit. Capite trigesimo quarto, Musterchid Billah Chalifa omnium consensu agnoscitur anno Hegiræ 512. Ab ipso deficit frater Aboulhasem, quem superatum & ad se adductum honorificentissimè excepit. Anno 529. quorumdam Emirorum suasu Mesoud Seldgiouk bellum indicit, commisso prælio, Chalifa à suis desertus, in Mesoud manus incidit, & non multo post obtruncatus est. Capite trigesimo quinto, Bagdadi optimates Rachid Billah Chalifam renuntiant anno Hegiræ 530. Is cum stare nollet fœderi cum Mesoud inito, obsessa urbe Bagdado, Mosoul se recepit, & inde arrepta fuga à sicariis quibusdam confossus periit. Capite trigesimo sexto, Muktefi Beemrillah Chalifa electus, vel exeunte anno Hegiræ 532. vel ineunte 533. Eo regnante, imminutis Selgiukidarum opibus, pristinum Chalifatui decus redditur, & sui juris tandem factus, Muktefi Sultani titulum assumit, multaque instituit quæ ad Chalifatus dignitatem augendam pertinerent. Capite trigesimo septimo, Mustendiid Aboul Mezfer patris locum occupat, anno Hegiræ 547. delatores exilio multavit, & in expilatores severè animadvertit. Is cum comperisset Abou Ali fratrem, & illius matrem in suam perniciem conjurasse, utrumque noctu demergi jussit. Capite trigesimo octavo, Mustezi Benourillah Chalifa creatur anno

Hegiræ 566. Motus ab uno è Bagdadi Emiris concitatos, sapientia sedavit. Ibi quædam de Salaeddino illiusque posteris. Capite trigesimo nono, Nassir Ledil-Illah ad Chalifatum pervenit anno Hegiræ 675. Bello petitus à Sultano Mohammede Kout Bedin Khouaresmiæ rege, in summum discrimen venit; sed dum Sultanus cum trecentis hominum millibus versùs Bagdadum progreditur, amisso penè omni exercitu imbrium & nivium copia, discedit. Reparatis deinde viribus, cum Bagdadum iterum invadere in animo haberet, victus à Ginghiskano, fuga sibi consuluit. Capite quadragesimo, el Nassir Beemrillah ad Chalifatum evectus, anno Hegiræ 622. subditos summa æquitate rexit, & Mohammedanæ superstitioni imprimis fuit addictus. Capite quadragesimo primo, imperat Mustansir Billah anno Hegiræ 624. princeps effusæ, in pauperes præsertim, liberalitatis. Capite quadragesimo secundo, Mustasim Billah Chalifa renuntiatur anno 640. Eo regnante, æquata solo Bagdadi urbs ab Holakou Kan Ginghiscani filio, qui expilatis immensis propè thesauris, Chalifam fustibus cæsum interemit: interfecto Mustasim, Abbassidarum posteri in Ægyptum se receperunt & Chalifatus insignia gesserunt ad redactam usque in Othomannidarum potestatem Ægyptum. Familiæ illius ultimi Omer & Osman Constantinopoli supremum diem obiere. Capite quadragesimo tertio, mentio fit Tartarorum regum, penes quos Bagdadum fuit. Capite quadragesimo quarto, differitur de principibus qui Bagdadi secutis temporibus imperarunt. Capite quadragesimo quinto, de eadem urbe à Tamerlano expugnata. Capite quadragesimo sexto, de Persis & Turcis, illius, variis temporibus, dominis, ad annum usque Hegiræ 1030. quo opus illud à quodam *Nazmi Zade* absolutum est. Alius ad annum Hegiræ 1130. perduxit.

II.

Codex chartaceus, quo continetur volumen secundum operis quod inscribitur hortus Chalifarum, sive historia Bagdadi ab anno Hegiræ 1030. ad annum 1180. perducta. Recensentur præfecti qui hocce temporis intervallo Bagdado præfuerunt. Auctor, quibusdam præmissis, narrat quo pacto urbs illa in Persarum potestatem, regnante Chah Abbas, venerit, quæ postea bis irrito conatu à Turcis obsessa, tandem Amuthis quarti ductu expugnata est. Ibi præterea de variis Turcarum adversus tumultuantes Arabas expeditionibus, ut & de Viennæ obsidione, rebusque, liberata urbe, in Hungaria gestis.

III.

Codex chartaceus, quo continetur opus Arabicè scriptum, cujus titulus akhbar eddouëel oüe athar eldouël, sive historiæ universalis compendium, à creatione mundi ad Mohammedem usque deductum. Dividitur in varias sectiones, quarum prima, allata historiæ definitione, exponitur illius origo. Secunda sectione, de Deo, & rebus ab ipso creatis differitur. Sectione tertia, de spirituum, dæmonum & diaboli ipsius creatione. Sectione quarta, de creatione cælorum & terræ, variisque illius ante Adamum incolis: Mohammedanorum enim maxima pars in Præadamitarum classem referenda. Sectione quinta, de signorum cælestium creatione. Sectione sexta, de prophetia, Prophetis, illorum scriptis, numero, & ætate qua vixerunt. Sectione septima & sequentibus, de Adamo, Setho, Enocho, Noe, Hebero, Sale, Abrahamo, Lotho, Ismaele, Jacobo, Josepho, Mose, Jobo, Bachero Jobi filio, Jetrone, Ilia Phaleg nepote, el Khidr, uno ex Alexandri magni ducibus, quem Abrahamo æqualem fuisse fabulantur, Mose, Josua, Youcha Kouché, Tharadi filio, & Josuæ successore, Ezechiele, Elia, Elisæo, Jona, Samuele, Davide, Salomone, duobus Lokmannis, filio Aed patrono aquilarum vulgo dicto, Isaia, Jeremia, Danielibus duobus, Esdra, Salomone Esdræ successore, Joanne Baptista, Christo Domino, Georgio, Samsone, Chaled filio Sinan, Houtali filio Sofouan, qui ambo, si Mohammedanis fides, medio Christum inter & Mohammedem tempore floruerunt; denique de Mohammede. Dici vix potest quot & quàm insulsis fabulis sectiones illæ omnes scateant. Hujusce operis, è compluribus Orientalium scriptorum libris collecti, auctor est *Aboul Abbas ben Youssef,* Damascenus.

IV.

Codex chartaceus, quo continetur opus inscriptum canones imperii Othomannici, sive statuta ad varios imperii illius ordines spectantia, belli pacisque temporibus servanda. Adjectæ sunt notæ utiles quibus interpres illa quæ minùs obvia sunt, exponere aggreditur.

V.

Codex chartaceus, quo continentur variæ

epistolarum formulæ, è quibus discere est quo pacto Turcæ tam ad privatos quàm ad viros principes scribere soleant.

V I.

Codex chartaceus, quo continentur Marchionis de *Bonnac* ad imperii Othomannici proceres epistolæ, illorum responsa, aliaque monumenta, rerum apud Turcas gestarum partem non contemnendam complectentia, quo tempore Constantinopoli legati munus obibat.

In-quarto.

V I I.

Codex chartaceus, ex duobus constans voluminibus, quibus continentur quadraginta Mohammedis responsa ad totidem quæstiones à nonnullis Judæis ei propositas. Hisce autem responsis summa Mohammedicæ legis capita comprehendi dicuntur.

V I I I.

Codex chartaceus, quo continetur historia Ægypti à mundi creatione ad Selimum usque, Bajazethis filium, qui illam in potestatem redegit. Dividitur in partes tres, quarum prima de regibus antediluvianis sermo fit; novemdecim fuisse dicuntur. A Nakraouk illorum primo urbs Cairi condita. Sub quarto Tkam nomine, Edris, sive Enochus in cælum raptus est; Noe sub octavo, Housal appellato, natus fingitur. Ultimus regum illorum fuit Ferghan, quo imperante, diluvium contigit. In secunda, differitur de regibus postdiluvianis. Toutis Ægypto præerat, cum huc venit Abrahamus. Ryamus autem rerum potiebatur, cum Josephus, explicato regis somnio, Ægypto præfectus est. Regnante Belati, Moses Israelitas liberavit. Cætera omisi, ut pote in quibus nihil præter aniles fabulas deprehendas: ibi enim multa de magicis artibus, quibus plerique reges primæ & secundæ dynastiæ plurimùm dediti fuisse feruntur. In parte tertia, exponitur quomodo Ægyptus à Mohammedanis subacta sit. Multa præterea de Sultanis quibus paruit Ægyptus. Ad calcem vero exhibetur catalogus præfectorum & regum Ægypti. Operis illius, quod è variis Arabum scriptis collectum, auctor est *Suheily*, magni divani scriba, à quo liber Moustaphæ Pacha nuncupatur.

I X.

Codex chartaceus, quo continetur historia Ægypti, à Chemroud ad diluvium usque deducta. Primus regum cujus meminit auctor, est Chemroud Eldjubbar, qui mortuo fratre Burdechal, regnum invasit: princeps eximiæ pulchritudinis, subditisque ob justitiam & humanitatem percarus. Illius metu Burdechal filius unà cum matre, magicarum artium peritissima, in Arabiam felicem se recepit. Hinc collecto exercitu, Ægyptum ingressus, obvium habuit Chemroud, qui, commisso prælio, obtruncatus est. Secundus rex, Toumidoun Burdechal filius, princeps doctrinæ laude clarissimus, regnavit annos centum. Tertius, Charia, amuletorum præstantissimus artifex. Is Nilo in fossas ducto, Ægyptum locupletavit. Regnavit annos centum & tres. Quartus, Chohlouk, illius filius, qui igni templum longè pulcherrimum extruxit. Quintus, Suridehah, illius filius, medicinæ & astronomiæ imprimis peritus. Ab illo pyramides ædificatæ feruntur. Regnavit annos 99. Sextus, Herdgaib, illius filius, à quo inventa chymia. Septimus, Menaouch filius, ob crudelitatem subditis invisus. Octavus, Esrouch filius, præclaris animi dotibus commendabilis. Nonus, Ermalinous, qui plurimas in Ægypto urbes condidit. Hunc uxor veneno sustulit. Decimus, Firaan, regnum occupavit, vir nequam & improbus, cujus temporibus diluvium contigit.

X.

Codex chartaceus, quo continetur historia regum à familia Noe, qui post diluvium Ægypto præfuerunt. Primus illorum Misraim, Noe filius fuisse dicitur, secundus, Cabtim; quorum temporibus nihil memoratu dignum contigit. Tertius, Casterim, qui multas urbes condidit, telesmatumque plurimorum auctor perhibetur. Eo regnante, idolorum cultus potissimùm invaluit. Quartus, Echmoun Casterim frater, quem Cheddat, princeps vicinus, regno expulit, Cairo occupato. Is Alexandriæ fundamenta jecit; verùm pestilentia deleto penè omni illius exercitu, Echmoun imperium recuperavit. Quintus, Etrib, Echmoun frater. Sextus, Sena, Etrib frater. Septimus, Todaris, Senæ filius, cujus temporibus Selih propheta ad tribum Semoud appellatam, missus est. Octavus, Malik, cujus jussu Hurmuz philosophus fontes Nili adiit, qui è monte quodam nomine Koumra erumpit. Is præterea Barbariam incolis frequentavit. Nonus, Kalimoun filius, qui magicis artibus sublimis raptus, subditis edixit, ut Adim

filium in regia ſede collocarent. Decimus, cujus nomen non comparet, Ægypto imperavit, magicis artibus imprimis deditus; quatuor urbes ab illo conditas in Coptorum annalibus traditur. Undecimus, filius, qui Æthiopas ſibi bellum inferentes pepulit, compluresque ſervituti addixit: hinc mos apud vicinas gentes obtinuit, impetum in Æthiopiam faciendi, & captivos vendendi. Duodecimus, Mencavouch, illius filius, à quo plerique Memphim extructam eſſe teſtantur, chymiæ promovendæ fuit imprimis ſtudioſus, ejusque ætate illa ſcientia in Ægypto potiſſimùm exculta eſt. Decimus tertius, alius Mencavouch, qui bovis adorandi primus Ægyptiis auctor fuit. Decimus quartus, Harmuz, nulla re geſta inſignis Decimus quintus, Echmoun, qui varia teleſmata in compluribus Ægypti locis ad regionis defenſionem excogitavit, expulſus tamen Cairo à tribu Ad, quæ nonaginta poſt annis urbem deſeruit, peſtilentia coacta, & propè Meccam domicilium collocavit. Decimus ſextus, Munakiouch, fortitudine & aſtrologiæ peritia commendabilis. Decimus ſeptimus, cujus nomen in veterum annalibus non occurrere auctor teſtatum reliquit. Hic rex tamen ſapientia conſpicuus fuit, & ab ipſo multa monumenta erecta dicuntur. Decimus octavus, Mercoure, ſummus aſtrologus, illius regnum diuturnum fuiſſe proditum eſt. Decimus nonus, Belatis, qui ſub matris tutela, feminæ prudentiſſimæ, aliquandiù imperium rexit. Vigeſimus, Etrib, quo imperante, Nilus annos 120. intra ripas ſe continuit, hinc acerbiſſima fame Ægyptus vexata fertur. Vigeſima prima, Tedoure, illius filia, femina improba, & ſubditis ob crudelitatem inviſa; illam terra Dei nutu, ſubitò aperta voravit. Vigeſimus ſecundus, Kalimoun, à quo urbis Netin, maris fluctibus obrutæ jacta ſunt fundamenta. Vigeſimus tertius, Ferſoun; eo mortuo, complures Ægypto præfuere, quorum nomina ad poſteros non pervenerunt. Fit tamen in annalibus Coptorum mentio cujuſdam feminæ, quæ cum magna juſtitiæ fama imperium adminiſtravit. Fuit præterea magicarum artium peritiſſima, multa reliquerat in urbe Cairo monumenta, quæ à Nabuchodonoſoro everſa ſunt. Vigeſimus quartus, Merkounis, princeps in omni ſcientiarum genere apprimè verſatus. Illius ætate cuſum nummi genus, quod mercatori datum ad emptorem mox redibat. Dicitur matris ſuaſu, ſtellam Cheha nomine adoraſſe. Vigeſimus quintus, Iſad filius, vir improbus & voluptatibus unicè deditus, hunc veneno necaverunt. Vigeſimus ſextus, Sa, Iſad frater, plurimorum in Ægypto urbium fundator. Ab ipſo ejecti Cairo facinoroſi omnes, libidinumque artifices.

X I.

Codex chartaceus, quo continetur hiſtoriæ Ægypti pars tertia, ubi tantum de ædificiis, animalibus, arboribus, plantiſque, aliiſque magis memoratu dignis, quæ in Ægypto viſuntur. Obſervandum autem eſt in eo volumine, præter fabulas, aut nihil, aut pauca admodum reperiri.

X I I.

Codex chartaceus, quo continetur pars quarta hiſtoriæ Ægypti. Ibi ſermo de Nakraouk, qui cum varias regiones peragraſſet, in Ægypto conſedit, regnoque occupato, urbem Imſous condidit. Is ſcientiæ teleſmaticæ primus auctor habetur, illiuſque juſſu erectæ columnæ lapideæ, quibus diſciplinarum omnium principia characteribus hieroglyphicis incidi curavit, edocto priùs illorum ſignificationem Kialimoun quodam. Is cum beneficio Noæ diluvium evaſiſſet, ipſius poſteris arcanos columnarum ſenſus aperuit. Dicitur præterea Nakraouk inveſtigaſſe Nili fontes. Oritur, ſi auctori fides, è mari piceo, venis albicantibus, undæ marinæ diſſimilis; hinc ſibi viam ſternit per montem qui Dgebel appellatur. Regnavit annos 180. imperii hærede relicto filio Nakarighe, ab aliis Nekrache dicto, quem magicarum artium peritiſſimum fuiſſe tradunt. Suffectus in ipſius locum Miſraimus frater, magus & medicus præſtantiſſimus. Is urbem quamdam conceſſit Abkam prophetæ Adami nepoti, quem ſucceſſorem habuit. Eo regnante, Idris, ſive Enochus, Ægypto relicta, regionem ultra Æquatorem ſitam, vitandi diluvii cauſa, incoluit. Brevi ſecutus Akbam, miratuſque extructum ab ipſo palatium, ibi manere decrevit, collocato priùs in regia ſede Ariak filio, qui à muliere quadam interemtus eſt. Succeſſorem habuit Leudguin Nakraouk filium, poſt quem imperavere Ghalim Herſal & Herſalis, quorum unius, Berdechal nomine, expulſis fratribus, imperium ſolus obtinuit.

X I I I.

Codex chartaceus, quo continetur hiſtoriæ Ægypti pars ſeptima. Orditur auctor à rege Malik, qui à ſene quodam veram religionem edoctus, præſens Dei auxilium in

rebus

rebus dubiis sæpenumero expertus est. Eo mortuo, imperavit filius Karma, qui matris, rerum magicarum imprimis peritæ, consiliis, relicto veri Dei cultu, totus se ad idola convertit. Is orbem ferè universum victoriis peragrasse dicitur. Illius æquales Abrahamus & Nemrod, qui cum illo fœdus iniit. Karmæ vero successit filius Toulisس; illo imperante, venisse in Ægyptum dicitur Abrahamus cum uxore Sara, quam ad se adductam, dum liberiùs vult contrectare Toulisس, exsiccatæ manus bis conantem deseruere. Saræ præcibus venia à Deo impetrata, illoque agnito, maximis muneribus Abrahamum donat. Verum ob crudelitatem omnibus invisus, ab ipsa filia veneno interficitur. Hæc à proceribus Ægypto præficitur, magicis artibus unicè dedita, multa improbè fecisse traditur. Opus illud omnino fabulosum, nec dignum quod legatur.

XIV.

Codex chartaceus, quo continetur historiæ Ægypti pars octava. Orditur auctor à mulieris cujusdam, quæ Dalika appellatur, imperio. Ingenium quo præstabat, parum adversùs vicinorum insidias ipsi profuit. Eimen princeps Amalecita feminæ regnum eripere, rem minimè arduam ratus, Ægyptum ingressus est, nec Dalika animum despondit, verum tribus victa præliis Hierosolyma se recepit: ibi quartùm superata, hausto veneno vivere desiit. Interea Velid ben Doumagh regum Amalecitarum potentissimus, Ægyptum defensoribus vacuam facilè subegit, Eimen frustra obtestante, qui tot laboribus partam regni possessionem sibi adimi querebatur. Velid, compositis rebus, investigandorum Nili fontium cupidus, ad mare illud piceum, in Arabum scriptis decantatissimum, pervenit. Redux, multa in subditos edidit crudelitatis exempla. Tandem à fera quadam inter venandum laniatus, summo omnium gaudio periit, cum annos centum regnasset. Ipsi successit filius Resan, qui in Coptorum annalibus Nahrouch appellatur. Quod si auctori fides, Resan non alius est à Pharaone illo, cui Josephus somnium interpretatus est. Justissimus fuisse perhibetur, triumque annorum vectigal subditis remisisse. Primis imperii annis, voluptati unicè studuit; sed hoste Ægyptum invadente expergefactus, exercitum hominum 900000. conscripsit, & orbe universo victoriis peragrato, redux in patriam, supremum diem obiit.

XV.

Codex chartaceus, quo continetur historia Latisse Ægypti regis, quam non immeritò inter romanenses fabulas numeraveris. Is ex optimo principe, tyrannus sævissimus evasit, à quo descivit Toulema, quem Seidæ præfecerat. Commisso certamine, victus Latisse interficitur, & Toulema regium nomen assumit. Illo imperante, Copti Mosem vixisse contendunt; sed auctor eorum sententiæ tanquam probabiliori accedit, qui Mosem Pharaonis, nomine Velid, filii Messhab, æqualem fuisse testatum reliquerunt. Infensus Israelitis quos ob nimiam multitudinem regno imminere suspicabatur, ipsos, duce Mose, profectos ad mare usque rubrum insecutus est. Ibi cum hominibus 20000000. ne uno quidem superstite, aquis obrutus periit. In tanta igitur hominum penuria, mulierum consilio Cairi habito, communibus suffragiis regina declaratur Delouke quædam, magni animi femina, quæ cum armis non posset, magicis artibus quarum erat peritissima, Ægyptum adversùs exteros reges tueri satius duxit.

XVI.

Codex chartaceus, quo continetur historiæ Ægypti pars undecima, ubi de illius regibus, initio ab iis ducto, qui Acbaths appellantur, ad Saladinum usque. Extinctis Amalecitis, Ægypto imperarunt Acbaths, id est, reges Copti: primorum sex nomina tantum ad posteros pervenerunt. Neula illorum septimus, Roboamo victo, Hierosolymam cepisse dicitur, non assentientibus tamen Judæis scriptoribus, qui Roboamum à Neulæ successore, Chichak nomine, debellatum esse tradiderunt. Ægyptus, illo mortuo, plurimos reges habuit, de quibus altum apud omnes silentium. Quadringentis post annis, Ægypto præfuit Avedge, Coptus origine, vulgo Coumis appellatus. Illo imperante Nabuchodonosor Ægyptum ingressus, victum regem suspendio necari jussit, viros & mulieres in captivitatem abduxit, nemine ibi relicto qui agros colere posset. Elapsis annis quadraginta, Nabuchodonosor Israelitas decem tribuum traduxit in eam regionem, dato ejusdem gentis rege qui annuum vectigal penderet. Judæo postea regi paruit Ægyptus, cujus posteri ad Alexandrum usque magnum imperarunt. Is Alexandriam condidit, orbemque universum in potestatem redegit. Ægyptus, illo mortuo, cessit Ptolemæis, qui annis 275.

imperium tenuerunt. Illud autem devicta Cleopatra, ad Cæsares pervenit, rerum potiti sunt ad Heraclium usque. Is Roma relicta, Constantinopoli imperii sedem collocavit, inditum id nomen à Constantino illius filio: hinc constare potest cautè legendos Mohammedanos scriptores. Addit auctor Heraclium, erepta Persis Ægypto, Alexandriæ præfecisse Makonmane, quem cum ad amplectendam Mohammedanam religionem pseudopropheta frustra hortatus esset, adversùs ipsum, Amrou filium Ao, ingenti cum exercitu misit, quo victi Ægyptii, anno Hegiræ 20. Mohammedanis parere coacti sunt. Illorum primus rex Abdelazis, Ibn Mervan anno Hegiræ 65. successores habuit novem. Illis extinctis, regnarunt Abbassidæ, à Fatimitis expulsi anno Hegiræ 358. imperarunt annos 209. suffectique rursus in Fatimitarum locum Abbassidæ. Auctor, his præmissis, quorumdam Ægypti regum seriem chronologicam pertexit. Illorum primus Salah Ibn Aly, Ibn Abdoullah, Ibn Abbas, anno Hegiræ 330. regnare incepit; incertum quo anno vivere desierit. Secundus, Muhammed filius Thagadge, qui à Persiæ regibus originem ducebat. Obiit anno Hegiræ 334. Tertius, Aboulcasim, prioris filius, qui cum propter ætatem rebus administrandis impar esset, tutoris nomine præfuit servus Muhammedis, Kiafour nomine. Obiit Aboulcasim anno Hegiræ 339. Quartus, Aly, illius frater, qui anno sequenti interiit. Quintus, Kiafour, qui partum scelere imperium amisit, cum annos duos & menses quatuor regnasset. Sextus, Ahmed Ibn Aly, Ibn Muhammed, Ibn Thagadge, cui tanquam vero hæredi imperium omnium consensu redditum est. Illo regnante, Dgeuher Kaid, unus è ducibus Moez, regis Mauritaniæ, cum hominum 100000. exercitu, Ægyptum ingreditur, eaque intra paucos menses in potestatem redacta, Cairoque condito, Moez accersit. Septimus, Moez, Alexandriam venit anno Hegiræ 361. Rebus vix compositis, Hasen, filius Ahmedis Alcormothi, adjuncto sibi Hassan filio Dgerah, Arabiæ Emiro, collectisque ingentibus copiis, Ægyptum adoriri statuit. Moez, cum tantis viribus resistere se non posse intelligeret, auro Emirum Arabiæ corrumpit; committitur prælium quo Hasen ab Arabe desertus, profligatur. Ægypto præfuit annos duos & sex menses, & Ali sectæ fuit imprimis addictus. Octavus, Aziz Nizar, Moez filius; illius Viziri primarii fuerunt Isa & Habecha, quorum prior Christianam religionem, alter Judaicam profitebatur. Uterque cum parum æquum Mohammedanis se præberet, & mulier quædam ea de re apud regem acerbè conquesta esset, Aziz 300000. sequinorum mulctatos Viziratu exuit. Fato functus est anno Hegiræ 366. Nonus, Hakim bi Emrallah, illius filius, qui, si crudelitatem spectes, sævissimos tyrannos longo intervallo post se reliquit. Subditis ob jocum quemdam iratus, Cairi tertiam ferme partem igne subdito delevit, & innumeram incolarum vim, nullo sexus aut ætatis discrimine, Mauris immissis trucidavit. Accidit interea, ut sorori pudicitiam parum accuratè servatam objiceret; mulier contumeliæ impatiens, clam interficiendum curavit. Quod contigit anno Hegiræ 411. Decimus, Aboulbasen, illius filius, cognomine Alzaher Alyzreddin Allah, princeps justitia & integritate populis summè carus. Obiit anno Hegiræ 427. Undecimus, Abou Tamim Moez, cognomine al Mostanser Billah. Eo regnante, multi motus in Ægypto concitati. Vivere desiit anno Hegiræ 487. Duodecimus, Aboulcasim Ahmed. Illius temporibus, anno scilicet imperii vigesimo, Franci Constantinopoli egressi, Antiochiam expugnarunt, tribus post annis, in eorum potestatem venere Remla, Roma & Hierosolyma, victique ad Ascalonem Mohammedani; quo in prælio magnus illorum numerus cecidit. Obiit Aboulcasim anno Hegiræ 495. Decimus tertius, Abou Mansor dictus Amer bi Ahkiam Allah, cui cum ob pravam indolem Ægyptii infensi essent, anno Hegiræ 524. trucidatus est. Decimus quartus, servus quidam Armenus; is autem tribus ab inchoato imperio diebus interemtus est. Decimus quintus, Emir Kasim, cognomine Hafez Lidin Allah, Ameris affinis, princeps magno ingenio præditus, & in rebus astronomicis versatissimus; mors illius ad annum Hegiræ 544. refertur. Decimus sextus, Abou Mansor Ismail, dictus Zafer Billah, quo regnante, Ascalon à Francis expugnata est. A patre adolescentis cujusdam quem nimiùm diligebat, interemtus dicitur, anno Hegiræ 549. Decimus septimus, Aboulcasim Ysa, dictus Faiez bi Nasrallah, qui imperium quinquennis adeptus, undecimum ætatis annum non attigit. Decimus octavus, illius affinis Abou Muhammed Abdoullah, cognomine Azid Lidin Allah, Fatimitarum Chalifarum ultimus. Illo enim mortuo anno Hegiræ 567. Salaeddinus Ægypti imperium occupavit.

XVII.

Codex chartaceus, quo continetur opus inscriptum historia regum Ægypti, cognomine Jobitarum, ad recuperatam usque ab Abbassidis regiam dignitatem.

Jobitarum primus, Salaheddinus fuit, qui ter ejectis ex Ægypto Francis, rex à Chalifa Elmuntazar Billah renuntiatus est. Quod si auctori fides, reperta tum Bibliotheca quæ ad duos voluminum milliones assurgebat, è quorum numero Alcorani quidam manu Jakoub & Argoun scripti; dicitur præterea Hierosolymam Salaheddinus eripuisse Francis, quorum in potestate fuerat annos nonaginta. Mortuo Noureddino, Syriam, Alepum, Arabias, petræam & felicem, nonnullasque Nubiæ provincias subegit. Obiit annos natus 57. nulli principum, humanitate, justitia, fortitudine & amore in litteras secundus.

Salaheddino successit filius Elmelik Elghazis Imadeddinus, eximiis virtutibus subditis percarus, qui maximo omnium dolore interiit anno ætatis 28.

Suffectus in illius locum filius Nesreddinus Mahmoud, dictus postea Mansour, qui anno vix elapso, per speciem ætatis regno administrando nondum maturæ imperium amisit; idque pravis artibus patrui Elmelik Eladil Sifeddini, filii Bekir, filii Aiub, qui omnium assensu, regni habenas suscepit. Rem probavit Chalifa, ea tamen lege ut per hiemem in Ægypto, æstate vero in Syria commoraretur. Obiit quo anno Franci Damiatam claustra Ægypti occuparunt.

Paulò post electus illius fratris nepos Elmelik Elkiamil Nazareddinus Mahmoud, qui Francis, si Damiata relicta, discedere vellent, urbes omnes ipsis à Salaheddino ereptas, redditurum se esse spopondit. Repudiatis conditionibus, novus rex Francos adortus, cecidit. Illorum præterea classis deinde procellis disjecta, quo factum est ut Christiani in summa rerum penuria se dediderint. Elmelik multas urbes Ægyptiaco imperio junxisse dicitur.

Morti proximus, in solio collocavit filium Elmelik Keladil, qui patris multum dissimilis, & voluptatibus unicè deditus, Alepum amisit; hinc à suis contemtus, traditus est fratri majori, qui patrem imitatus, summa sapientia regnum administravit. Is cum ingentem exercitum compararet adversùs Francos, qui Damascum ceperant, morbo correptus, intra duos dies fato functus est. Chedjieddar, una ex concubinis, solertis ingenii mulier, celata regis morte, ad illius filium Touran Chah Huin Cassade præfectum scripsit, ut quàm celerrimè veniret.

Is regno potitus, Francis occurrit, quorum triginta millia cæsa sunt. Deleta quoque illorum classis, captusque præfectus nomine Firenzis. Sed victor, illis dimissis qui apud patrem plurimùm potuerant, cum multorum in se odia concitasset, fœdè obtruncatus est.

Tum regnum delatum est ad mulierem de qua supra, Chedjieddar nomine, quod antea apud Mohammedanos inauditum, & à Chalifa improbatum est. Concilium procerum habitum, ubi de recipienda Damiata deliberatum est. Pax iis conditionibus facta, ut Firenzis classis præfectus liberaretur, Christianisque numerarentur 800. sequini. Interea Chedjieddar quæ tanto oneri imparem se esse intelligebat, regem eligi curavit Elmelik Elcheraf, octo annos natum. Datus illi Vizirus Elmelik Bahruc, qui non multò post expulso Elcheraf Jobitarum ultimo, regnum invasit. Is ob crudelitatem invisus, retinendique imperii cupidus, uxorem duxit Chedjieddar, qua mox dimissa, mulier injuriæ impatiens, suis ipsum manibus interemit.

Bahruc successorem habuit Ali filium, postea Elmelik, Elmensour appellatum. Eo regnante, eversum ab Holacou Can Chalifarum imperium. Interea Emir Siffeddinus, qui Elmensour nomine exercitum comparaverat, in Ægyptum venit, omniumque prope consensu, regnum invasit, dictusque Elmuzaffer. Ab eo profligati Tartari; qui cum Syriæ partem adhuc obtinerent, ad eos expellendos misit unum è ducibus nomine Bibars, promisso Alepo, si res ad effectum perduceretur. Verùm, cum parta victoria, promissis non staret, Bibars, Ægyptum ingressus, ipsum obtruncavit. Rex salutatus, multis victoriis nominis famam ad posteros propagavit, maximisque regibus æquari potuisset, nisi sub vitæ finem subditis parum consuluisset.

XVIII.

Codex chartaceus, quo continetur Cairi historiæ pars prima. Auctor ait Cairum hodiè Misir appellari, quod verum est Ægypti nomen, ipsi à Nakraouche Adami nepote in honorem Misraimi patris inditum; duos enim Misraimos distinguit, unum Adami, alterum Noæ filium. Quæ in illo opere occurrunt, sunt ejusdem omnino commatis,

XIX.

Codex chartaceus, quo continetur operis quod inſcribitur Chalifarum, ſive Mohammedis ſucceſſorum hiſtoria, liber primus, ea tantùm complectens quæ Oſmano & Ali imperantibus, magis memoratu digna apud Muſulmanos contigerunt. Dividitur in varia capita, quorum primo narrantur Omaris mors & variæ artes quibus Oſmanus, Ali decepto, ad Chaliſatum pervenit. Capite ſecundo, Hermouzan & Huneiſe cædes, quos Ubeidoullah, Omaris filius, necis paternæ ulciſcendæ cupidus interfecit, quod ad annum Hegiræ 24. auctor refert, ideo dictum annum ſanguinis, quòd infinita prope Mohammedanorum multitudo profluvio ſanguinis ob nimios calores occubuerit. Tertio, varia in adminiſtrando imperio conſtituta. Quarto, Africa & Hiſpaniæ in Mohammedanorum poteſtatem redactæ; verùm ibi auctor brevitati nimiùm conſuluit. Quinto, Cypri inſula Græcis imperatoribus erepta. Sexto, Oſmani ſigillum in puteum delapſum, cujus amiſſi loco, aliud fieri curavit. Septimo, prælium navale Græcos inter & Mohammedanos commiſſum, quo victi Græci, duce Moavia, Syriæ præfecto, qui primus Muſulmanorum claſſem inſtruxit anno Hegiræ 32. Octavo, provinciarum adminiſtrandarum cura, abire juſſis prioribus præfectis, affinibus, aut amicis ab Oſmano demandata. Nono, initia hæreſeos Redjeat appellatæ. Illius auctor Judæus doctrina clarus, qui ſub Oſmano, eo conſilio Mohammedanam religionem amplexus erat, ut majores opes compararet. Verùm cum ſe à Chaliſa contemni animadverteret, ipſum conviciis laceſſere cœpit. Tandem ſolum vertere coactus in Ægyptum ſe recepit, ubi ſummo honore propter eruditionis famam ab omnibus exceptus, docuit Mohammedem denuò venturum, mittendaque à Deo prophetarum centum viginti quatuor millia, quorum ſinguli Vizirum poteſtatis hæredem habituri eſſent. Aaronem Moſis Vizirum fuiſſe; Ali verò Mohammedis, cujus locum Oſmanus contra jus faſque obtinebat. Hinc ortæ complures adversùs Chaliſam ſeditiones, quibus ſedandis impar fuit. Decimo, mors Oſmani, qui à Ghilane, Ibn Becher, interemtus, & à ſeditioſis in fruſta diſcerptus eſt, quod anno Hegiræ 35. eveniſſe dicitur. Undecimo, Oſmani genealogia & liberorum catalogus. Duodecimo, Ali Chaliſa renuntiatus; ſexcentarum navium claſſis, quam ad invadendas Mohammedanorum provincias Græci armato milite compleverant, aquis obruta. Decimo tertio, motus adversùs Chaliſam concitati ducibus Talha, Zubeiro, Aiche pſeudoprophetæ quondam uxore, & procerum nonnullis, qui ſibi ademtas per injuriam præfecturas querebantur: prætexebant Oſmani cædem, cujus Ali præcipuum auctorem fuiſſe perſuadere conabantur. Decimo quarto, prælia in urbe Baſra commiſſa Oſmanum inter & Zubeirum, profligati hoſtium Chaliſæ exercitus. Decimo quinto, ſeditiones in Ægypto ortæ. Decimo ſexto, Amru, Ibn Elhaſs, defectio, qui unà cum filiis ad Moaviam, Ali bellum inferre cogitantem, proficiſcitur; Moavias autem, in cujus poteſtate erat Syria, Chaliſatum ambiebat. Decimo ſeptimo, prælium initum inter Ali & Moaviam, quo in prælio centum ferme Muſulmanorum millia ceciderunt; ne finis bello imponeretur, obſtitit militum Ali ſeditio. Decimo octavo, urbes plurimæ à Moaviæ ducibus ad deditionem coactæ; Ali mors qui in Meſchita, Abderrhamani cujuſdam inſidiis, obtruncatus eſt. Vigeſimo, uxorum Ali liberorumque enumeratio.

XX.

Codex chartaceus, quo continetur pars ſecunda operis quod inſcribitur hiſtoria imperii Chaliſarum, ſive Mohammedis ſucceſſorum. Dividitur in plura capita, quorum primo Haſan, Ali filius natu major, à patris amicis Chaliſa renuntiatus Medinam venit. Sed dum belli odio cunctatur, proceres ſegnitiæ pertæſi, in Moaviæ caſtra tranſeunt. Itaque deſertus à ſuis, pacem cum ipſo componit his conditionibus, ut ſibi duarum urbium, Irak nempe & Darabkurd reditus ſibi concederentur. Quo facile impetrato, Moavias omnium conſenſu Chaliſa agnoſcitur; variis Mohammedani imperii provinciis notæ fidei homines præficit. Capite ſecundo, Haſani mors narratur: veritus enim Moavias, ne, illo ſuperſtite, novi motus ſemper exiſterent, veneno de medio tollendum curat, idque uxoris opera, quam promiſſis ingentibus adjutricem ſibi paraverat. Mulier, patrato ſcelere, Chaliſam adit, cujus juſſu in fruſta ſecta eſt anno Hegiræ 41. Capite tertio, ſermo fit de Ziad, qui æquitate, conſtantia & fortitudine ad maximos honores pervenit. Capite quarto, Moavias qui de abdicando Chaliſatu in gratiam filii Jezid cogitabat, rem cum Ziad communicat. Huic minùs probatur, oſtenditque,

Jezid, præ nimio voluptatum ſtudio, nondum tanto oneri ferendo parem eſſe, caſtigandum antea, & ſapientibus monitis ad ſaniorem mentem revocandum. Quid conſilii datum eſſet, Jezid non latuit, & interroganti, Ziad illius auctorem eſſe ſe liberè reſpondit; nec ægrè tulit Chaliſæ filius, qui immutata vivendi ratione effecit ut dignus imperio videretur. Capite quinto, Moavias cum in morbum incidiſſet, vocatum Jezid filium, Chaliſam declarat anno Hegiræ 60. Capite ſexto, de Moaviæ genere, & corporis illius habitu diſſeritur. Capite ſeptimo, Jezid ſcriptis ad gentis proceres litteris, Chaliſam agnoſci ſe poſtulat. Aſſentiuntur omnes, repugnantibus tantum viris quinque, Huſcein præſertim, Ali filio, qui nec minis, nec precibus adduci potuit, ut cæteris accederet. Capite octavo, Huſcein verſus urbem Kiouſé pergit, cujus incolæ clam ipſius partes fovebant; ſed Ubeidullah prior urbem ingreſſus, Kioſenſes in officio continuit, miſſiſque hominum quatuor millibus, initum eſt prælium, quo centum quadraginta Huſcein ſocii interfecti ſunt. Cecidit & Huſcein ipſe, cujus caput, unà cum Ali, Huſcein filio, qui ſolus ex illius filiis cladi ſuperfuerat, Jezid oblatum eſt. Hunc benigne excepit, Medinamque redire juſſit. Capite nono, Selimus, Ibn Ziad, Khoraſano præficitur. Is bello Tartaris indicto Samarcandam, compluresſque alias urbes cepit. Capite decimo, Abdullah, Ibn Zubeir, à Chaliſa deficit, fuſæ illius copiæ, & ipſe in arcem Meccanam recipere ſe cogitur, quæ dum obſidetur, major templi Meccani pars flammis abſumta eſt. Interea diem ſupremum obiit Jezid annos natus triginta novem. Moavias illius filius ab Arabibus Chaliſa declaratur, nec diuturnum fuit ejus imperium, etenim quadraginta poſt diebus fato functus eſt. Eo mortuo varii variis in regionibus Chaliſæ eliguntur, quorum potentiores fuere Abdullah & Mervan; ſed Mervan felicior hoſtem ingenti certamine ſuperatum ductu Ubeidullah, interemit. Capite undecimo, Kiouſé incolæ Huſcein mortem ulciſci ſtatuunt. Capite duodecimo, deſcribuntur varia prælia hinc orta, quibus in præliis magna vis Mohammedanorum cecidit. Capite decimo tertio & ſequenti, idem argumentum auctor perſequitur. Capite decimo quinto, interit Mervan. Mulierem, quam annos octoginta & unum natus duxerat, cauſam mortis fuiſſe vulgo creditum eſt. Dicitur enim pulvino injecto ſeni animam interclusiſſe. Abdulmelik ejus filius ſucceſſor jam antea deſignatus, Chaliſa renuntiatur. Capite decimo ſexto & duobus ſequentibus, Muhtar urbem Kiouſé in poteſtatem redigit. Variæ illius victoriæ. Pœnæ ab eo ſumtæ de illis qui Huſcein obtruncarant. Capite decimo nono, legitur hiſtoria cathedræ qua ſedebat Mohammedes cum jus diceret: compluribus in locis pugnatum adversùs rebelles, quibus domitis Abdulmelik moritur anno Hegiræ 86. menſe aprili. Capite vigeſimo, imperii gubernacula ſuſcipit Velid illius filius, qui, ædis Meccanæ partim reficiendæ, partim augendæ conſilio inito, ad Conſtantinopolitanum imperatorem ſcripſit ut ſuos conatus adjuvaret. Detrectare non auſus, magnum auri pondus, & mille opifices miſit. Orto tamen inter ipſos bello, Muſlim Chaliſæ frater Romeliam ingreditur, multas urbes ad deditionem compellit, & inſignem de Græcis victoriam reportat; eodem anno Hegiræ nempe 87. cæſa ducenta Tartarorum millia, quibus præerat Teghaboun, Sinenſium imperatoris filius. Anno 89. multæ regiones in Mohammedanorum poteſtatem veniunt; acie ſæpius cum Turcomanis dimicatum, qui ad ultimum fuſi, profligati ſunt. Vulneratus rex illorum Hakan, ejuſque filius. Anno 90. à Chaliſæ ducibus Romelia fœdè vaſtata, & urbes non paucæ expugnatæ ſunt. Capite vigeſimo primo, Velid, longè lateque prolatis imperii finibus, vivere deſiit anno Hegiræ 98. Succeſſit filius Sulciman. Capite vigeſimo ſecundo, Nouus, Chaliſa, nonnullis rebellibus caſtigatis, fratrem Muſilmet adversùs Græcos mittit. Is loca Conſtantinopoli vicina populatus, urbem ipſam obſidet, ſed audita fratris morte, graviſſimiſque Leoni Iſaurico conditionibus impoſitis, in Syriam redit. Regnabat tum Umer, Ibn Abdulazis, in Sulciman anno Hegiræ 99. mortui locum, Chaliſa renuntiatus; at is nullis penè rebus geſtis commendabilis, anno 101. januarii menſis die vigeſima tertia obiit. Capite vigeſimo tertio, ad Chaſalitum perveniſſe dicitur Jezid, Ibn Abdulmelik, victis quibuſdam qui ab ipſo defecerant, anno Hegiræ 103. februarii die vigeſima ſexta fato functus eſt.

XXI.

Codex chartaceus, quo continetur pars tertia operis quod inſcribitur hiſtoria imperii Chaliſarum, ſive Mohammedis ſucceſſorum. Dividitur in plura capita, quorum primo de rebus, imperante Hicham Abdelmelik, geſtis diſſeritur. Is ab initio Chaliſatus,

bellum adversùs infideles suscipere decrevit. Copiis præficitur Dierrah Abdoullæ filius, qui collecto ingenti ad urbem Erdebil exercitu, missis variis huc & illuc ducibus, ipse prope montem Sablan cum viginti hominum millibus castra posuit. Occurrit interea Hakan Sinensium, fortasse Tartarorum regis ejusdem nominis filius, cujus infideles opem imploraverant; is, comtempta hostium paucitate, quippe qui in exercitu hominum 300000. numerarent, init certamen: è Mohammedanis vix centum superfuere. Capto Dierrah, caput amputatum; his auditis Chalifa, novum exercitum conscribit, traditque Said Amr, duci fortissimo, qui compluribus de Hakan & infidelibus, victoriis reportatis, varias gentes ad deditionem compulit. Musilmet Chalifæ frater, in Said locum suffectus, multis expugnatis urbibus, Hakan profligat, captoque oppido Bevillah, in quatuor partes illud partitur, quarum singulas Syris, Arabibus, Constantinis, fortè Græcis, & Hamsi attribuit. Ait auctor ad suam usque ætatem nomina mansisse. Musilmet succedit Said, Said vero Mervan qui Armeniam, Semender & regionem Seud dictam, imperio Chalifarum adjunxit, diruta urbe Saklab ubi reges gentis, Hazes appellatæ, sedem fixerant. Hakan tot cladibus acceptis, pacem sibi concedi postulat, cui Mervan respondet, facilè impetraturum, si Mohammedanam religionem amplecti velit; assentitur Hakan. Capite secundo, Khorasani provincia al Hikam, fratri Ased, committitur,& post illum Isrech, Abdoullæ filio. Uterque à Tartaris fusus, fugatusque, interfecti Mohammedani complures, & abducti in servitutem viri aliquot, gestis honoribus insignes; quibus malis Chalifa mederi cupiens, Khorasani regem creavit Dienid, filium Abdoulrahman, qui sæpenumero prosperè adversùs Tartaros pugnavit, Samarcandam cepit, provincias illis obnoxias, alias igne ferroque populatus est, alias Mohammedanis parere coegit. Eo mortuo, varii variis temporibus in Khorasanum præfecti à Chalifa missi sunt. Capite tertio, Jousouf Amer filius, Arak ab Hikam præpositus, Jesid, postremum Khorasani gubernatorem malè partis divitiis spoliat, neque multò post mendacii convictum trucidari jubet. Capite quarto, Zeid filius Ali, auctoribus Koufé incolis, Chalifatus insignia sumit. Adversùs ipsum proficiscitur Jousouf. Magnis utrinque animis pugnatur, victus tandem Zeid, sagitta ictus interiit. Capite sexto, Jahia filius Zeid Ali, dum latebras quærit, captus & in carcerem conjectus. Sub idem tempus, moritur Chalifa anno Hegiræ 125. die sexta mensis Rebiulenval: regnasse dicitur annos novemdecim & octo menses. Capite septimo, Velid, Ibn Jesid Abdoullah, Chalifa renuntiatur, illius jussu Jahiæ vincula demuntur, qui tamen interfectus paulò post. Capite octavo, Jahiæ mors multorum odium in Chalifam concitavit, & orta seditione obtruncatus anno Hegiræ 127. cum imperasset annum unum & dies unum & viginti. Suffectus in illius locum Jesid, Ibn Velid, frater; imperium tenuit sex menses. Obiit Damasci. Capite nono, ipsi succedit Ibrahimus frater, quem Mervan inclinatis in se omnium animis, Chalifatum abdicare compulit. Id anno Hegiræ 128. die vigesima octava mensis Sefer contigisse fertur. Rebus sedatis, Armeniæ, Azerbaidian, & Haranzem præfectos Damascum venire jubet. Orto in itinere sermone de variis religionibus quæ in orbe obtinent, conspectaque urbe Erdebil, cujus incolæ infideles erant, ad illam oppugnandam se comparant: parebat oppidum Zeid Ibn Elhilale; illius servandæ cupidus, conscribit exercitum. Mohammedani, acceptis à Chalifa auxiliis, duce Musulmie, hosti occurrunt, qui profligatus est. Verùm occiso Musulmie; illius frater Ishak copiis præficitur. Capite decimo, narratur quibus initiis Abou Muslim, humili loco in Khorasano natus, ad amplissimos honores & summas opes pervenerit, præstantiorum ducum nulli posthabendus; hunc adolescentulum adhuc, viri quidam nobiles inter cætera servitia, Meccam secum duxerunt. Ibi tum versabatur Mohammed Ali, ex Ali pseudoprophetæ generi posteris, qui viso sæpius Abou Muslim, inspectisque diligenter oris lineamentis, maxima quæque consecuturum esse prædixit. Illius ope, inquit, Ommiadarum genus exscindetur, & Alidis pristina reddetur dignitas. Fidos igitur ipsi comites vos præbete, cum vestem nigram indutum, ejusdemque coloris vexillum tollentem conspexeritis. Mohammede Ali mortuo, Abou Muslim tempus venisse ratus, vestem nigram induit, ad illius signa mortales plurimi se aggregant, urbes munitissimas ad deditionem compellit, multisque præliis victor ad oppidum Coufé propiùs accedit. Capite undecimo, Abou Elabbas, Mohammedis Ali filius, summo ordinum consensu Chalifa declaratur anno Hegiræ 132. Mervan, his auditis, exercitum 100000. hominum conscribit. Capite

duodecimo, Abou Elabbas, hosti cum viginti tantum hominum millibus obviam procedit; ingens Mervan exercitus, vix inchoato certamine, terga vertit, ipse in Ægyptum se recepit. Hinc Constantinopolim profectus, in itinere ab Amr Ismaelis filio obtruncatus est, anno Hegiræ 132. mense Zilkaade, cum annos quinque duosque menses imperasset. Capite decimo tertio, Abou Dgiafer in Chorasanum mittitur; qui compluribus acceptis ab Abou Muslim muneribus, Damascum redux, Abou Muslim potentiam nimiùm crevisse, & quoquo modo coercendam fratri persuadere conatur. Capite decimo quarto, Mohammedis Ibn Soul, Chalifæ jussu, Armeniam subigit. Capite decimo quinto, Abou Muslim, suscepta peregrinatione Meccana, ad aulam Chalifæ divertit, quem hortatur Dgiafer, ne præclaram adeo illius de medio tollendi occasionem elabi sinat. Consilium ab Abou Elabbas repudiatum est, verebatur enim ne morte Abou Muslim audita, Khorasanus ab ipso deficeret. Capite decimo sexto, Abou Elabbas princeps munificus & liberalis diem supremum obit, anno Hegiræ 135. Succedit Abou Dgiafer Mensour, cui Chalifatum Abdoullah Ibn Ali Syriæ præfectus eripere voluit. Nuntio ad Chalifam perlato, Abou Muslim orat per litteras, ut hosti occurrat, pollicitus se tanti beneficii numquam immemorem fore: paret Abou Muslim rebellemque profligat. Reportata ingenti victoria in Khorasanum reversus est, licet multis precibus à Chalifa invitatus, ut regiam adiret, morem tamen aliquantò post gessit, & Dgiaferi jussu obtruncatus est. Eo regnante, condita urbs Bagdadum, mortuusque est postquam imperasset annos 21. decem menses & dies sex. Capite decimo septimo, illius filius Mehedi regni gubernacula suscipit, princeps adeò justitiæ studiosus, ut cum jus diceret, legis doctores semper adessent, venia illis monendi concessa, si quid ab ipso minùs rectè pronuntiatum foret. Alii inter venandum, allisis ad quandam januam cervicibus periisse, alii veneno sublatum testantur, quod contigit anno Hegiræ 169. die sexta mensis Zithidjè. Capite decimo octavo, Mousa Elhadi, filius Mehedi, Chalifa renuntiatur, annitente potissimùm Aarone Rechid, qui cum de occupando imperio primùm cogitasset, Jahiæ Ibn Halid consiliis deterritus, Chalifatus insignia ad fratrem misit. Is statim Bagdadum venit, Aaronemque illis Occidentis regionibus quæ Mohammedanorum imperio erant obnoxiæ, præfecit. Capite decimo nono, mentio fit gentis cujusdam Zanadika appellatæ. Zanadicæ autem illi nullam religionem habuisse dicuntur. Jejunia, preces & peregrinationes apud ipsos nullo erant in pretio; Mohammedem prophetam fuisse negabant, paradisum & infernum tanquam vana commenta rejiciebant, mendacium & injustitiam detestabantur. Ait auctor, Mohammede imperante, Zanadicarum partibus accessisse viros Arabiæ primores. Ex illorum numero Abdoullah Elmukaka, qui Kalila ve damna, magni nominis opus conscripsisse fertur. Cum autem ab iis omnibus Alcoranus contemneretur, Abdullah magnis sibi propositis præmiis, opus aggreditur, Alcorano, ut ipse aiebat, multo præstantius futurum. Capite vigesimo, auctor, omissis Chalifis duobus, ad Memoun Chalifatum transit. Illius temporibus magni motus in singulis ferme Mohammedani imperii partibus concitati sunt, quos Memoun sedavit. Is designato Chalifatus successore Mohammede Ali, ex Ali genere, viro doctrina & fortitudine clarissimo, qui non multo post morbo interiit, bello Græcis indicto, in itinere moritur anno Hegiræ 208. Capite vigesimo primo, ad imperium pervenit illius frater Elmutessim Billah, qui relicto Bagdado, in urbem Samri appellatam commigravit. Nova tum exorta hæresis, cujus auctor Balek Alhcrini, qui nullo bonum inter & malum statuto discrimine, omnia suis licere defendebat; vastatæ ab illo Mohammedanorum provinciæ, interfecti multi mortales, donec in arcem munitissimam compulsus, vivus in Elcheiin, Chalifæ copiis præfecti, potestatem venit, qui manibus & pedibus truncatum suspendi jussit. Elmutessim morbo interit, cum regnasset annos octo, menses totidem, diesque viginti. Huic succedit Mouktefir Billah; illi Mutefekki, à quo Chalifatus ad Taheri posteros pervenit.

XXII.

Codex chartaceus, quo continetur opus inscriptum historia universalis in epitomen contracta. Ibi de principibus qui in Asia meridionali imperarunt, à Mohammede ad domitam usque à Sultano Selimo Ægyptum. Dividitur in capita triginta & unum, quorum primo ostenditur, quibus artibus usus Moavias, Hasano Aly filio spoliato, ad Chalifatum pervenerit. Capite secundo, inquiritur in causas excidii Chalifarum tribus Amie, qui ob crudelitatem, avaritiam, &

bonorum doctorumque virorum contemptum, imperium amiserunt. Ultimus illorum fuit Mervan, qui ab Abdoullah, deletis ejus copiis, interfectus est anno Hegiræ 132. Capite tertio, dicuntur Abbassidæ regnasse annos 520. Illorum ultimus Mostanzer Billah, qui de administrando regno parum sollicitus, capta Babylone ab Holacou Can Ginghiscani filio, equorum pedibus conculcatus interiit. Obsidendæ urbis Holacou præcipuus auctor fuit Molla Nasir, qui librum quem obtulerat Chalifæ, laceratum ægrè ferens, plenus irarum in aulam Mangu Can se receperat. Capite quarto, fit sermo de Samanidis qui Transoxana potiti, anno Hegiræ 261. imperarunt annos 130. Primus illorum Nasir, filius Ahmedis, filii Esod, princeps de litteris optimè meritus. Ultimus, Abdoulmelik, qui à Mahmoud filio, Sebukteghin interemtus est. Is autem Indiis in potestatem redactis, & eversis idolorum templis, diem supremum obiit anno Hegiræ 381. Illius posteri ad decimam usque tertiam generationem regnarunt. Capite quinto, de posteris Leich differitur, qui è latrone cum regis Dirhem gazophylacio præfectus fuisset, demandatam sibi provinciam summa fide administravit. Eo mortuo, exercitibus præfuit Jakob filius, quem ob navatam sedulò operam rex Dirhem imperii hæredem reliquit. Is autem anno Hegiræ 263. ingenti collecto exercitu, Sindistan, Herat, Kirman, Nichabour, Tabaristan & Khorasan subegit. Ait auctor illius posteros in Scistan adhuc regnare. Capite sexto, sermo fit de Dilemitarum dynastia, quorum primus Ismadil Deule, anno Hegiræ 300. rebus gestis clarissimus, Hispahani domicilium collocavit, posteri verò Bagdadi. Capite septimo & octavo, de Selgiukidarum dynastia, quorum primus Daoud, deletis Masoud Sultani copiis, Khorasanum cum fratribus partitus est, qui complures provincias imperio adjunxerunt. Capite nono, de Selgiukidarum imperio in Græcia stabilito. Capite decimo, de posteris Chorsum Chah, illorumque ultimo Sultano Mohammede, à Ginghiscano victo. Capite undecimo, de Ginghiscano & ingentibus victoriis quas reportavit. Capite duodecimo & decimo tertio, de Atabekorum dynastia. Capite decimo quarto, de Mudafferi posteris, quorum genus omne Tamerlanes delevit. Capite decimo quinto, de Ilkano, posteris, illorumque rebus gestis ad Husceinum usque, quem Tamerlanes, dirutis Bagdado & Tebris, interfecit. Capite decimo sexto, de regibus, tribus Turcomannorum, dictæ ovis albæ; primus regium nomen assumsit Tour Aly, cui parebant paucæ tantùm urbes; imperante Kara Ovilouk, Mesopotamia accessit, idque dono Tamerlanis, cujus copiis suas aliquando conjunxerat. Ereptum illis imperium ab Ismaele Erdebili, à quo Babylon ad deditionem coacta. Capite decimo septimo, de Turcomannis, tribus ovis nigræ appellatæ, quorum imperium desiit in Aly Sultano anno Hegiræ 873. Capite decimo octavo, de Tamerlane & domitis ab ipso gentibus. Capite decimo nono, de regibus Deghour, qui multa bella gesserunt. Capite vigesimo, de regibus Batnic, qui plurimis Persiæ urbibus in potestatem redactis, tandem ab Holacou Can profligati, regnum amiserunt. Capite vigesimo primo, de regibus Chirvan, quorum regnum eversum est ab Ismaele Erdebili anno Hegiræ 956. Capite vigesimo secundo, de regibus Kedjeval appellatis; ultimus illorum rex Muieddinus jussu Ginghiscani occisus est. Capite vigesimo tertio, de Kanis Krimeæ, quorum primus Bereke filius Touchi, Ginghiscani filii, regnare cœpit anno Hegiræ 665. Ultimus Aroubin Kan à Tamerlane spoliatus. Capite vigesimo quarto, de Ismaele Erdebili, & ejus posteris, Persarum regibus. Capite vigesimo quinto, de Tolonidarum dynastia. Capite vigesimo sexto, de dynastia Akchidarum qui Ægypto & Syria annos 235. potiti sunt. Capite vigesimo septimo, de Chalifis Fatimitis. Capite vigesimo octavo, de Jobitis, quorum primus Salaheddinus, ultimus Melik Muazzem. Capite trigesimo, de Turcomannis, Ægypti regibus, & illorum successoribus.

XXIII.

Codex chartaceus, quo continetur tractatus de Ottomannicorum imperatorum origine. Opus dividitur in plura capita, quorum primo generis auctor Suleiman Chalm dicitur. Imperii sedes urbs Mahan, sita in regione quæ Oghouz appellatur. Is Ginghiskani metu, domo profugus, ingenti collecto exercitu, Græcis bellum inferre decrevit, illudque Mohammedanæ religionis, cui imprimis addictus erat, propagandæ studio. Ad Amasiam sæpenumero cum Christianis pugnatum, inde peragratis quibusdam provinciis, ad Euphratem contendit, quem dum equo in fluvium immisso transire

transſire vult, aquis merſus periit. Tres reliquit liberos, quorum duo in patriam rediere; tertius Ertoughrol nomine, patris incœpta perſequi in animo habens, junctis cum Alaeldino militibus, qui ſecum manſerat, multis prœliis Chriſtianos fregit. Interea filio Oſmanno uxorem dat Alabali viri divitiis & ſomniorum interpretandorum ſcientia inclyti, filiam nomine Rabeam; ex illo enim matrimonio heroem naſci debere prædixerat, qui imperii ad extremum uſque judicii diem duraturi fundamenta jacturus eſſet. Confectis nuptiis Ertoughrol, qui Alaeldini beneficiorum memor, Iconii regnum Ghaiazeldini cæde vacuum invadere noluerat, plurimas urbes Chriſtianis eripuit, quas inter Kara Hiſar expugnata anno Hegiræ 687. Eodem anno Ourkhânum è Rabea conjuge ſuſcepit. Sub vitæ finem, Pruſæ præfectum, magna utrinque edita ſtrage, intra mœnia compulit, oppidumque poſt diuturnam obſidionem ad deditionem coegit. Non multo poſt ſupremum diem obiit annos natus 69. Capite ſecundo, imperium quod Ertoughrol & Oſmanno certis conditionibus delatum fuerat, liberum & legibus ſolutum Ourkhano Gazi permittitur, anno Hegiræ 727. Illo imperante Turcæ, compluribus Natoliæ urbibus ſubactis, milite utribus impoſito, in Romeliam trajiciunt. Ipſis occurrit Gallipoleos præfectus, quo cæſo, oppidum in hoſtium poteſtatem venit anno Hegiræ 759. Capite tertio, Suleimannus, Ourkhani filius, equo inter venandum delapſus, interiit. Illius ſepulcrum in loco quodam, Belair dicto, oſtenditur. Ourkhanum duobus poſt menſibus fato functum eſſe plurimi ſcriptores tradiderunt. Capite quarto, Amurathes ejus filius, ad regnum pervenit anno Hegiræ 760. Urbes multæ ab ipſius ducibus in Romelia expugnantur. Capite quinto, ipſe Hadrianopolim occupat, ſancitaque lege qua quintam prædæ partem ſibi vindicabat, captivos, quorum ingens numerus erat, militiæ adſcripſit. Hinc Janiſſariorum origo. Capite ſexto, Amurathi à Serviæ Deſpota bellum indicitur. Ad manus ventum non procul à loco qui Koſouvia appellatur. Tandem multis ſuorum amiſſis, vincit Amurathes, qui dum inter cæſorum acervos ambulat, ſurgit unus è Chriſtianis qui illum, manus oſculandæ ſpecie, pugione confodit. Capite ſeptimo, Bajazethes, fulmen cognomine, imperii regimen anno Hegiræ 792. ſuſcipit, annos natus quadraginta. Ab initio ſtatim regni ingentes de Karamano, Hungaris & Valachiæ principe victorias reportat. Illius filiam uxorem ducit. Conſtantinopolim oppugnat, pax tamen iis legibus compoſita, ut quotannis mille ſequinorum tributum penderetur, & Mohammedanis vicus in ipſa urbe attribueretur, conceſſa meſchita, & ejuſdem religionis viro, juri dicendo præpoſito. In illo rerum ſecundarum curſu, oritur ipſum inter & Tamerlanem bellum. Atrox prope Ancyram prælium conſeritur, quo à nonnullis è ducibus deſertus, in hoſtium manus incidit. Adductum benignè excepit Tamerlanes, poſtea ſuperbo illius reſponſo iratus, ferrea cavea includi juſſit. Victoris tamen humanitas, æquus animus & clementia, miris laudibus ab auctore efferuntur. Bajazethes ſex filios habuiſſe dicitur, quorum unus in prælio occubuit, quinque patri ſuperſtites, Emir Suleiman, Sultan Muhammed, Iſa Tcheleby, Mouſa Tcheleby & Carim Tcheleby, de imperio inter ſe contenderunt. Iſam multis certaminibus fractum, Mouſa interemit, nec multò poſt Suleimannum. Utrumque ultus eſt Sultan Muhammed, qui Mouſa victo & obtruncato, imperium obtinuit anno Hegiræ 816. Caramanum debellavit, pacem Valachiæ principi, indicto tributo, conceſſit; motus à religioſis quibuſdam Mohammedanis, pietatis obtentu excitatos, compeſcuit. Capite octavo, Mohammede mortuo, Amurathes filius imperium adeptus eſt, à quo non pauci defecerunt, imprimis Duzmedic Muſtapha, qui ab exercitu deſertus, vitam amiſit anno Hegiræ 826. Anno ſequenti Mouſtafam fratrem cruento prælio ſuperatum interfecit, & Valachiæ principem tributum coegit pendere. Theſſalonica expugnata, Hungari profligati; Amurathes tot victoriis clarus, imperio abdicato anno Hegiræ 847. Magneſiam ſe recepit.

XXIV.

Codex chartaceus, partim ſtricta, partim ſoluta oratione ſcriptus, quo continetur opus cujus titulus, expugnatæ à Mohammede ſecundo Conſtantinopoleos hiſtoria. Præmittitur præfatio ubi ſummoperè laudatur Sultani in promovendis litteris ſtudium, & illius in eruditos omnes munificentia. Narratur poſtea quo pacto Conſtantinopolis in Turcarum poteſtatem venerit; ſequitur illius urbis deſcriptio, præſertim verò celeberrimi ſanctæ Sophiæ templi, ubi quædam de fundatoribus urbis & templi, idque ex Edriſii ſcriptis, quem cæteris anteponendum

esse testatur auctor; vera multa, sed veris commentitia quædam admixta.

XXV.

Codex chartaceus, quo continetur opus inscriptum, historia eorum quæ magis memoratu digna contigerunt, imperante Mohammede, ejus nominis secundo. Ibi de expugnata Constantinopoli, primisque illius urbis fundatoribus, Salomone, Janco & Constantino. Sed in ea narratione nihil veri reperias, omnia prorsus falsa & commentitia. Item de variis Chalifarum adversùs Constantinopolin expeditionibus. Sequuntur Mohammedis secundi res in Servia, Hungaria aliisque regionibus gestæ, quas jam plurimi scriptores litterarum monumentis consignarunt.

XXVI.

Codex chartaceus, quo continetur subactæ à Selimo Bajazethis filio, Ægypti historia. Duæ belli Selimum inter & Ghauri Ægypti Sultanum orti causæ memorantur. Prior quòd Ghauri veritus ne crescentis in dies imperii Turcici mole obrueretur, cum Ismaele Sophi fœdus iniisset; altera quòd Korkout Selimi fratrem natu majorem, qui Cairum se receperat, Sultano petenti reddere noluisset. His de rebus infensus Ægyptiis Selimus, ingenti comparato exercitu, Syriam ingreditur anno Hegiræ 922. obvius fit Ghauri, magnis utrinque animis, die & nocte pugnatum est. Victi tandem Ægyptii terga dedere, illorumque rex fugiens, à duobus ex amicis, ne in hostis potestatem veniret, interfectus. Suffectus in illius locum Tomanbey, qui patriam ab imminenti exitio servare potuisset, nisi illius consilia quorumdam perfidia, & parum concordibus animis corrupta fuissent. Octies tamen signis collatis certatum est, magnaque tam à Turcis quàm à Mamelucis edita fortitudinis exempla. Finis bello impositus, prodito ab Emiro Arabe, Tomanbey, quem Selimus, Gezali & Khiré Bey pravis artibus, Vizirorumque consilio, licèt invitus, strangulari jussit. Illius morte eversum est imperium Ægyptiacum anno Hegiræ 922. die vigesima prima mensis Rebiulenvel. Sequuntur 1.° Gezali historia, qui, audita Tomanbey morte, Ægypti imperium sibi vindicavit. Is ab Ayas Pacha, quem Solimanus exercitui præfecerat, victus, morte pœnas luit anno Hegiræ 927. die decima mensis Zilhudié. 2.° Historia illorum qui ab eodem anno ad annum usque 1058. Ægypto præfuerunt. Auctor *Suheylii*, qui hoc suum opus nuncupavit Bey Menselout, provinciæ Ægypti præfecto.

XXVII.

Codex chartaceus, quo continentur res memoratu dignæ, quæ, imperante Solimano secundo contigerunt; illius mors, & monumenta quæ variis in locis ab ipso extructa sunt. Dividitur opus in plura capita, quorum primo narrantur orta Bajazethem inter & Selimum, Solimani filios, dissidia. Provinciis, ab illis diversis quas hactenus obtinuerant, à patre præficiuntur. Quod Bajazethes ægrè ferens, Selimo ignaviam per litteras exprobrat, conscriptoque exercitu adversùs fratrem proficiscitur. Capite secundo, Solimanus Bajazethi iratus, copias in auxilium Selimi mittit. Capite tertio, ambo exercitus prope Iconium concurrunt; ab ortu solis ad illius occasum pugnatum est; postridiè redintegrato prælio, quod ad noctem usque duravit, profligatus tandem Bajazethes. Capite quarto, Bajazethes cum quatuor liberis in Persiam ire statuit; præfectorum plerique, per quorum fines iter erat faciendum, nullam transeunti moram objiciunt; solus Mustafa Pacha, Armeniæ præpositus, fugam conatus impedire, funditur. Capite quinto, Mustafa Pacha ad primarii Viziri dignitatem frustra pervenire nititur. Capite septimo, Bajazethis in Persiam adventus; ipsi occurrunt aulæ Persicæ proceres, quorum obtruncandorum & imperii Persici invadendi Bajazethi auctor est Ferchad Pacha. Perfidiam detestatus Sultanus, illi mortem minatur si simile quid in posterum suadere ausus fuerit. Ibi præterea quædam de splendidis muneribus utrinque missis. Solimanus filium sibi reddi postulat, quem Tamahab veneno, cæterosque comites necari jubet. Capite octavo, Melita oppugnatur anno Hegiræ 967. illiusque, Christianorum virtute, obsidio soluta. Capite nono, Arslan Pacha, & Transylvaniæ princeps, de crebris Germanorum in Othomannicas provincias excursionibus conqueruntur; hinc Solimanus obsidendæ Sukutuvar urbis in Hungaria sitæ, consilio inito, huc cum ingenti exercitu proficiscitur anno Hegiræ 975. Capite decimo, Solimanus, multis suorum amissis, Sukutuvar expugnat. Capite undecimo, arces quædam in Hungaria expugnatæ. Capite duodecimo, Solimanus, duobus ante captum Sukutuvar diebus occumbit. Illius mortem Muhammed Pacha milites celat, qua audita

Selimus Constantinopolim venit, deinde ad exercitum contendit. Capite decimo tertio, meschitæ, collegia & aquæ ductus tam Constantinopoli, quàm in aliis oppidis exstructi enumerantur.

XXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur Sultani Selimi historia, ad illud usque tempus deducta, quo imperii Othomannici regimen suscepit. Dividitur in capita varia, quorum primo sermo fit de horrendo terræ motu, qui anno Hegiræ 914. quamplurimas ædes Constantinopoli funditùs evertit. Ea urbe relicta, Bajazethes Hadrianopolim migravit anno Hegiræ 915. Ibi sermo de provinciis quas Sultanus filiis Chehinchah, Ahmedi & Selimo regendas commisit: Korkoud enim illorum ultimus Cairum se receperat. Capite secundo, Selimus regnandi cupidus, Trapezuntio excedit, & alicui Romeliæ regioni præfici se à patre postulat; sed frustra, Viziri enim quorum magis propensa erat in Ahmedem fratrem voluntas, Bajazethi suadent, ut Selimum in conspectum non admittat. Capite tertio, Persæ Turcas fundunt, occiso illorum duce Caragnouz Pacha, & quasdam regiones Othomannis obnoxias fœdè populantur: adversùs eos mittitur Ali Pacha, Vizirus primarius. Capite quarto, Bajazethes de Ahmede successore designando mentem aperit. Is cum Ali copias conjungit, ut Persas ulciscerentur. Capite quinto, Selimus Hadrianopolim usque progreditur, cui Bajazethes, collecto exercitu, occurrit; legatis utrinque missis Semendre ipsi conceditur; patris tamen salutandi procerum artibus veniam impetrare nunquam potuit. Capite sexto, res ab Ali Pacha adversùs Persas malè gestæ, ipse interfectus est; iterum de Ahmede ad imperium evehendo agitata consilia. Capite septimo, Sultanus Constantinopolim redit anno Hegiræ 917. Hunc iterum convenire vult Selimus; non sinunt proceres, & acerrimum patrem inter & filium certamen committitur, victus Selimus fuga sibi consulit. Capite octavo, Ahmed, acceptis patris litteris, Maltepe, vicum una tantum leuca à Constantinopoli dissitum, venit; verùm dum imperii tradendi ratio initur, Janissariorum oritur seditio, & Ahmedis amicorum palatia expilantur, ipse in Caramaniam secedere cogitur. Capite nono, Ahmed dum patris jussis in Caramania non obtemperat, Selimus accersitur. Capite decimo, Selimus Constantinopolim ingreditur. Capite undecimo, patre volente, imperator renuntiatur anno Hegiræ 918. Pater verò in locum quemdam, nomine Dimetoche, prope Hadrianopolim, secedit. Capite duodecimo, Bajazethes moritur. Capite decimo tertio, Selimus in Caramaniam proficiscitur, & Ahmedem expellit. Hujusce operis auctor est *Ishak Ibrahimi* filius.

XXIX.

Codex chartaceus, quo continetur rerum, imperante Selimo Solimani filio, gestarum historia. Dividitur in plura capita, quorum primo dicitur Selimus anno Hegiræ 929. natus, anno ejusdem æræ 974. regni regimen suscepisse. Laudatur præclara illius indoles, comitas, doctrina; & is illius in eruditos amor fuit, ut res maximas cum ipsis communicaret. Capite secundo, Sultano Persiæ imperio adjiciendæ consilia agitanti, cum res in eo verti videretur, ut commeatus aliaque necessaria ad exercitum facilè importari possent, vicinas Astracano regiones perlustrandi datum quibusdam negotium est. Ex illorum litteris cognitum nihil in eo esse negotii; ducta enim fossa jungi posse fluvios Ten & Essel, quorum prior in mare nigrum, alterum in Caspium influit. Capite tertio, ingens hominum multitudo, Sultani jussu, opus aggreditur, quod ad optatum finem perductum iri tandem spes erat, cum sparsis rumoribus tantam esse in hisce regionibus frigorum vim, ut mortalis nemo resistere posset, milites fuga dilapsi, laborem tam feliciter inchoatum omittere coegerunt. Culpam auctor confert in Kanum Tartariæ, qui verebatur ne patefactis itineribus, Tartarorum apud Turcas in posterum nulla ratio haberetur. Capite quarto, occurrunt nonnulla de regione quæ Decht Capchac appellatur. Ait auctor, magni nominis scriptores secutus, illam mille parasangas in longitudinem, in latitudinem sexcentas patere, & incoli à Tartaris, quorum maxima pars à Tamerlane, aut occisa, aut in captivitatem abducta est. Addit paucos tantæ cladi superstites, in Valachiam, Moldaviam, Moscoviam & Poloniam fuga dilapsos. Concessi ipsis à Polonorum Republica vici septuaginta, & in singulis visitur una meschita; sed in eum numerum excrevere, ut quatuor meschitis vix continerentur. Ibi Alcoranus Arabicè legitur, explicatur autem Polonica lingua, quæ sola omnibus pene nota est. Capite quinto, dicitur urbs Granata à Mauris recepta anno Hegiræ 978. Fusi sæpius Hispani,

ductu Muhammedis cujusdam è posteris Beni Ahmer; hunc interfecit impostor, qui se eodem genere ortum ferebat. Dissentientibus igitur inter se Mohammedanis, res Christiana superior evadit; veriti Mahumedani ne Granata in hostium potestatem veniret, missis legatis, Selimi opem implorant, qui confecto bello Cyprio, ipsis auxilio futurum se esse pollicetur. Capite sexto, narratur quo pacto Cyprus à Turcis subacta sit. Capite septimo, Turcæ, ejecto Hassano, Tunisii rege, urbem occupant, duce Hairetdino Pacha, qui tamen illam paucis post diebus amisit; dum enim Hispanorum classi quæ Hassanum reducebat, occurrere vult, oppido præficit Dgiaferum, quem à Christiana religione ad Mohammedicam superstitionem traduxerat. Is autem, qui specie tenus fidem ejurarat, liberatis armatisque captivis 40000. & conversis in Hairetdinum tormentis bellicis, deletaque classe, fugere coegit. Tunisium Hassano restituitur, qui subditis ob crudelitatem invisus, ab Ahmede filio regno pellitur. Redeunt Hispani, inito prælio captus Hassanus, & filii jussu, admoto candente ferro, oculis privatus, & in carcerem conjectus est. Neque mitiùs Ahmed cum Tunisianis agit, qui urbem Ali Pacha tradunt, & ita Tunisium imperio Othomannico adjunctum est. Capite octavo, sermo fit de memorabili pugna Christianos inter & Mohammedanos ad Nicopolim data, anno Hegiræ 979. Illorum classis profligata. Ait auctor amissas naves 190. & Turcarum viginti millia desiderata. Capite decimo, Mohammedanorum & Christianorum classes bis in conspectum veniunt, sed neutra prælium inchoare audet. Id actum anno Hegiræ 980. Anno sequenti, Gouleta à Turcis expugnatur. Capite undecimo, narratur mors Selimi, quæ anno Hegiræ 982. contigit.

XXX.

Codex chartaceus, quo continetur rerum, imperante Amurathe Selimi filio, gestarum historia. Dividitur opus in plura capita, quorum primo Amurathes natus dicitur anno Hegiræ 953. adeptus vero imperium anno ejusdem æræ 982. Ab avo Solimano Manissæ antea præpositus. Capite secundo, texitur Vizirorum primariorum, quibus imperii regimen, illo imperante, commissum est, catalogus. Capite tertio, testatur auctor ea se tantum litteris mandaturum, quæ ab aliis prætermissa, vel negligentiùs tractata sunt. Capite quarto, describitur prælium adversùs Persas, duce Dgiafer Pacha, commissum, quod tribus diebus durasse fertur. Fusi tandem Persæ, & ad internecionem deleti. Capite quinto, seditio in urbe Tybriz, cui præerat Dgiafer, à militibus excitata est, quos, accersitis clam copiis, nec opinantes adortus oppressit. Capite sexto, Dgiafer Pacha, variis temporibus, Babyloni & Chirvuan præpositus, in Hungariam mittitur, ubi à Christianis profligatus est. Capite septimo, Hasan Pacha Bosniæ præficitur, crebrisque excursionibus regiones Germanis obnoxias vastat; qua de re cum, legatis missis, conquesti essent, vix auditi dimittuntur. Capite octavo, Hasan Pacha Behke castellum expugnat, & Jegni Hisar novis munitionibus auget. Capite nono & decimo, idem auctis viribus anno Hegiræ 1000. Christianis obviam it, qui victi, amissis impedimentis discesserunt. Capite undecimo, idem ingenti prælio prope locum Siska appellatum, superatur. Mohammedanorum ducum pars maxima, ferro partim, partim aquis absumta. Capite duodecimo, Christiani Jegni Hisar oppugnant, sed adventante Turcarum exercitu, obsidio soluta. Capite decimo tertio, Turcæ Siskam expugnant. Capite decimo quarto, Jegni Hisar & Siska in Christianorum potestatem veniunt, quod anno Hegiræ 1002. contigisse traditur. Capite decimo quinto, sermo fit de tributo quod imperator ante susceptum illud bellum Sultano pendere cogebatur. Capite decimo sexto & sequenti, Turcæ subtile responsum ad imperatoris & Persiæ Sophi legatos. Capite decimo octavo, Vesprim & Boulata arces ad deditionem à Turcis coactæ anno Hegiræ 1002. Capite decimo nono, Turcæ prope Istonnti victi, illorum sex vel septem millia interfecta. Capite vigesimo & sequentibus, variæ arces à Germanis captæ. Capite vigesimo quarto, Kani Tartarorum in castra Turcica adventus, & quo pacto à primario Viziro exceptus.

XXXI.

Codex chartaceus, quo continetur diarium rerum magis memoratu dignarum, quæ ab anno Hegiræ 1044. ad annum 1047. imperante Amurathe quarto, contigerunt. Ibi describuntur apparatus bellici adversùs Persas comparati, exercitus Turcici iter ad urbem usque Revan, urbis illius obsidio, quæ, resistentibus licèt acerrimè Persis, ad deditionem coacta est. Peragratæ armis & vastatæ complures Persiæ

provinciæ, tandem urbs Revan à Persarum Sophi recepta. Hujusce operis auctor est *Abdulazis Ibn Kara Tcheleby Zadé.*

XXXII.

Codex chartaceus, quo continetur diarium rerum magis memoratu dignarum, quæ ab anno Hegiræ 1052. ad annum 1062. imperante Mohammede quarto, contigerunt. Narrantur in eo opere varii motus à Sipahis aliisque excitati, & post cruenta quædam prælia tandem sedati: narrantur præterea pugnæ aliquot navales Venetos inter & Turcas: Turcæ, si auctori fides, victores sæpius discessere. Hujusce operis auctor *Abdoul Rahman.*

XXXIII.

Codex chartaceus, quo continetur Caneæ à Turcis, Ibrahimo imperante, expugnatæ, historia. Opus in capita tria dividitur, quorum primo occurrit descriptio insulæ quæ nunc Candia appellatur; primum illius nomen Guerit, à rege Guerit, quem ibi consedisse annales quidam, lingua Syriaca editi, testatum reliquerunt. In ea insula urbes munitæ quindecim, egregiæ, præ cæteris tamen Canæa, quam auctor capi potuisse miratur. Addit bellum ideo Venetis indictum, quòd insulæ illius portus piratis omnibus paterent, ipsis invitantibus Venetis, qui in prædæ partem veniebant. Capite secundo, narrantur Othomannicæ classis, ductu Capoudan Pacha, ad Canæam appulsus, variaque Turcarum cum Christianis prælia, qui, post toleratam per dies quinquaginta obsidionem, urbem tradere coacti sunt, illudque certis conditionibus quas servari non debuisse Mohammedanorum multi defendebant. Sed hanc illorum opinionem, etsi non accederet jurisjurandi sanctitas, compluribus exemplis, reipublicæ noxiam esse confirmat. Capite tertio, sermo fit de Veneta classe, quæ expugnata tandem Canæa conspecta est, & quæ Turcicæ impar, nulla re memorabili gesta discessit. Hujusce operis auctor *Tcheleby,* filius *Kara.*

XXXIV.

Codex chartaceus, quo continentur imperii Othomannici annales, sive diarium, quo narrantur res ab anno Hegiræ 1062. ad annum 1067. gestæ. Ibi, ut de Viziris, aliisque, vel honoribus auctis, vel ob malè administratam rempublicam supplicio affectis, taceam, occurrunt quædam memoratu digna. 1.° Motus terræ in urbe Kasaba, quo tria hominum millia perierunt. 2.° Legatio missa ad Mogolum, ut illius opera componeretur bellum quod inter Usbekorum Kanum filiumque ejus ortum erat. 3.° Bellum à Kano Crimeæ Polonis & Cosakis illatum, quo in bello, si auctori fides, actum erat de Polonis, nisi iniquissimis conditionibus pacem fecissent. 4.° Pugnæ navales duæ cum Venetis, in quarum priore victoria à Turcis stetit, qui in altera octo naves amiserunt. 5.° Malvasia à Venetis obsessa, & à Turcis liberata. 6.° Seditio Constantinopoli orta, quæ Viziri primarii morte sedata est.

XXXV.

Codex chartaceus, quo continetur historia obsessæ à Turcis Viennæ, imperante Mohammede Sultano, Ibrahimi filio, ejusdemque, Polonorum præsertim opera, liberatæ. Causa belli, si auctori fides, Hungarorum querelæ ad Sultanum delatæ, qui duriùs habitis quàm leges paterentur, opem ferre volens, bellum imperatori indixit; ea tamen conditione, ut Hungari viginti sequinorum millia penderent, & Sultanum bellum gerentem copiis adjuvarent. Cætera, quæ notissima sunt, persequi supervacuum foret, cum ibi nonnulla occurrant veritati parum consentanea.

XXXVI.

Codex chartaceus, ubi continetur historia seditionis qua, Osmanno imperium abdicare coacto obtruncatoque, Mustapha anno Hegiræ 1031. in illius locum suffectus est. Opus non pauca complectens, quæ in libris Gallicè editis minimè reperias. Sub finem legitur quoddam diarium, ubi traduntur res memoratu dignæ, quæ primis regni Mustaphæ mensibus Constantinopoli contigerunt. *Nevi* hujusce libri auctor, solutæ orationi versus immiscuit.

XXXVII.

Codex chartaceus, quo continetur historia subactæ iterum Georgiæ, quæ, excusso dominationis Othomannicæ jugo, ad Persarum regem defecerat. Ad id bellum à Mohammede Sultano delecti duces Jousoup Pacha, Rustem Pacha & Moustafa Pacha, qui victis locorum difficultatibus, Georgiam cum hominum quadraginta millium exercitu ingressi sunt. Terrore perculsi Georgiæ reges, tradita arce munitissima nomine Kiofatis, ad officium, nullo edito certamine, redierunt. Auctor huic bello

interfuisse se dicit, missumque legatum ad Dadiani regem. Præmittitur præfatio, qua malis & indoctis ad honores aditum patere acerbè conqueritur. Summis tamen laudibus effert Jousoup Pacha, qui provinciæ Carz anno Hegiræ 1071. præpositus est.

XXXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur historia Canisii, urbis in Hungaria inferiore sitæ, ab Othomannicis, Ahmede tertio imperante, expugnatæ, ejusdemque paulò post obsessæ à Christianis, qui, re infecta, discedere coacti sunt. Ibi multa occurrunt aut falsa omnino, aut veritati in plerisque minùs consentanea; verbi gratia, Galli 80000. in auxilium Germanorum venisse dicuntur. Cardinalis Mazarinæus qui ipsis summo cum imperio præerat, junctis aliarum gentium viribus, Canisium oppugnat. Addit auctor, totus in extollenda Hasoni Pacha, urbis præfecti, virtute, illius consiliis & egregia fortitudine, servatum oppidum, cecidisseque Christianorum circiter 80000.

XXXIX.

Codex chartaceus, quo continetur quatuordecim Kans Tartariæ historia in compendium redacta, & ab illis temporibus ducta, quibus ii principes Turcarum Sultanis parere cœperunt. Recensentur 1.° hujusce imperii urbes præcipuæ, numero viginti & una, Mankioub nempe, Elmaserai, Seradiik, Ordoubat, Gheusslevé, Balikloghi, Axmesdiid, Karason, Gherk, Tumruk, Kisiltach, Arkhouun, Azoffe, Taman, Adiiturhan, Eiderhem, Ghazan, Crim, Kaffa & Baktchéserai; tres postremæ imperii sedes fuisse dicuntur, quin urbs Krim & divitiarum & potentiæ in tantum crevisse fertur, ut vel celeberrimorum Indiæ emporiorum nulli concesserit, tanta erat illius magnitudo, ut ab equite vix unius diei intervallo circuiri posset. 2.° Differitur de Tartariæ regibus. Chian Khan, Ibn Touli Khan, Ibn Tehenghiz primum Tartaris imperasse à Mohammede scriptore doctissimo memoriæ proditum est. Verùm auctor noster illorum sententiæ mavult accedere, qui à Berké Khan, Ibn Touli Khan, Ibn Dieneghis imperii fundamenta jacta esse tradunt. Quod anno Hegiræ 660. contigit. In posterorum illius potestate mansit Tartaria ad Tamerlanum usque, qui expulso Urouss Khan, rerum summæ præfecit Tohtamich. Is accepti beneficii parum memor, excusso jugo, victus & interemtus est. In illius locum suffectus Amedghio, qui Mohammedis unius ex affinibus Tohtamich virtute regnum amisit. Huic successit Hadii Ghira; eo mortuo anno Hegiræ 880. illius filii duodecim aliique complures de imperio inter se contenderunt; multis invicem illatis & acceptis cladibus ita sunt attritæ Tartarorum vires, ut eorum vicini urbes nonnullas ipsis eripuerint, ex illorum numero Mankioub, quo se recepit Monghili Gherai, à fratribus regno, quod aliquot menses obtinuerat, ejectus. His auditis, Mohammedes, hujus nominis secundus, Turcarum imperator, instructa trecentarum navium classe, ductu Ahmedis Viziri primarii Caffam expugnat. Mankioub deinde, & una Monghili Gherai in ejus potestatem veniunt, quem Constantinopolim missum honorificentissimè Sultanus accepit, amplissimisque donatum muneribus Tartaros ipsi deinceps parere præcepit. 3.° Narrantur intestinæ discordiæ, variaque bella inter illius successores orta. 4.° Rejecta est ad libri calcem regum Tartariæ series chronologica, quæ ita se habet. Donghili Gherai imperare cœpit anno Hegiræ 883. Obiit anno 921. Eodem anno ipsi successit Mohammed Gherai. Huic Seadet Gherai anno 929. Deinde regnant Sahih Gherai anno 941. Deulet Gherai anno 958. Mohammed Gherai anno 985. Islam Gherai anno 993. Ghazi Gherai anno 996. Selamet Gherai anno 1017. Dianbek Gherai anno 1019. Mohammed Gherai anno 1033. Dianbek Gherai, imperio restituto anno 1037. Inaiet Gherai anno 1043. Behadir Gherai anno 1046. Mohammed Gherai, regno restituto anno 1065. Adil Gherai anno 1077. Selim Gherai anno 1082. Murad Gherai anno 1089. Hadii Gherai anno 1094. Selim Gherai, imperio restituto anno 1095. Seadet Gherai anno 1102. Sapha Gherai anno 1103. Selim Gherai, imperio tertiùm restituto anno 1104. Deulet Gherai anno 1110. Selim, regno quartùm restituto anno 1114. Gazi Gherai anno 1116. Kaplan Gherai anno 1118. Deulet Gherai, imperio restituto anno 1120. Kaplan Gherai, imperio restituto anno 1125. Hujusce operis partim stricta, partim soluta oratione scripti, auctor est *Abdoullah* filius *Rizvan Pachæ*, qui Caffæ & aliis ditionis Turcicæ in Tartaria urbibus olim præfuerat.

XL.

Codex chartaceus, quo continetur opusculum, ubi Durry Effendi, Ahmedis

Sultani ad Chah Huffein Perfiæ regem legatus, rerum à fe tractatarum rationem reddit. Ait Durry illis temporibus, in aulam Perficam veniffe fe, quibus Mirveis complures imperii provincias jam in poteftatem redegerat. Imminens illius excidium, non vanis ductus conjecturis prædicit. Addita quædam fcitu non indigna, de oppidis & regionibus per quas iter fecit; occurrunt etiam nonnulla de aulæ Perficæ ftatu.

XLI.

Codex chartaceus, quo continetur rerum à Turcis, obfeffa Candia terra marique, geftarum hiftoria, ab anno Hegiræ 1054. ad annum 1066. deducta. Ibi præcipuè de pugnis navalibus inter claffes Othomannicam & Venetam commiffis, quibus fæpius Chriftiani, vel ipfo fatente auctore, quamvis Mohammedano, fuperiores fuerunt. His autem immorari fupervacuum foret, cum libri de illo bello confcripti in omnium fint manibus.

XLII.

Codex chartaceus, quo continetur immutati rerum in Perfia ftatûs hiftoria. Ibi narrantur Agouanorum, duce Mirveis, à Perfis defectio, reportatæ à Mir Mahmoud victoriæ, Hifpahani expugnatio, Huffeini regis Perfiæ abdicatio, Mir Mahmoud cædes, cujus auctor Echref Kan; & regni illius initia. Ibi nihil occurrit quod in libro ejufdem argumenti, Gallicè edito, non reperias. Opus verò de quo nunc, Latina primùm lingua fcriptum, in Turcicam converfum dicitur ab *Ibrahimo,* typographiæ Conftantinopolitanæ conditore, qui brevem regum Perficorum chronologiam ab Ifmaele ad Hufceinum deductam, ex auctorum fide digniorum fcriptis collectam adjunxit. Illam repræfentare abs re non erit.

Ifmael filius Cheikhr Haider, annos natus quatuordecim, primus regium nomen affumit, moritur anno ætatis trigefimo octavo, cum annos viginti quatuor imperaffet.

Ifmaeli fuccedit filius Tahmarb, anno Hegiræ 930. natus annos decem, menfes fex; veneno interiit quod Haider filius, matris confilio, ipfi paraverat. Imperavit annos quinquaginta quatuor.

Succefforem habuit anno Hegiræ 984. filium Ifmaelem, ejus nominis fecundum, anno ætatis trigefimo octavo. Obiit annos natus triginta novem, duofque menfes, cum regnaffet annum unum & fex menfes. Rex, eo mortuo, renunciatur anno Hegiræ 985. Mahomed, cognomine fervus Dei, qui decem poft annos imperium abdicare coactus eft.

Suffectus in illius locum anno Hegiræ 995. Abbas filius, natus annos octodecim. Obiit anno ætatis fexagefimo, cum imperaffet annos quadraginta duos.

Safi, Abbas nepos, ad regnum pervenit anno Hegiræ 1038. natus tunc erat annos octodecim. Obiit anno ætatis trigefimo fecundo, cum regnaffet annos quatuordecim.

Abbas, fecundus Safi filius, annos natus duodecim, regnare cœpit anno Hegiræ 1052. Fato functus eft anno ætatis trigefimo feptimo, cum imperaffet annos viginti quinque.

Sulcimanus filius annos viginti natus regni regimen fufcepit anno Hegiræ 1077. Obiit anno ætatis quadragefimo octavo, cum imperaffet annos viginti octo.

Huffeinus filius annos natus viginti quinque regnum adeptus eft anno Hegiræ 1103. anno autem imperii vigefimo nono, regnum tradit Mahmoud, Agouanorum duci.

XLIII.

Codex chartaceus, quo continetur volumen cujus titulus, defcriptio accurata infignis victoriæ quam Turcæ, ductu Ofman Topal Pacha, de Perfis reportaverunt. Præmittuntur quædam de Perfiæ regibus, Agouanorum defectione, gravibus Perfarum in Turcas injuriis, quas ut ulcifceretur Sultanus, complures Perfici juris urbes in poteftatem redegit. Ea belli caufa; cum enim Thamas regni hæres, debellatis Agouanis, illas fibi reddi fuperbiùs poftularet, renueret verò Sultanus, obfidetur Babylon, quæ cum fummum difcrimen adiret, Topal copiis Othomannicis præficitur. Ipfi occurrit Thamas Coulichan Perfarum dux, qui Ofmani Pachæ prudentia & fortitudine fuperatus, majori exercitus parte amiffa, & multis vulneribus acceptis, in fugam turpiter conjectus eft.

XLIV.

Codex chartaceus, quo continetur opus infcriptum Bahr el Mukiachefa, id eft, mare rerum inveniendarum, auctore *Dervich Mohammed,* qui deferta Chriftiana religione, Mohammedanam, pfeudoprophetæ ipfius fibi in fomnis confpecti monitu, amplexus erat. Is Meccana peregrinatione fufcepta, cum viro quodam doctrina & pietate

claro, nomine Abderrhaman, amicitiam instituit. Fortè inter ipsos orto sermone de fatis domus Othomannicæ, Abderrhaman longam Sultanorum, septuaginta nempe, à primo gentis auctore numeratorum, seriem pertexit, & quæ illorum plerisque ad extremum usque judicii diem eventura sunt, prædicit; quo tempore, si ariolo fides, orbis universus in Mohammedanorum potestate erit. Has Abderrhami ineptias litteris mandavit *Mohammed Dervich* anno Hegiræ 1006. quod illius opus miserè corruptum, summa cura & diligentia pristino nitori reddidit *Mohammedes Nany*.

X L V.

Codex chartaceus, quo continetur descriptio spectaculorum quæ edita sunt in circumcisione Sultanorum Mustapha & Ahmedis, & in nuptiis Hadige utriusque sororis, anno Hegiræ 1086. die vigesima mensis Sefer. Ibi quoque legitur catalogus munerum quæ imperii magnates, aliique cum imperatori, tum Sultanis, de more, obtulerunt.

X L V I.

Codex chartaceus, quo continetur tractatus de origine Constantinopoleos, unà cum ejusdem urbis descriptione. Auctor prima illius fundamenta à Constantino magno jacta esse contendit. Enumeratis deinde monumentis quæ variis temporibus ad Constantinopoleos ornamentum, imperatorum Græcorum munificentia accesserunt, transit ad meschitas, palatia, collegia & xenodochia, quæ Sultani, Viziri, aliique extruenda curarunt. Ibi præterea reperias annum quo illa ædificia, vel inchoata, vel absoluta.

X L V I I.

Codex chartaceus, quo continetur historia insularum maris Mediterranei, & urbium ad illius littora positarum, quæ in Turcarum potestatem venerunt, ab imperii Othomannici fundatione ad Khaireldinum usque Pacha, sive ad annum Hegiræ 940. Ibi de captis Amasia, Sinope, Trapezuntio, Lesbo Eubæa, Kafa, Apuliæ quibusdam oppidis, Rhodo, Peloponeso, aliisque, ita tamen ut summa tantum rerum capita auctor attingat. Præmittitur Venetiarum descriptio. Illud autem opus anno Hegiræ 1067. dicitur absolutum.

X L V I I I.

Codex chartaceus, quo continetur rationarium imperii Othomannici, ubi de provinciis quæ in Sultanorum potestate sunt, illarum reditibus annuis, præfectis majoribus & minoribus, stipendiis, & statutis quibus obtemperare debent. Auctor, qui opus suum inscripsit Murad Pacha, Viziro primario Sultani Mohammedis, Amurathis filii, nihil à se dictum testatur, quod non ex archivis imperialibus hauserit.

X L I X.

Codex chartaceus, quo continentur canones & statuta ad varios imperii Othomannici ordines spectantia. Capite primo sermo fit de Capidgis Bachis, illorum numero, stipendiis, & officiis. Capite secundo, de illis omnibus quibus mulierum custodiendarum cura commissa est. Capite tertio, de Aghas qui propiùs Sultanum accedunt. Capite quarto, de quadraginta & uno hominibus Buikoda, & quo pacto in illos animadverti soleat. Capite quinto, de palatiis Itch, Odas, illorum ornamentis, & divitiis in gazophylacio reconditis, & quæ certis quibusdam temporibus depromuntur. Capite sexto, de illis quibus cura kiber demandata est. Capite septimo, de curatoribus Sefer Oda ab Amurathe Sultano institutis. Capite octavo & sequentibus, de culinis. Capite decimo quarto, de Sultani palatio, illiusque hortis. Capite decimo quinto, de legibus quas Bostangis servare tenentur. Capite decimo sexto, de divano. Capite decimo septimo, de militibus quibus custodiendi Sultani cura incumbit. Capite decimo octavo, de imperii vectigalibus. Capite decimo nono, de Janissariis, illorum origine, numero & stipendiis, cæterisque ad militiam illam spectantibus. Capite vigesimo, de Tophchis, Arabadiis, aliisque militibus. Capite vigesimo sexto, de modo orationis in castris peragendæ. Capite vigesimo septimo, de legibus in afficiendis capitali supplicio Janissariis, servari solitis. Capite vigesimo nono, de Kanis Crimeæ, illorum oppidis, aula, & qui honores iis haberi soleant, cum in Sultani conspectum veniunt.

L.

Codex chartaceus, quo continetur volumen cujus titulus, epitome canonum imperii Othomannici. Testatur auctor nihil à se dictum, quod in imperii archivis scriptum non invenerit. Dividitur opus in partes quatuor,

quatuor, quarum prima recensentur copiæ tam equestres quam pedestres, ut & stipendia quæ quotannis ipsis persolvuntur; in secunda, differitur de militia navali, militumque stipendiis; in tertia, de militia Palatina, illiusque stipendiis; in quarta, de imperii magnatibus, illorumque pensionibus. Ad calcem conjecta explicatio nominum quæ in hocce tractatu leguntur.

L I.

Codex chartaceus, quo continetur historia brevis virorum qui ab Osmano ad Solimanum usque, Selimi filium, in imperio Turcico doctrinæ laude floruerunt.

L I I.

Codex chartaceus, quo continetur opus inscriptum, vita & virtutes Sultani Ulema. Patrem habuit Hussein Catibi, cui rex Karesem Alvadun Muhammed jussu prophetæ in somnis conspecti filiam nuptum dedit. Ex illa suscepit Sultanum Ulema, qui cum ob insignem doctrinam & egregiam morum sanctitatem, in affectati regni suspicionem invidorum criminationibus venisset, urbem Balk patriam reliquit. Ab Alaeddino Iconii Sultano invitatus, in eo oppido domicilium collocavit. Quòd si auctori fides, multa ab Ulema miracula patrata sunt, sed ita absurdè conficta pleraque, ut inter aniles fabulas non immeritò numerentur. Ibi quædam de regni Karesem excidio à Ginghiskano & Tartaris reperias. Sequitur vita Mohammedis Dgelaleddini Catibi, cognomento Meulana, illius filii, à quo Meulanitarum sodalitii apud Mohammedanos celeberrimi, fundamenta jacta. Inde magni nominis doctores prodierunt.

L I I I.

Codex chartaceus, quo continetur opus inscriptum historia miranda Selimi cujusdam, ex oppido Vassith oriundi. Introducitur rex Huddjadge nuncupatus, qui cum præteritorum scelerum memoria miserè cruciaretur, hominem sibi reperiri jussit, qui lepidis fabellis mœrorem lenire posset. Inventus tandem Selimus, qui rem ad optatum finem, incredibilibus & inauditis narrationibus perduxit, multisque à rege muneribus donatus discessit.

L I V.

Codex chartaceus, quo continetur narratio rerum magis memoratu dignarum, quas Emirus Mohammedes Buhary gessisse fertur. Natus in oppido Persarum Balk, pseudoprophetæ jussu, migravit in Græciam, duxit uxorem Hatoun Tcheleby Sultani Mohammedis sororem; quæ cum inter somniandum sibi visa esset solem in sinu gestare, rem ad somniorum interpretes retulit. Responderunt viro miraculis patratis clarissimo nuptum iri. Prusam interea venit Buhary, quem Hatoun agnitum, matrimonio sibi copulat. Nuptiis auditis, Solimanus Romeliæ præfectus, cui desponsata erat, Hadrianopolin profectus, apud Sultanum de injuria illata graviter conqueritur, missis satellitibus, qui Emirum in Sultani conspectum adducerent; Hatoun, monente Buhary, arcui sagittam imponit; sed, mirum dictu, erumpunt quadraginta, quæ satellitum alios confodiunt, alios vulnerant. Non multò post venit ipse Solimanus, qui accepto vulnere occubuit. Mortuo Mohammede Sultano, relictisque filiis duobus, Moustafa & Amurathe, Moustafa regnum invasit; Amurathes verò quem milites tantùm 150. comitabantur, & cui certum à fratre imminebat exitium, Emiri opem imploravit. Mei juris est, inquit Buhary, ortas de imperio controversias definire; imperatorem te renuntio, neque dubita fratri occurrere. Morem gessit Amurathes, quo appropinquante, Moustafa subito terrore perculsus, fugam capessit. Exercitus autem à duce desertus, Amurathi fausta omnia precatur. Alia omittimus quæ nullam veri speciem præ se ferunt.

L V.

Codex chartaceus, quo continentur vita & miracula Hadgi Isæ, Mohammedis secundi, ut videtur, temporibus, morum sanctitate celeberrimi. Natus fertur in vico quodam, nomine Alekoy, non magno ab urbe Manyas intervallo. Missus in ludum litterarium, ingenio adeò hebeti visus est, ut nulla spes affulgeret, vel prima elementa doceri posse; quod cum ejus parentes ægerrimè ferrent, raptus in cælum, & à Propheta interrogatus, momento temporis doctissimus evasit. Ex illo specimine judicare facile est, quid de hujusce hominis miraculis sentiendum sit. Non veretur tamen operis illius auctor asserere nihil à se prolatum, quod non didicerit à patre Hadgi Moustafa, oculato teste, & qui complures annos in Isæ famulitio vixit. Opus scriptum dicitur anno Hegiræ 932.

LVI.

Codex chartaceus, quo continetur vita Tcheleby Hassam Eddini, qui Meulanæ sodalitium ingressus, magna sanctitatis fama vixit. Dividitur in plura capita, quorum primo de illius patre Muhammede, cujus amicitia, ait auctor, à viris principibus, senibus & eruditis summoperè expetita est. Capite secundo, de Meulanæ in Tcheleby benevolentia, qui ipsum cæteris omnibus anteponebat. Fertur illius precibus Meulana librum Mesnevi Cherif, apud Mohammedanos celeberrimum scripsisse. Capite tertio, de donis quæ Deus in famulum suum Tcheleby contulerat. Capite quarto, de illius morte. Capite quinto, de nonnullis quæ ad vitam Sultani Vellid, Meulanæ filii, pertinent. Capite sexto, de honoribus in ipsum post mortem collatis. Capite septimo, de auctoritate quam apud omnes sibi comparaverat.

LVII.

Codex chartaceus, quo continetur opus inscriptum, radices sapientiæ, sive leges in instruendis aciebus servandæ. Dividitur in tres partes, quarum prima de ordinis, in ducendo ad hostem exercitu, ineundaque pugna, necessitate differitur. Secunda, de utilitate quæ è geographia probè cognita, percipi potest. Tertia, de Christianorum in re militari institutis, præclarisque illorum inventis, quorum ope Othomannicæ copiæ, licèt virtute superiores, sæpenumerò profligatæ sunt. Hujusce operis auctor est *Ibrahimus*, è Christiano Mohammedanus, à quo artis typographicæ aliquot abhinc annis jacta Constantinopoli fundamenta.

LVIII.

Codex chartaceus, quo continetur opus utilissimum ex Arabica lingua in Turcicam conversum. Inscribitur de imperii rectè administrandi ratione. Ibi præcepta multa de justitia accuratè reddenda, de promovendis ad jus dicendum & ad præcipuas dignitates viris ingenio, probitate & doctrina præstantibus; de agricultura, artibusque fovendis; tandem de militibus exercendis, & retinenda militari disciplina: illis autem neglectis, vel maxima imperia pessumdari contendit interpres. Addit interdum vereri se ne summum discrimen imperio Turcico immineat: in eo quippe nulla probitatis & doctrinæ ratio habetur, provinciis præficiuntur homines indocti, superbi, & divitiarum supra modum cupidi; agri squallent, jacent artes, in militibus nulla fortitudo, nulla armorum cura, hostes formidant, ipsi ducibus suis formidini sunt. Ad tractatus illius primum auctorem quod attinet, vocatur *Kiafy*, interpretis vero nomen *Riznam*, qui suam hanc versionem anno Hegiræ 1004. Sultano nuncupavit.

LIX.

Codex chartaceus, quo continentur varia præcepta ad mores informandos idonea. Illorum auctor fertur Propheta *Meulana*, Sultani Ulema filius, vir apud Muhammedanos doctrina & vitæ sanctitate longè celeberrimus. Ibi multa reperias incredibilia, & anilibus fabulis proxima.

LX.

Codex chartaceus, quo continetur tractatus de extremo judicio, & signis quæ ipsi præire debent. Mohammedani decem esse statuunt, quorum præcipua sunt, adventus Gog & Nagog, qui è regionibus Asiæ ad septentrionem positis, prodire debent. Alcorani in unum è septem cælis ascensus. Adventus Antichristi qui, cladibus illatis, tandem à Christo superabitur. Illo autem victo morietur Christus, nec multo post suscitabitur. Opus ineptiis & fabulis scatens, indignumque omnino quod legatur.

LXI.

Codex chartaceus, quo continentur miscellanea quædam. Dividitur in varia capita, quorum primo de nonnullarum plantarum & lapidum natura & proprietatibus; item de remediis quæ inde peti possunt, differitur. Capite secundo, narrantur varia miracula coram Pharaone patrata. Veris multa admixta falsa, quorum pleraque è futilibus Rabbinorum scriptis hausta videntur. Capite tertio, fabula de Aaronis morte, qui cum speluncam intrasset, conspecto sepulcro, experiri voluit utrùm ipsius corpori esset accommodatum. Angelus mortis, data occasione, animam ademit: hinc mos apud Arabas invaluit, fato functos in speluncis sepeliendi. Capite quarto, fabula de duabus tribubus, Ægypti incolis, quibus inerant dentes aprorum similes; Jacobi Patriarchæ opera è medio sublatæ sunt: & aliæ fabulæ non minùs insulsæ. Capite ultimo, nonnulla de libro quodam, magni apud Mohammedanos nominis, inscripto Dgefr Dgami, cujus auctor *Aly Giafer*

Sadek, quo in libro ea omnia quæ Mohammedanis principibus eventura sunt, latere creduntur.

LXII.

Codex chartaceus, quo continetur opus inscriptum gemmæ absconditæ, sive divinæ providentiæ effectus mirabiles, qui in rebus creatis se conspiciendos præbent. Dividitur in varia capita, quorum primo sermo fit de montibus, ubi aliquid memoratu dignum cernitur. Est, inquit auctor, mons Oria nomine, 160000. passibus cæterorum montium summa cacumina altitudine superans. Ibi stellæ molas molendinarias magnitudine æquare videntur. Visuntur fontes mille, è quorum singulis oriuntur decem flumina Oxo non minora. Ex his facilè intelligas, quid de illo auctore sentiendum sit. Capite secundo, de maribus & insulis, ubi non minùs portentosa narrantur. Capite tertio, reperitur urbium, meschitarum, aliorumque locorum fabulosa plerumquè descriptio. Capite quarto, de meschitis & ecclesiis celebrioribus. Capite quinto, de throno Salomonis. Capite sexto, de reginæ Sabæ throno, & illius in Salomonis regiam adventu. Capite septimo, de vitæ termino. Capite octavo, de locis quæ ob incolarum flagitia, ultricibus flammis absumta sunt.

LXIII.

Codex chartaceus, quo continentur eruditi Turcæ meditationes, de Mohammedanæ religionis certitudine & sanctitate. Dividitur opus in libros quinque, quorum primo qui inscribitur, monita ad principes ex Alcorano & Prophetarum libris collecta, differitur de justitia, de condonandis injuriis, de fide delatoribus minimè adhibenda. Libro secundo, de mercede à Deo illis expectanda, qui bellum adversùs Christianos gesserint, de apparatibus ad bellum rectè administrandum necessariis. Libro tertio, Prophetarum vita in compendium redigitur; ac primò quidem de Prophetis ante diluvium sermo fit; secundò, de Prophetis post diluvium ad promulgatam usque legem, quam Turcæ Sunnet appellant; tertiò, de Prophetis qui à lege Sunnet ad Mosem floruerunt; quartò, de Prophetis à Davide ad Christum Dominum celebrioribus; quintò, de Christo Domino & Prophetis qui postea vixere. Ibi veris quibusdam multa falsa admixta. Libro quarto, proponuntur monita ad informandos mores spectantia, è psalmis Davidis & Prophetarum dictis excerpta. Libro quinto, Judaicæ & Christianæ fidei confutatio legitur. Ibi primò de unitate Dei; secundò, de illorum opinionibus qui Dei unitatem impugnant; tertiò, de Evangeliis, Christo Domino, & Christianorum erroribus, quos omnes divo Paulo auctor tribuit. Addit idem à nonnullis defendi Evangelium Matthei Hebraicè, in Judæorum gratiam; Marci, Franca lingua, in Francorum; Lucæ, Latinè, in Alexandrinorum; Joannis, Armena lingua in Armenorum gratiam scriptum esse. Hujusce operis auctor *Sarradgi Abdoullah* filius.

LXIV.

Codex chartaceus, quo continetur opus è lingua Turcica in Gallicam conversum. Illius titulus, tractatus de universo. Dividitur in quatuor sectiones, quarum prima differitur de cælis in genere consideratis, cælo empyreo, solio Dei, illius calamo, tabula legum, angelis cherubinis, paradiso, inferis, prædestinatis, stellis fixis & planetis. In secunda, de terra, animantibus, tam ratione præditis, quàm rationis expertibus, terræ incolis, de illis quæ ibi miranda visuntur. In tertia, de ordine in rebus creatis servato, vitæ spatio homini constituto. Adjungitur compendium historiæ Patriarcharum. In quarta, de septem climatibus, dierumque & noctium in singulis longitudine. Ibi auctor, cujus nomen non comparet, multa inepta & fabulosa congessit.

LXV.

Codex chartaceus, quo continetur inventæ primùm Americæ historia. Opus è nostratibus, ut videtur, scriptoribus, ab aliquo apostata collectum, & cui exponendo diutiùs immorari non magni interest.

LXVI.

Codex chartaceus, quo continetur opus cujus titulus teuhfé Chaidy, sive dictionarium Turcico-Persicum, auctore *Chaidy*. Præmittitur præfatio qua Chaidy monet sibi præivisse Hucamusn, è cujus lexico ea excerpsit, quæ majoris momenti esse videbantur, additis compluribus, quæ ad plenissimam Mesnevy, libri apud Mohammedanos celebertimi, intelligentiam conducere posse existimavit. Addit idem sedulam à se in legendis poëtis operam à pueritia positam esse, & utilitatis publicæ studio, ad scribendum animum appulisse.

LXVII.

Codex chartaceus, quo continetur idem opus.

LXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur varia epiſtolarum ſpecimina, ad illorum uſum, qui vel ad privatos, vel ad viros principes ſcribere volunt.

LXIX.

Codex chartaceus, quo continetur ſeptem dormientium hiſtoria, quæ, Decio imperante, contigiſſe fertur. Paſtor quidam, Dakianos nomine, reperto ingenti theſauro, donis ampliſſimis amicitiam regis Perſiæ ſibi conciliat; inter ipſum, Græcorumque imperatorem bellum oritur; copiis Perſicis præficitur Dakianos, qui deletis hoſtium copiis & occiſo imperatore, regium nomen aſſumit, miſſiſque ad regem Perſiæ legatis, ab ipſo ſeptem annorum vectigal poſtulat. Iratus rex, Dakiano bellum indicit, victuſque, Dakiani juſſu interemtus eſt. Iis artibus, maximum adeptus imperium, ſuperbiaque tumens, ſibi divinos honores, tanquam terræ Deo, dæmonis inſtinctu deferri imperavit. Obtemperatur ab omnibus, donec Jemlikha, tyranno imprimìs carus, illum adorari non debere intellexit, è cujus ore muſcam abigere non potuiſſet. Sic agnita Dei unitate, ſociis quinque mentem aperuit, qui Dakiani ſævitiam veriti, fuga ſibi conſulunt, adhibitoque in conſilium paſtore, quem ad veram religionem converterant, in ſpeluncam ſe abdunt, ubi annos trecentos & novem dormiere. Expergefacti tandem poſt Chriſti Domini adventum, immutatam locorum faciem non ſine ſtupore cernunt. Jemlikha ſociorum rogatu, urbem vicinam ingreditur, & in conſpectum regis adducitur, hiſtoriam narrat, agnoſcit filium & nepotes: in ſpeluncam, rege comitante, redux, eadem die, unà cum ſociis fato functus eſt. Rex ibidem ſepeliri voluit, columna ſuperimpoſita, quæ rerum geſtarum ſeriem complecteretur. Addit auctor canem qui illos ſecutus erat, in cælum quoque receptum.

LXX.

Codex chartaceus, quo continetur volumen primum fabulæ cujuſdam romanenſis, è Perſica lingua in Turcicam converſæ. Operis titulus, hiſtoria Surhab Ruſtemi filii. Capite primo narratur quo pacto Ruſtemus, equo inter venandum amiſſo, in aulam regis Seminghian venerit, ubi honorificè exceptus. Capite ſecundo, Ruſtemi colloquium cum Tehnüe Banou regis filia, quam, eximia illius pulchritudine captus, uxorem ducit. Capite tertio, quo pacto Tehnüe Banou Surhab peperit. Mira illius indoles, & à primis annis rara in tractandis armis peritia. Capite quarto, à Bey quodam equo donatur nulli ſecundo. Capite quinto, Efraſiaib Surhab fortitudinem miratus, de interficiendo illius opera Ruſtemo, quem oderat, conſilium init; cavetque ne unquam reſcire poſſit Surhab Ruſtemi ſe filium eſſe. Capite ſexto, Efraſiaib ad Surhab ſcribit. Capite ſeptimo, adventus Surhab in oppidum Sefid dictum, & illius ſingulare certamen cum Hedgir, ſuperatus Hedgir. Capite octavo, aliud certamen ſingulare cum Ghurd Aferid, Hedgir ſorore, femina magni animi. Victa, dolo evaſit, & in urbem ſe recepit, quam traditur am ſe eſſe pollicita erat. Capite nono, Keidehem urbi præfectus, obſidioni diutiùs tolerandæ impar, urbem relinquit. Capite decimo, Kiaous rex Iram, imperii magnates in conſilium vocat, qui rebus dubiis, ipſi auxilio futuros promittunt. Capite undecimo, Kiaous ſcribit ad Ruſtemum, ut imminens periculum propulſet.

LXXI.

Codex chartaceus, quo continetur hiſtoriæ, ſive fabulæ romanenſis de Surhab, Ruſtemi filii rebus geſtis, volumen ſecundum. Dividitur in plura capita, quorum primo narrantur Kin adventus in Ruſtemi palatium, & ſermones ipſius de egregia Touraniorum ducis fortitudine. Negat ducem illum eſſe Surhab. Tandem Ruſtemus, collecto Pelhavanorum exercitu, proficiſcitur ut regi Kiaous opem ferat. Capite ſecundo, Kiaous Ruſtemo iraſcitur quòd ſeriùs quam expectarat venerit. Indignatus Ruſtemus in Zabuliſtan revertitur. Capite tertio, Kuders variis rationibus adductis, Ruſtemo perſuadet, ut Kiaous in tanto diſcrimine non deſerat. Capite quarto, placatus Ruſtemus iterum ſe conjungit cum Kiaous, qui ipſum orat, ut jactorum temerè maledictorum obliviſcatur. Capite quinto, Kiaous, conſcripto exercitu, verſùs Sifid progreditur. Capite ſexto, Ruſtemus Surhabum videndi cupidus, mutata veſte, Sifid ingreditur & Zinderum, Surhabi Vizirum interficit. Capite ſeptimo, Ruſtemus Kiaous narrat quæ à ſe in urbe Sifid

gesta erant, multisque eximiam Surhabi speciem extollit. Capite octavo, Surhabus, conspecto Kiaous exercitu, de præcipuorum illius ducum nominibus Hedgir interrogat, qui Rustemi fortitudinem præ cæteris commendat, additque neminem esse qui vim illius sustinere possit. Iratus Surhabus, colapho incusso, discedit.

LXXII.

Codex chartaceus, quo continetur historiæ, sive fabulæ romanensis de Surhab, Rustemi filii rebus gestis, volumen tertium. Dividitur in plura capita, quorum primo, Surhab Iranienses ad pugnam provocat, territus Kiaous Rustemum accersit. Capite secundo, describitur singulare Rustemi cum Surhabo certamen, quo neuter victor discedit. Ingens Iraniorum & Touraniorum ab utroque cædes facta. Capite tertio, Kiaous, Kiru & Rustemi sermones de ratione pugnandi adversùs Surhabum. Capite quarto, Houman persuadet Surhabo, ducem quocum pugnavit, alium esse à Rustemo, redintegratur inter ipsos certamen, prosternitur Rustemus, qui, decepto Surhabo, periculum evadit. Capite quinto, pugnam rursus ineunt, cadit Surhabus, & à Rustemo pugione confoditur, agnoscit filium Rustemus. Capite sexto, Rustemus filii mortem deflet, illumque sepeliri curat.

LXXIII.

Codex chartaceus, quo continetur opus inscriptum historia Rustemi filii Zal, regis Parthorum, & Iffindiar filii Kuchtaseb regis Persarum, qui nolens promissum sæpiùs regnum Iffindiar tradere, jubet ut Rustemum vinctum, catenis oneratum ad se adducat. Proficiscitur filius, & colloquio cum Rustemo habito, tandem ad singulare certamen se accingunt duo illi heroes toto Oriente celeberrimi. Cecidit Iffindiar, nec multò post fratris Chigad, & regis Kiabil insidiis periit, neuter tamen impunè tulit; Chigad enim à fratre jam morti proximo, sagitta interemtus est. Rex autem Kiabil ingenti prælio à Feramets fratre victus, corio detracto, pœnas dedit.

LXXIV.

Codex chartaceus, quo continetur historia, sive fabula romanensis, ubi de iis quæ, regnante Kuchtaseb filio Lehraseb apud Persas, contigerunt. Dividitur opus in plura capita, quorum primo Kuchtaseb, deserta religione majorum, in Zerdehecht, aliàs Zoroastris, disciplinam concessisse dicitur. Regis exemplum imitati proceres, impostoris doctrinam amplectuntur. Qua de re certior factus Erdgaseb, Sinarum imperator, cui Persæ vectigal quotannis pendere consueverant, Kuchtaseb per litteras hortatur, ut sublato de medio Zoroastre, ad patrios ritus redeat; quòd si monitis non obtemperetur, bellum Persis illaturum, & deleto igne ferroque imperio, in regem ipsum animadversurum se esse testatur. Kuchtaseb, consilio suorum habito, respondet, illius minas nihili se facere, & ad regni fines se cum ingenti exercitu obviàm iturum. Capite secundo, describitur prælium Persas inter & Sinenses commissum, fortissimi quique utrinque ceciderunt, & in his complures regii Persarum sanguinis principes. Tandem eximia Iffindiaris filii Kuchtaseb virtute, terga dedit Erdgaseb, cæsaque Sinensis exercitus pars maxima. Capite tertio, Kersem quidam Iffindiari infensus, regi persuadet, filium insana regnandi cupidine, ipsius vitæ insidias moliri. Pater nimiùm credulus Iffindiarem apud regni proceres accusat, & nullius sceleris convictum, catenis oneratum, in carcerem conjici jubet. Capite quarto, Kuchtaseb in provinciam Zabulistan dictam contendit; adiit Siistan, cui imperabat Zal & Rustemus filius, utrumque Zoroastreæ doctrinæ præceptis imbuit. Erdgaseb interea, cum audisset Lehrasebe solum penè in urbe Balk relictum, misso Kerhem filio, oppidum diripit, interfecti Lehraseb & Zoroastres, filiæque regis in captivitatem abductæ: allatis tam tristibus nuntiis, Kuchtaseb adversùs Sinenses proficiscitur, à quibus victus, in montem se recepit. Nulla spe salutis relicta, cum undique hostes imminerent, Iffindiari catenas detrahi jubet; is suo adventu res collapsas restituit, profligatisque copiis, Erdgaseb turpi fuga sibi consuluit. Capite quarto, Iffindiar ulciscendæ paternæ injuriæ liberandarumque sororum cupidus, ad Sinensem expeditionem se comparat, & debellatis monstris quæ arte magica aditum defendebant, regem dolo obtruncat, regnumque in suam potestatem redigit.

LXXV.

Codex chartaceus, quo continetur historia rerum mirandarum, quæ Bouloukia cuidam contigerunt. Israelita fuisse dicitur, filius Oucha, viri doctrina, opibus, & honoribus gestis apud suos clarissimi. Eo mortuo, Bouloukia in patris sepulcro arcam

ligneam reperit, qua asservabantur folia quædam è sacris Judæorum libris avulsa, ubi Mohammedis Prophetæ adventus prædicitur. Veræ religionis cognoscendæ studio, in Syriam migrare statuit; hinc varias insulas & regiones nemini exploratas, avium aut equorum alatorum ope perlustrat, crebra cum angelis colloquia habet, à quibus incredibilia & portentis similia edocetur. Opus fabulosum, nec dignum quod legatur. Is autem Bouloukia non multò post Salomonem vixisse fingitur.

LXXVI.

Codex chartaceus, quo continetur fabula romanensis, ubi de eximiæ formæ adolescentula, quam mercator Bagdadensis locupletissimus emptam disciplinis omnibus erudiri curat. Eo mortuo, filius exhaustis brevì nimia liberalitate opibus, in summam egestatem incurrit. Tandem adolescentulæ ipsius consilio, Aaroni Raschidæ decem aureorum millibus vendenda proponitur. Chalifa autem, ut mulieris egregiæ doctrinæ periculum faceret, è viris eruditis præstantissimum quemque accersit. Ab iis interrogata sic respondet, ut maximis donata muneribus, totius consessus judicio victrix discesserit. Nupsit postea Herili filio, & ambo in summa rerum omnium copia apud Chalifam tranquillè vixerunt. Operis illius, Arabicè primùm scripti, versibus deinde Turcicè conversi, auctor est *Ismael,* qui se in oppido minoris Armeniæ, Malatia dicto, natum tradit.

LXXVII.

Codex chartaceus, quo continetur fabula romanensis, ubi de adolescente quodam coriario, qui, Selimi secundi temporibus, Constantinopoli vixisse fertur. Nomen Jahia Tcheleby. Is amico, animi recreandi causa convento, cum vinum deesset, operam suam pollicetur. Rediens è caupona incidit in Cheikum, jam ætate provectum, à quo ad cœnam humanissimè invitatus, morem gerit; in ædes ducitur auro & gemmis collucentes; apponuntur dapes exquisiti saporis; aderant præstanti forma mulieres; datur quam velit eligendi potestas. Placuit Meimoum, quæ illius amore capta, monet ipsi summum discrimen instare; convivas à sene in fœdissimum carcerem trudi, unum singulis diebus mactari, ejusque corde hominem teterrimum, antropophagorum de more, vesci solitum. Ambo fuga sibi consulunt. Veritus tamen Jahia viri tam locupletis insidias, illius de medio tollendi consilia init. Rem cum amicis communicat, quorum auxilio senex improbus obtruncatur; illius morte omnes ad summas opes perveniunt; Meimoum verò Jahiæ nubit.

LXXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur opus Turcicum cujus titulus, historia Temin Dari, sive potiùs fabula romanensis adeò putida, ut prorsùs indigna sit quæ legatur.

LXXIX.

Codex chartaceus, quo continentur fabulæ & apologi, è variis scriptoribus excerpti. Fabularum illarum nonnullæ Æsopicarum non absimiles.

LXXX.

Codex chartaceus, quo continetur capitis quarti, operis quod inscribitur Humaioun nameh, è lingua Persica in Turcicam conversio. Ibi ostenditur blandis inimicorum verbis non esse temerè credendum.

In-octavo.

LXXXI.

Codex chartaceus, quo continetur fabula quædam romanensis Arabicè scripta, complectens narrationes penitus incredibiles, & ad animi oblectamentum excogitatas. Præcipuas ibi partes agit Sindab ab decurso ingenti marium spatio appellatus, vir qui plurimis, mercatus gratia, regionibus perlustratis, ad summas opes pervenerat. Is domicilio Bagdadi collocato, exponit quæ sibi inter peregrinandum, aut visa, aut audita erant. Sed his immorari supervacaneum foret, cum legi possint in opere Gallicè edito, cujus titulus: mille & una noctes.

LXXXII.

Codex chartaceus, quo continetur fabula romanensis. Ibi rex quidam longè potentissimus, nulla sibi prolis spe relicta, fusis ardentissimis ad Deum præcibus, duos impetrat filios, Sulciman nempe, & Muslim, utrumque præclaris animi & corporis dotibus insignem. Sed Muslim fortitudine, bellicisque artibus fratri superior, subacta Syria, aliisque regionibus imperatori Græco obnoxiis, Constantinopolim pergit, quam annis septem obsessam ad deditionem tandem compulit. Incolæ mira illius humanitate capti Mohammedanam superstitionem

amplectuntur. Rex interea gravis annis, egregia de imperio rectè administando habita oratione, regno Sulciman filio natu majori cedit. Is cum vel sapientissimos principes, Viziri prudentis consiliis sæpenumero egere intelligeret, in Dgiafer magni nominis virum oculos conjicit. Venit in conspectum Sultani, qui ex armillæ motu venenum à Dgiafer occultari cognovit: irascitur Muslim, re tamen ad examen revocata, cum nihil doli subesse constaret, honorificentissimè excipitur; variisque ipsum inter & Sultanum ortis sermonibus, narrat Dgiafer sibi visum in aula regis Tabaristan piscem argenteum, cujus ope, quicquid vel casu, vel de industria in mare fuerat missum, ad possessorem redibat. Neque minùs incredibilia produntur de annulo, ea arte fabrefacto, ut ille qui gestaret, pala ad palmam conversa, à nemine videretur.

CODICES SINICI,

Eo ordine dispositi quo, diversis temporibus, in Bibliothecam Regiam illati sunt.

I.°

Libri Sinici, quos primitus habuit Bibliotheca Regia, à Cupletio ejusque sociis, ut verisimile est, è Sina allatos.

HISTORICI.

CODEX PRIMUS.

ANnales Sinici inscripti

cu adjuvantis
chi gubernationem

tum } speculi
kien }

kam } caput } seu repræsentatio,
mo } & oculus }

hoc est, principia, seu quæ primò discenda sunt, & speculi instar esse poterunt, ad dirigendam reipublicæ seu ministerii publici gubernationem. Hic liber longè amplissimus est, & voluminum centum viginti: annales enim sunt dynastiarum particularium plerarumque, & quasi universalem imperii Sinensis historiam exhibent, eam nimirum, quæ à tribunalibus, idque auctoritate publica, conscripta est, & etiamnum conscribitur. Auctores annalium Sinicorum numero prope infiniti, si eos numeres à quibus primùm per varia retro sæcula conscripti sunt: auctores vero qui annales Sinicos, de quibus nunc, diversis temporibus collegerunt & ediderunt, quinque sunt præsertim:

1.° Su ma kum.

2.° Chu ven kum.

3.° Kin gin xan.

4.° Xam lu (lo)

5.° Nan hien.

Primus auctor *Su-ma-kum,* qui hanc, quam nunc exhibent Sinæ collectionem, inchoavit, vixit sub dynastia Sum, sæculo Christi primo; & ab eo auctore est, quod nomen Cu-chi-tum-kien hodie præ se ferant hi annales, cum antea ki, id est, libri memoriales, aut alio generali nomine appellarentur. Cæterùm hi annales incipiunt ab anno primo τοῦ Guei-lie-vam, qui dynastiæ τῆς Cheu, rex sive imperator fuit trigesimus, idque annis ante Christum natum 428. Perducti sunt autem usque ad ultimum annum τοῦ Xi-cum, secundi & ultimi τῆς Heu-cheu imperatoris, id est, ad annum à Christo 951. quod intervallum est annorum 1379.

Secundus auctor *Chu-ven-kum,* vir ætatis suæ celeberrimus, annis postea circiter 300. sub eadem dynastia τῆς Sum, primùm quidem annalium eorumdem titulo addidit

characteres duos kam mo, quod Latinè est, oculus præcipuus, seu de verbo ad verbum, principalitatis oculus; deinde verò, quod hoc additamento innuebat, eosdem annales commentariis, annotationibus quibusdam moralibus, & antiquiorum auctorum testimoniis exornavit.

Tertius auctor *Kin-gin-xan,* vixit initio imperii Yven, familiæ primæ Tartaræ, sæculo Christi XIV. Hic cum tempora vetustiora propter quandam veterum historiarum dispersionem negligi posse animadverteret, annales imperii Sinici antiquissimos, id est, rerum ab anno primo Yao, ante Christum 2353. ad Guei-lie-vam annum primum, unde Su-ma-quam inceperat, gestarum serie continua per annos 1930. repræsentavit.

Auctor quartus *Xam-lu,* vel *lo,* quod idem est, ab anno 12. Chim-hoa (Christi 963.) ejusdemque imperatoris jussu eosdem annales continuavit per annos 408. usque ad annnm Xun-ti decimum, ultimumque Ivenidarum. Annus autem ille est post Christum 1371.

Auctor quintus *Nan-hien,* vixit sæculo XVI. medio. Is annales auxit, & ex antiquis auctoribus imperii initia supplevit; neglectisque temporibus fabulosis, historiam orsus est à Fohi, primo gentis non suspecto fundatore, & perduxit ad annum primum Yao, unde Kin-gin-xan inceperat.

Hi autem, de quibus nunc, annales typis excusi sunt, regnante hac familia Ta-cim, seu Tartara, sub Xun-chi Kam-hi patre. Liber autem est in 12. involucris, & voluminum 120.

Auctoritas annalium Sinicorum in ipsa Sina est maxima; quippe qui à gravissimis auctoribus creduntur scripti, idque imperatorum jussu, & cura tribunalis ad hoc instituti, ab ipsa imperii Sinensis origine: qui mos scribendorum annalium ab Yao usque repetitus, in tota Sina etiamnum servatur. Neque illi quinque quos nominavi scriptores, annalium Sinicorum auctores habendi sunt, ut jam dixi, sed editores, seu, ut ita dicam, collectores.

II.

Ku	antiquæ, vel antiquorum
ven	litteraturæ, litteratorum
quen	abyssi
kien	speculum,

hoc est, antiquæ litteraturæ, sive litteratorum antiquorum abyssi speculum.

Litteratorum autem antiquorum nomine, & in hoc libro & ferè apud Sinas, non ii modò qui apud cæteras gentes dicuntur litterati, sed quod lectorem semel monitum volumus, magnates ipsi & imperatores intelliguntur: cum apud Sinas, imperatores, reges, proreges, omnes denique regni administri semper sint esseque debeant docti. Hic autem liber apud Sinas viros politicos, & arti politicæ mirè addictos fit maximi, quippe qui summorum virorum hic facta, illic sententias orationesque stylo antiquo, id est, elegantissimo complectitur. Scriptus est sæculò XVII. regnante Ta-mim familia, Sinicarum vigesima prima. Auctore *Su-kien-hio,* qui tunc doctor Sinæ fama celeberrimus. Summa vero cura ac singulari quadam characterum pulchritudine editus est anno Christi 1685. Kam-hi 24. estque vulgo in involucris 4. voluminum 24.

III.

Lie
su
kam
kien
pu,

id est, supplementum ad speculum universale, sive annales Sinicos, calendarii modo.

Duo in hocce libro reperias, primùm quidem annalium magnorum compendium, deinde vero facta quædam insigniora virorum, quos virtus bellica, vel pietas, vel regiminis scientia commendavit. Auctor hujus libri *Liao-fan:* & hoc illius supplementum non nisi sub ejusdem sæculi finem impressum est. Libri hujus, mole non ita magni, involucra duo, volumina 34.

Monendus interim lector, præter annales publicos Sinicos, extare monumenta historiæ Sinicæ quam plurima. Porro hoc est annales inter & cæteros libros historicos discrimen, quòd libri historici à quocumque doctore scribi possint, annales autem publici aut imperii ipsius, nonnisi à tribunalibus atque imperatoria auctoritate proficiscantur.

IV.

Tum
kien
che
kiai, } I. I. 219.

id est, Tum-kien expositio litteralis.

Annales primùm Tum-kien appellatos diximus, postea à Chu-ven-kum titulo veteri

veteri additas voces kam mo. Hic liber eorumdem annalium compendium etiam est, idque à celebri doctore commentariis illustratum, cujus nomen *Cham-kiu-chim*. Fuit autem Cham-kiu-chim, hinc τῷ Van-lie unius ex Ta-mim familia, illinc imperii totius administer. At sæculo XVI. medio, annis post circiter 80. *Cham-kia-ha,* cum è litteratis ipse esset, Sinicos eosdem annales auxit. Quæ igitur sub eadem Ta-mim familia gesta fuerant per annos ferè 276. ea non solùm litteris mandavit, sed etiam explicatione litterali illustravit; continetque hic liber primò annales imperii totius, id est, eorum quæ familiam Ta-mim præcesserunt, & eorum quæ sub eadem familia facta, enarrationem; deinde, expositiones in ea omnia, præsertim in antiquiora, litterales; desinitque anno Christi 1647. Sic quæ per annos circiter 4609. evenere, ea in hoc opere aptè disposita, atque eleganter conscripta legere est. Quod opus, cum non semel impressum jam esset, prodiit denuò regnante Xun-chi, τῷ Kam-hi patre. In tribus involucris, voluminbus 16.

V.

Chun
cieu,

id est, ver & autumnus.

Atque hic est titulus annalium principatus Lu, ab ipso *Kum-fu-cu*, id est, primario Sinarum philosopho Confucio conscriptorum. Cujus tituli ratio non in promptu est. Porro hic liber pretii apud Sinas summi, & inter sacros tantùm non repositus, historiam exhibet præcipuè regni Lu, aliquando etiam, prout se dedit occasio, imperii ipsius Sinici, idque per annos duntaxat 242. Scilicet in regno Lu natus Confucius è familia honoratissima, quæque apud Sinas principatum quemdam etiamnum obtineat, patriæ suæ regendæ ac bonis moribus informandæ, per multos annos operam navavit. Tandem abdicato ministerio jam senex, & litteris ac discipulis unicè addictus, rerum ante se gestarum historiam, politicis cogitationibus quàmplurimis ornatam atque distinctam, voluit posteritati relinquere, idque est in cæterorum annalium modum executus. Inde verò orta est Sinarum reverentia, quòd hic liber prudentissimè ac sententiosè scriptus, regum virtutes ac vitia graphicè depingat. Itaque cum apud Sinas libri sint canonici quinque, vulgo u kim dicti, eodem ferè loco habetur ὁ chun cieu ac su xu, seu libri illi quatuor, quorum tres à Cupletio editi; ita ut vulgò canonici libri sex esse dicantur. Commentarii in hunc librum scripti sunt à multis philosophis quàmplurimi, atque etiamnum scribuntur: ultimus autem qui famam commentariis suis aliquam sibi pepererit, fuit *Hum-mum-lum,* qui sub Ta-mim vixit, imperante Tien-ki, ejus dynastiæ decimo septimo.

Hic liber involucrorum est duorum, voluminum 12.

VI.

Chum
tim
chun
cieu
co
chuen
kieu
kiai,

hoc est, expositio verborum genuinum τῷ chun-cieu sensum justè determinantium.

Alia est editio Confucii annalium, quæ primùm à doctore quodam, *Chu-sin* appellato, procurata est sæculo x. cum regnaret familia Sum; deinde verò, imperante Xun-chi magno, τῷ Kam-hi patre, impressa est. Involucrum est unum, volumina 5.

Libri apud Sinas sacri, aliàs canonici, aliàs classici.

Meminerit lector quinque duntaxat libros, ut jam diximus, à Sinis haberi & appellari sacros, unde u kim nominantur: quibus tamen additur à plerisque sextus ὁ chun cieu, liber Confucii, propter reverentiam Confucio semper habitam.

Is autem librorum sacrorum est ordo:

1.°	Ye kim.	Combinationum seu permutationum liber.
2.°	Xu kim.	Librorum seu memorialium liber, sive liber ex aliis excerptus: est autem liber chronicus.
3.°	Xi kim.	Carminum liber.
4.°	Li ki.	Liber rituum ac ceremoniarum.
5.°	Su xu.	Libri quatuor; quibus scilicet moralis quædam philosophia continetur.

Hæc præmoneri sufficiat, redeamus jam in viam.

VII.

Ye y
kim
civen
chi,

id est, τῶ ye kim, seu libri combinationum ampla & totalis expositio.

Hic liber inter canonicos primus est & antiquissimus, quippe qui, si credimus Sinis, eo tempore exaratus est, quo litteræ nondum extarent, ne hieroglyphicæ quidem; & auctorem habet *Fohi* antiquissimum monarchiæ Sinicæ fundatorem, annis, ut perhibent, ante Christum natum 2961.

Porro hic liber statim à principio combinationes litterarum exhibet 64. de quibus alii alia somniavere. Quidam asserunt auctorem *Fohi* ea voluisse describere, quæ solent accidere cœlo, terræ & homini; quæ tria à Sinis philosophicis maximè considerantur. Quidam verò easdem combinationes ad moralia & reipublicæ administrationem pertinere contendunt. Sed eorum numerus in Sina longè maximus est, qui combinationes ad magiam nescio quam, ac prophetandi artem respicere arbitrentur.

Habuit suos commentatores hic libellus. Primus eum explicare aggressus est imperator *Ven-vam;* quod cum breviter & perobscurè fecisset, filius ejus uberiori commentario eundem libellum illustravit. Quin & ipse Confucius suis notis combinationes adornavit, quas de morali disciplina & arte politica omnino vult intelligi. Extant & recentiores in hunc librum commentatores: hi (maximè verò qui, imperante familia Sum, vixerunt) pleraque de rebus naturalibus interpretantur. Unde liber iste magno apud Sinas physicos in pretio. Inter recentiores censendus est celeberrimus doctor *Chu-ven-kum,* qui has combinationes sæculo Christi XIII. locupletiori commentario donavit. Hæc editio procurata est anno 70. regni Cham-hi. Involucrum est unum, volumina 3.

VIII.

Ye y
kim
cie cy
chu,

id est, in ye kim, seu librum combinationum variorum commentarii.

Alia est editio libri canonici ejusdem; additi autem in hac editione commentarii auctorum duorum, alter supra, alter infra paginas. Qui supra, is auctorem habet philosophum *Vam-su-kuei;* qui infra, est à philosopho *Chim-moei* compositus.

Vivebat autem philosophus uterque sæculi XVI. initio & sub finem familiæ Ta-mim; at liber impressus anno 1623. imperante Van-lie, ejusdem familiæ ultimo. Involucrum unum, volumina 5.

IX.

Ye
kim
ge
kiam,

id est, τῶ ye kim expositio diurnalis.

Hæc editio eximia characterum forma admirabilis, commentario adornata est à doctoribus collegii Han-lin, regnante Kam-hi. Voluminum est 16. sed desunt 8.

X.

Xu
kim
ta
civen,

id est, magna & totalis τῶ xu kim collectio.

Liber xu kim de iis tractat potissimùm, quæ à temporibus Yao & Xun usque ad Chim-vam & tutorem ejus Cheu-kum, per legislatores mandata sunt. Legislatores dico, neque enim est historia hujus aut illius sæculi, sed tantummodo excerpta ex annalibus tunc temporis, per tribunal historicum, jam inde ab Yao institutum, continuatis. Moralis autem liber est magis quàm historicus. Unde complura ibi occurrunt consilia ac monita de agricultura, de reipublicæ gubernatione, de artibus earumque inventione.

Porro liber xu kim in sex partes, quasi totidem libellos dividitur. Duobus prioribus libellis, quorum pleraque ad informandos magistratus spectant, gesta continentur τῶ Yao imperatoris ac legislatoris sapientissimi, non sine notis ubique politicis. Accesserunt multa de Xun ac præsertim de magno Yu, quem perpetuò in ore ac scriptis habent geographi Sinæ. Ille Yu diluvii, quod maximum sub Yao contigit, aquis in mare derivatis, agriculturæ in provinciis plurimis intermortuæ loca tandem sicca præstitit; & in rebus astronomicis versatus, imperium ferè immensum in quindecim provincias divisit. Tertius liber agit de ejectione impii Kie primæ familiæ ultimi;

quæ quidem ejectio annis ante Christum circiter 1766. contigisse dicitur. De secunda familia Xam, alias Yn-chao dicta: de Colao, Chum-hoei, & de ejus præceptis ad Chim-tam & τῶ Chim-tam nepotem Taikia directis. Tum sequitur oratio *Puon-kem* ejusdem familiæ decimæ septimæ, ad populos τῶ Hoam-ho fluminis inundationibus vexatos: in qua, pro antiquo illorum temporum concionandi more, uniuscujusque officia, & magistratuum & privatorum refricantur. Accesserunt præterea magnorum virorum Fu-que Co-lai, principis, Vi-cu-ki, atque alius Co-lai-cu-y documenta præclarissima.

Quæ autem tribus libellis posterioribus continentur, ea ad familiam Cheu, seu tertiam, pertinent omnia. Comparet ergo illic & Un-vam hujus familiæ conditor, qui Sinas sibi nuper subjectos, orationibus nonnullis, ad bene beatèque vivendum adhortatur. Deinde Cheu-kum, princeps ac regulus Ki-cu: alter Un-vam frater, ac tutor τῶ Chim-vam, vir propter integritatem ac sapientiam commendatissimus; alter ob virtutem Coreæ rex creatus.

Cæterùm in eodem libro xu kim mentio fit quarumdam eclipseων, antiquis illis temporibus observatarum.

Commentariis autem illustratus est liber xu kim ab auctoribus plurimis; inter quos celebres sunt *Kim-ngan-kue*, unus è Confucii nepotibus, isque duodecimus, imperante apud Sinas Kuam-un-ti ex familia Han; & *Cham-po*, seu *pu*, sæculo XV. dum imperium teneret familia Ta-mim. Hic autem primùm quidem antiquos τῶ *Kum-ngan-kue* commentarios denuò edidit, deinde addidit suos: atque hinc est quod editionem suam inscripserit ta civen. Duo sunt involucra, sed volumina 12.

X I.

Xu
kim
ci
chuen,

id est, varii in xu kim commentarii.

Hi commentarii auctorem habuere doctorem *Cai-chin*. Vixit autem Cai-chin imperante familia Sum τῶ Nim-cum ejusdem familiæ decimæ tertiæ, circa annum Christi 1190. impressusque est annis post sat multis, nempe sub finem familiæ vigesimæ primæ Ta-mim, idque initio sæculi XVII. Involucrum unum, volumina 4.

X I I.

Xu
kim
chi
kiai,

id est, τῶ xu kim recta expositio.

Editio hæc commentariis duobus illustrata est; quorum prior est doctoris inter Sinas notissimi & maximi *Kum-ngan-kue;* posterior à doctore *Chuen-sun* concinnatus, ita ut in priorem commentarium notas ubique interserat suas, unde exurgit commentarius ferè triplex. Impressus est anno Christi 1689. imperatoris Kam-hi anno 24. Involucrum unum, volumina 8.

X I I I.

Xi
xim,

id est, odarum, seu versuum liber.

Odæ illæ numero trecentæ ad virtutis laudem ferè sunt compositæ; inserta tamen spuria nonnulla, priscorum temporum gravitate non satis digna, & fabulæ genealogicæ, quod nimia in reges & principes adulatione factum creditur. Auctores odarum illustrissimi plerique imperatores scilicet, reges, reginæ, proreginæ ac ministri celebres, quod minimè mirum videatur propter solitam virorum principum eruditionem. Porro hic liber antiquissimus est; pertinet enim totus ad regna Xam-chao, aliàs Yn-chao, & ad Cheu-chao, id est, ad tertiam & quartam familiam imperatoriam, quas in Sina non præcessere nisi familia Hia & sex gentis fundatores. Odæ tamen pleræque ad familiam Cheu referuntur. Liber hic commentarium habet auctoris celeberrimi *Chi-ven-kum*, & denuò impressus est imperante τῆς Ta-mim familia, sæculo Christi XVI. ineunte. Involucrum est unum, volumina 4.

X I V.

Kien
puen
xi
kim,

id est, liber xi kim ex typographia imperiali, quæ vocatur kien puen.

Editio est libri xi kim in urbe Pe-kim, imperatoris Kam-hi jussu procurata, anno Christi 1685. Kam-hi 24. Involucrum unum, volumina 4.

XV.

Li
ki
ci cie
xue,

id est, varii discursus in librum rituum, seu officiorum.

Agitur hoc libro li ki, Sinici canonis quarto, non solùm de variis religionibus, sacrificiis, templis, sacerdotibus, funeribus, aulis defunctorum privatis & publicis, quo apparatu imperatores, reges, magistratus in sua quemque urbe, aut sacrificare, aut munera sua obire oporteat; sed etiam de officiis omnibus vitæ humanæ, imò & de re militari, de musica atque innumeris prope artibus. Divisus est hic liber in decem partes quasi totidem libellos, qui ex priscorum Sinarum monumentis collecti sunt. Liber li ki Confucio vulgò tribuitur, sed verius est auctorem ejus præcipuum esse τὸν *Chen-kum,* regni Lu principem, filium regis Ven-vam, fratrem regis Un-vam, patruum ac tutorem regis Chim-vam; eundem verò librum à *Confucio* postea auctum ac locupletatum. Ex eo tempore omnis vitæ regendæ cura ad philosophos rediit Confucii sectatores, quorum unus, nomine *Chim-hao,* imperante familia Sum, sæculo Christi XII. librum hunc li ki edidit. Sed impressus idem est denuò anno Christi 1683. sub Kam-hi. Involucrum duplex, volumina 10.

XVI.

Li
ki
ci cie
kiai,

id est, in librum li ki, seu rituum & officiorum commentarius ad manum.

Editio alia τῶ li ki, unà cum notis & commentariis doctoris *Vam-ym-kuei.* Hic autem florebat imperantibus Ta-mim, ejusque opus impressum est anno Christi 1626. Cim-chim anno 4. Involucrum est unum, volumina 4.

XVII.

Su
xu,

id est, libri quatuor.

Inde verò libri quatuor, liber ille unus nominatur, sive quòd editus à quatuor Philosophis, qui modò singuli suo ordine appellabuntur, sive quòd quatuor habeat partes. Prima pars quæ *Confucium* auctorem habet, nuncupatur ta hio, id est, magna, seu magnitudinis scientia. (Alii adultorum, alii magnatum scientiam vertunt) Hujus partis scopus est, ut solâ ratione duce hominem à sensibus & cupiditatibus ad bonam frugem & vitæ humanæ officia convertat. Pars ista parva est, si molem, sed si majestatem quandam operis spectes, longè maxima & admiratione dignissima. Secunda pars vocatur chum yum, auctorem habet *Cem-cu.* Auctoris scopus ex ipsa denominatione intelligitur; nam chum significat medium, & yum usum & officium; adeoque liber est de aurea illa mediocritate quam suadet Horatius. Pars tertia, cujus auctor *Mem-cu,* appellatur lun yn, id est, ratiocinantium colloquia sive sermones. In hac nimirum parte sermocinantur inter se philosophi, de virtutibus & vitiis differentes, sed breviter ac sententiosè, non per argumentationem, sed per exempla & historias, quomodo solent disputare Philosophi Sinici. Veterum philosophorum, Confucii maximè, sermones & dicta, imò & ex eorum operibus excerpta in hunc libellum suum auctor contulit, cujus phrasis nitidior & simplicior est quàm priorum. Quarta pars, cujus idem auctor *Mem-cu,* elegans itidem & moralis tota est, & mole sua reliquas tres una æquat, scriptaque est annis post Confucium 100. Fuit enim, ut diximus, O-mem-cu discipulus τῶ Cu-cu, nepotis Confucii; unde libelli hujus doctrina eadem est cum doctrina Confucii.

Commendantur autem hi quatuor libri, non ideo solùm, quia quidquid in præcedentibus prudentiæ ac sapientiæ est, graphicè repræsentant, sed etiam quia ad doctoratus Sinici gradum, ac proinde ad magistratum apud Sinas nemo admittitur, nisi ex his quatuor, unum aliquem ad libitum, memoriter teneat. Itaque commentariis longè doctissimis illustrati sunt, hodieque illustrantur. Præcipui tamen commentatores *Chu-ven-kum* & *Cham-kiao-kim.* Hic regni administer ac præceptor fuit τῶ Van-lie, ultimi familiæ Ta-mim; quod in hac editione videre est. Eo quippe consilio procurata fuit, ut imperatoris, tum minoris, studia & institutionem adjuvaret. Involucrum duplex, volumina 2.

Atque hi sunt libri quatuor τῶ su xu, quos vulgò Confucii libros appellamus. Qui quidem su xu si addatur libris ye kim,

xu kim, xi kim & li ki, de quibus antea, erunt qui vulgò vocantur u kim, id est, quinque libri, sacri scilicet, canonici & classici. Quòd autem aliquando appellentur lo kim, sive sex libri, inde est, quòd, ut initio diximus, chun cieu his quinque libris non raro adjungatur.

XVIII.

Sim
li
ta
civen,

id est, rationalis naturæ expositiones à variis Philosophis datæ.

Ita inscribitur liber apud Sinas celeberrimus, qui, ut nostri loquuntur, cursus philosophicus dici potest. Agit enim de metaphysica, morali, physica & mathesi. Ita tamen ut quidquid Philosophi Sinici, à sæculis triginta & amplius, magna inter se dissentione commenti sunt, in unum hunc librum sit congestum. Adeoque verè appellabitur hic liber historia variorum systematum, quæ circa res philosophicas aliquando in Sina obtinuerunt. Ex operibus quadraginta Philosophorum hæc collectio facta est, & edita sæculo Christi XV. Involucrum duplex, volumina 20.

XIX.

Sim
li
chu,

id est, commentarius in rationem universalem.

Editio est recens, & imperante Kam-hi, anno Christi 1685. procurata. Auctor commentarii *Chen-hoai,* eodem tempore in vivis fuit. Involucra 2. volumina 12.

XX.

Vu
kim,

id est, bellorum aut artis militaris liber.

Describuntur hoc libro bella quæ Humvu, primùm latro, deinde gentis suæ vindex acerrimus gessit; legesque bellicæ quas idem, imperator declaratus, optimas & ad mentem Sinarum accommodatissimas promulgavit. Conscriptus est hic liber anno Christi 1367. cui postea accessit commentarius, auctore *Chim-kiai-hio,* imperante Van-lie, familiæ Ta-mim decimo quarto. Jam hæc editio procurata sub Kam-hi. Involucrum unum, volumina 2.

XXI.

Cem
pu
vu
kim,

id est, supplementum ad bellorum, seu rei militaris librum.

Liber idem est cum præcedente, sed commentariis illustratus à *Lin-su-hoan,* qui multis post annis, cum notas præcedentium, variasque hominum ætatis suæ observationes summa cura in unum collegisset, & suas addidit. Impressus hic liber anno Christi 1633. imperante Cum-chim, aliàs Hoaicum, ejusdem familiæ Ta-mim decimo septimo. Involucrum unum, volumina 4.

MATHEMATICI.

XXII.

Ve
lun
kuam
y,

id est, lunarum ordinationis lata expositio.

Is liber non ea solùm continet, quæ ad astronomiam & astrologiam Sinicam spectant, sed etiam res quæ per varia sæcula à regibus & imperatoribus gestæ sunt: pro more Sinarum, qui cum observationes siderum ad rempublicam referant, historias varias & imperii mutationes libris astronomicis inserunt. In eodem libro multa de antiquis mundi systematibus reperias. Auctor *Lu-pu-guei,* administer τῷ Xi-hoam-ti, imperatoris, qui murum illum Sinensem ædificandum curavit. Commentatores hujus libri plurimi; agmen ducit *Chu-ven-kum.* Is sæculo Christi XIII. librum correxit, edidit & commentariis adornavit. Secutus est alius commentator *Hum-ym-kin,* ejusque extant notæ in hunc librum elegantes. Denique sæculo Christi XVI. imperante Van-lie, alius commentator *Tai-gin,* discipulus ejusdem Hum-ym-kin, expositionem magistri sui, animadversionibus suis illustravit (unde nostri libri inscriptio ve lim kuam y) & τῷ Van-lie imperatori dedicavit. Præfationem imperator ipse addidit. Impressus liber anno 1587. τῷ Van-lie 20. Estque involucri unius, voluminum 8.

XXIII.

Cum
chin
lie li
xu,

id est, τῦ Cum-chim, sive imperatoris Cum-chim, kalendarii liber.

Tractatus hic de astronomia & aliis matheseos partibus, totus ex Euclide, Clavio & antiquis Mathematicis Græcis & Latinis desumtus est, & compositus à doctis Astronomis è Societate Jesu.

XXIV.

Liber Latinè inscriptus, cœli phœnomena.

Habet autem partes duas, quarum altera agit de lunæ cum cæteris planetis conjunctionibus, & vice versa; itemque de iis conjunctionibus quæ sunt ejusdem lunæ ac cæterorum planetarum cum fixis. Notabis autem id nonnisi ad annum Christi 1674. pertinere. In altera sunt ephemerides Sinicæ, sive motus planetarum septem, ad annum Christi 1679. Prima pars manuscripta est, altera impressa. Utraque autem R. P. *Verbiest*, è Societate Jesu.

XXV.

Liber organicus astronomiæ apud Sinas restitutæ sub imperatore Sino-Tartarico, Kam-hi appellato; auctore P. *Ferdinando Verbiest*, Flandro-Belga Brugensi, è Societate Jesu, Academiæ astronomicæ in regia Pechinensi præfecto. Anno salutis 1663. opus hoc totum machinis variis, tum ad sphæram, tum ad cæteras matheseos partes attinentibus, exhibendis delineandisque occupatur. Præmittitur tantùm præfatio, quæ figurarum illic descriptarum, & modum quo fieri debeant & usum ad has vel illas artes, ad hæc vel illa opera, idque generatim duntaxat exponit. Multa sunt quæ ad geographiam, tabulasque geographicas conficiendas, multa quæ ad luminis refractionem, ad specula elaboranda, eorumque species diversas, imò ad hydraulicam & agriculturam referantur.

XXVI.

Ki
ho
yao
fa,

id est, geometriæ necessaria principia, seu primarum geometriæ regularum fundamenta. Auctor hujus libri P. *Aleni*, è Societate Jesu.

MEDICI.

XXVII.

Piun
cao
kam
mo,

id est, medicinalium herbarum ac plantarum repræsentatio, seu principia. *Vide* supra n.° 1.°

Hic liber quamvis solius botanicæ titulum præ se ferat, medicinæ tamen Sinicæ artem totam complectitur. Neque enim solùm de herbis, plantis, arboribus, fructibus, seminibus, variis granorum generibus, & omni radicum specie in hoc libro differitur, sed etiam de fossilibus, mineralibus & animalibus; quorum omnium descriptionem ibi reperias accuratam, quæ singulorum proprietates, & quæ inde medicamenta fieri consueverint. Opus inchoatum à variis Medicis antiquis, à recentioribus, diversis temporibus, auctum & amplificatum. Horum ultimus fuit *Li-xi-chin*, cujus opera hæc collectio impressa est, imperante Xunchi, τῦ Kam-hi patre. Involucra quatuor, volumina 32.

XXVIII.

Puen
cao
mum
civen,

id est, instrumentum quasi piscatorium, & sagena ad ea excerpenda quæ sunt in puen-cao.

Hic liber nonnisi epitome quædam est amplæ illius collectionis medicæ, de qua supra. Itaque primo tomo, quasi per catalogum indicantur nomina herbarum omnium, item indices rerum aliarum multiplicium in τοῦ puen-cao contentarum. Tomi cæteri de ipsis plantis, aliisque materiis agunt, sed breviùs. Scriptus est hic liber & commentariis illustratus à *Chimkia-mo*, qui auctor sæculi XVI. initio vixit, idque imperante apud Sinas Kia-cin, familiæ vigesimæ primæ Ta-mim. Impressus verò sub Kam-hi. Volumina 5. sed allata tantum 4.

XXIX.

Fuen
pu
puen
cao,

id eſt, tractatus particularis de plantarum proprietate.

In hoc opere plantæ omnes & herbæ ad genus & ſpeciem ſuam revocantur, & per claſſes diſtribuuntur; ita ut quamlibet herbam aut plantam ſtatim reperias. Auctor *Ku-hum-pe*, qui & *Hoai-cum* appellatur, magni nominis medicus. Vixit imperante Cum-chim, imperatore decimo ſeptimo, familiæ vigeſimæ primæ τῆς Ta-mim. Hic autem liber impreſſus eſt ſæculo Chriſti XVII. ſub Xun-chi. Involucrum unum, volumina 3.

XXX.

Lui
kim,

id eſt, anatomiæ liber. Quid autem doceat, titulus indicat. 1.° exaratus eſt imperantibus Ta-mim. 2.° ſub imperatore Tien-ki, ejuſdem familiæ decimo quinto. 3.° à doctore *Cham-kiai-pin*, qui ita rem tractavit, ut à principiis τῆς Nui-kim, qui primus de anatomia liber Sinicus, non omnino recederet. Hic noſter impreſſus eſt, imperante eadem familia τῆς Ta-mim. Involucra 3. volumina 15.

XXXI.

Tum gin tu kim,	*aliàs*	Tum gin chin kieu tu kim,

id eſt, tum gin bubonum, ſive puſtularum acu aperiendarum, tabulæ & figuræ; ſeu liber tabularum chirurgicalium.

Liber hic totus figuras varias exhibet, ſive virorum, ſive feminarum; idque ea mente ut diverſi hominum à chirurgis pungendorum, in omnibus corporis partibus, ſitus cognoſcantur, quales apud nos libri chirurgici plerique. Scriptus autem liber ſæculo Chriſti XI. cum in Sina imperaret familia Sum, & ſub Gin-cum ejuſdem familiæ quarto, cyclo 63. Auctor fuit ejuſdem imperatoris medicus. Sed impreſſio anni 1442. τῆς Chim-tum 4. qui familiæ Ta-mim imperator ſextus. Volumina 3.

XXXII.

Tai
ſo ſu
me
kive,

id eſt, τῆς *Tai-ſu* pulſus motus. A Sinis cognitionem pulſus eximiam expectari poſſe, judicare poſſunt omnes, cum in hac medicinæ parte experientiam Sinæ medici acquirere ſibi cogantur multò majorem, quàm apud cæteras gentes ſolitum ſit. Itaque hîc mira quædam de pulſu, aut potiùs variis variorum corporis membrorum pulſibus: nam pulſum in toto ferè corpore inquirunt, atque ex ea perquiſitione ſæpe diuturna, morbos mirum in modum perſentiſcunt, ut notum eſt, & ab omnibus relationum auctoribus dictitatum. Poſtquam *Tai-ſu* librum hunc feciſſet juris publici, commentatorem reperit *Pe-ci-am*, à quo liber me kive commentariis illuſtratus eſt; idque imperante Van-lie, aliàs Xin-cum, decimo quarto familiæ vigeſimæ primæ, ſæculo poſt Chriſtum natum XVI. Habet idem involucrum cum HH. & eſt voluminum 4.

XXXIII.

Y
cum
pie pi
to,

id eſt, quod à medicis, tanquam in eorum arte præcipuum, oportet legi; ſeu medicorum ſtudium principale ac neceſſarium.

In hoc opere ea inquiruntur, quæ primò, per ſe ac præcipuè à medico legantur ac diſcantur neceſſe eſt; quod non ſolùm ad libros ac ſtudia, ſed etiam ad dirigendos medici mores, totamque vitæ rationem ſpectat. Scripſit autem ſummus medicus, cui nomen *Li-chum-cio*, medicus imperatoris Cum-chim, aliàs Hoai-cum, familiæ Ta-mim decimi ſeptimi, circa annum Chriſti 1626. Impreſſumque eodem ferè tempore, & eſt voluminum 4.

XXXIV.

Cem
pu
ku
kin
y
kien,

id est, ad antiquum & novum medicorum speculum, supplementum *Lum-sin*.

Is cum medicus esset & fama apud Sinas celebris, multaque ipse & ab aliis auditu didicisset, & in libris tum veterum, tum ætatis suæ medicorum legisset, imò & inter plebem, quæ ad ratiocinationem tantummodo & methodum reducenda videbantur, experientiâ factâ, comprobasset, ea omnia in hunc librum, sed suo quæque ordine collegit: habet præterea non pauca, quæ arcanorum nomine tradit, tanquam ab aliis medicis aut neglecta, aut ignorata. Fuit autem Lum-sin medicus unius è Ta-mim; ejusque liber impressus imperante Xun-chi τȣ̃ Kam-hi patre. Volumina 4.

GEOGRAPHI.

XXXV.

Kuam
yu
ki,

id est, lata terræ descriptio, seu geographia.

Hoc libro continetur provinciarum imperii Sinici quindecim descriptio amplissima; itemque regnorum vicinorum omnium, sive imperatori Sinæ vectigalia pendant, sive libera sint: quod factum, quia olim Sinensi imperio subjecta fuere cuncta. Libri hujus auctor *Lo-ym-yam*, qui cum sub Yum-lo, τῶν Ta-mim tertio viveret, geographiam & uniuscujusque urbis ac provinciæ statum, quomodo tunc fuit, tradit accuratissimè. Inde est quòd in tomo sexto, posteaquam provincias tres Quam-si, Yunnan & Kuei-cheu commonstravit, multa habeat præcipuè de Tum-kim, Cochinchina, vicinisque aliis regnis, opusque sit eam ob causam curiosissimum. Volumina 6.

XXXVI.

Kuam
yu
ki,

id est, ampla terræ, seu Sinæ totius descriptio. Eadem est geographia, sed aucta & correcta, ac denuò, sed diligentiùs, imperante Kam-hi impressa. Volumina sunt 8. sed ultimum è Sina allatum non est.

AGRICULTURA.

XXXVII.

Num
chim
civen
xu,

id est, agriculturæ perficiendæ liber totalis, sive absolutissimus.

Præter ea quæ ad agriculturam vitamque rusticam, bombycum nutritionem, &c. spectant, multa in hoc libro reperias de rebus mathematicis, de astronomia, geometria & hydraulica. Auctor neophitus Christianus, *Paulus* nomine, doctrina illustris, scientiis Sinicis imprimìs eruditus, & aliquando regni administer; qui sub finem vitæ ex negotiis publicis rus secessit, ut uni Deo serviret. Liber est figuris ornatus quàmplurimis, & florum atque arborum recenset nomina pleraque. Involucra 2. volumina 12.

ARTES.

XXXVIII.

Tien
kum
kai
ve,

id est, rerum à cœlo factarum in artibus patefactio.

Hic liber arcana ferè omnia & naturæ & artium continet, verbi gratia, de porcellanis, de sericis, de tincturis, de atramentis, quomodo & ex quo fiant; item qua ratione gemmæ è mari extrahantur, qui excidantur, aliaque ejusmodi infinita. Auctor *Sum-ym-sim* doctor Sinæ, qui artium admodum curiosus, vitam omnem suam in earum cognitione & rerum artificialium inquisitione consumsit. Debet esse trium voluminum, sed secundum allatum non est.

XXXIX.

Xy
su
tum
kao,

id est, sæculi negotiorum generale examen, seu cognitio universalis.

Tractatus

Tractatus hic per se curiositatis plenus; etenim multa offert omnino singularia, & quæcumque ad imperium Sinicum cognoscendum spectare possunt, quodammodo complectitur. Tractat nimirum de rebus ferè omnibus, de variis Sinicæ gentis populis ac nationibus; de eorumdem populorum enumeratione, moribus, usibus, muneribusque: item quot sint apud Sinas artes, & quænam aut ardentissimè colantur, aut vilissimæ sint: præterea de mutuo inter Sinas commercio, de itinerum susceptione; admiscet quoque nonnulla de medicinæ occultioris remediis, de grammatica, aut potiùs de quibusdam genti Sinicæ propriis phrasibus, ad Sinarum mores, ut inde earum convenientia illustretur, ubique relatis; auctor *Siu-san-sein.* Vivebat autem imperante familia vigesima secunda Tamim. Involucrum habet idem cum PP. estque volumen 1.

X L.

Kiun
xu
pu
kao,

id est, variorum librorum accuratum examen.

Opus illud eximium; nam varia è variis antiquorum libris excerpta repræsentat expenditque; item multas historias in mentem revocat, quæ ab aliis auctoribus omissæ, etiam diligentibus atque illustribus; ita ut aut lumina eorum, indicatis fontibus, suppleat, aut res prorsus novas, nominatis interea scriptoribus referat, addatque, ut plurimùm, judicium de unaquaque re sincerum ac criticum. Auctores autem multi fuere, sed præcipuus *Yiun-hoam.* Cæterùm ejus opus à posteriore quodam philosopho, quem vocant *Yiun-nun,* commentariis illustratum est, & brevibus notis; idque ita ut de ferè omnium librorum priscorum auctoritate philosophicè ac criticè agat. Vixit *Yiun-nun* sæculi XVII. initio & sub Ta-mim. Volumina 4.

X L I.

Xim
yu,

id est, sancta institutio.

Hic liber quem summo in pretio habent Sinæ, brevis est officiorum uniuscujusque conditionis expositio. In decursu operis, de variis religionum Sinicarum dogmatibus differitur, & in religione Christiana nonnulla reprehenduntur. Auctor *Kam-hi,* imperator maximus, & litteratorum princeps: liber est elegantissimè impressus. Volumen 1.

X L I I.

Siao
hio,

seu titulo ampliori,

hiao
kim
siao
hio
cie ci
sin,

id est, parvulorum institutio, seu liber obedientiæ, in quo quidquid ad puerorum institutionem pertinet, continetur.

Hic autem liber nihil aliud est quàm collectio ex ampliori tractatu, cujus titulus ven kum kiali. Porro hic liber, de quo nunc, auctorem habuit *Chu-u-pie,* sæculo Christi XIII. imperante familia Sum. Impressus autem sub Kam-hi. Volumina 2.

X L I I I.

Ta
cim
Lu,

id est, lex magnæ puritatis, seu ta cim.

Hic liber complectitur varia imperatorum Xun-chi & Kam-hi, edicta, & commentarios ad ea stabilienda necessarios. Auctores habuit Mandarinos, qui tribunali rituum præsunt.

Xim.
kiao
sin
chim,

id est, sanctæ religionis fidele testimonium.

Liber hic nihil aliud est quàm catalogus Patrum Societatis Jesu, qui ab anno 1581. ad annum 1681. id est, per annos 100. in Sina Jesu Christi Domini nostri fidem annuntiarunt propagaruntque; ubi singulorum nomina, patria, prædicatio, mors, sepultura, libri Sinicè editi recensentur. Volumen 1.

XLIV.

Cin
ſin
pien
lan,

id eſt, eorum qui ad Mandarinatum pervenerunt & magnum cingulum, commoda & ad manum inſpectio.

Catalogus eſt omnium omnino Mandarinorum, ſeu imperii Sinici magiſtratuum. Imprimuntur hujuſmodi quotannis; ſed cum ſint libri hice è genere almanachico, ſæpe impreſſio eſt peſſima; & talis eſt quæ in hoc libro conſpicitur. Cæterùm liber eſt per ſe curioſus ſatis, cum officia ſingula ac præterea loca aſſignet; adeoque imperii totius, quantum ad magiſtratus & functiones magiſtratuum mentionem faciat.

XLV.

Mum
hio
xi
ce
fa,

id eſt, via ſeu modus quo characteres à pueris diſci poſſunt.

Rudimentum quoddam eſt, merè Sinicum, abſque ulla methodo, cum illic omnia uſui dentur, & qui characteres in ta hio, aut aliis libris antiquis difficiles auctori viſi ſunt, ii tantummodo adducantur. Porro ad eorum puerorum inſtitutionem factum eſt, qui nondum ratione uti poſſunt, ſed ſolis imaginibus tanguntur. Auctor *Cham-hun;* atque editio facta ſub Kam-hi. Volumen 1.

XLVI.

Ta
cim
kam
hi
xe
pa
nien,

ephemerides Sinicæ, ſive motus ſeptem planetarum, anni Chriſti 1679. imperatoris Sino-Tartari Kam-hi appellati decimi octavi, calculati ad mediam noctem meridiani Pekinenſis. Auctore R. P. *Verbieſt*, Societatis Jeſu, aſtronomiæ in regia Pekinenſi præfecto. Liber eſt imperfectus. Volumen 1.

XLVII.

Ul
xe
ſu
hiao,

id eſt, 卄四 viginti quatuor obedientia.

In hoc libro fit mentio ampliſſima antiquorum quorumdam magni nominis virorum, qui veneratione erga parentes ſumma, toti imperio admirationi fuerunt. Explicatur quì officia obedientiæ omnia parentibus præſtiterint, quæ apud Sinas laus maxima. Et hujus aut illius occaſione veniunt hiſtoriolæ à magiſtris puero unicuique inculcandæ, è quibus tanquam exemplis obedire diſcant. Volumen 1.

DICTIONARIA.

Monendus hîc lector auctorem præfationis in Ægidii Menagii etymologias Gallicas, falli, dum à Cupletio dictionarium Latino-Sinicum in Bibliotheca regia relictum dicit. Dictionarium quidem Sinico-Latinum ſecum attulerat Cupletius cum è Sina in Galliam rediret. Sed idem dictionarium ſecum abſtulit, cum in Germaniam profectus eſt, & illic in aliquo Societatis ſuæ cœnobio manuſcriptum reliquit.

XLVIII.

Cu
luy,

id eſt, collectio characterum.

Dictionarium eſt Sinicum, ſeu potiùs characterum Sinicorum, non omnino omnium, ſed plerorumque, & eorum qui in uſu apud Sinas frequentiſſimo. Auctoris nomen *Muy-yn;* impreſſum eſt imperante Kam-hi. Volumina 14.

Cum dictionaria Sinica à noſtris multùm differant, brevem hujus deſcriptionem legentium oculis ſubjiciemus.

Primi tomi is eſt ordo, ea materia. 1.° quidem ſtatim occurrunt tres præfationes, in quibus multa reperias de characterum natura, de antiquis litteratis, de variis characterum accidentibus, pronunciatione ſcilicet, forma & generibus diverſis. 2.° Dictionarii totius diviſio. 3.° Enumerantur claves 214. 4.° Explicatur methodus clavium ſcribendarum. 5.° Ordinatur catalogus characterum qui vulgariter in libris ſcribi ſolent. 6.° Succedit alius catalogus characterum abrogatorum. 7.° Tertius catalogus characterum antiquis & recentioribus communium, ſubjunctâ eâ quæ nunc eſt in uſu figurâ. 8.° Agitur de hac vel illa clavium figura, duplici, triplici. 9.° denique

disponuntur ordine, & sub sua quisque clavi, characteres, qui propter earum è quibus compositi sunt, clavium multiplicitatem, in hac vel illa clavi quæri possent, & in dictionario ad certam clavem referuntur.

Secundi tomi ea dispositio. 1.° Præfatio nova de arte reperiendorum sonorum & tonorum. 2.° Characteres vocalium, id est, characteres ii quibus vocales apud Sinarum magistros ex condicto solent repræsentari. 3.° Resumit auctor secundum ordinem consonarum, quidquid characterum ad hanc vel illam vocalem pertinet, tabulis ubique ad seriem vocalium suarum conformatis. 4.° denique additur ab auctore catalogus characterum, non eorumdem, sed ferè similium: adducuntur præterea multorum inter se similium exempla, & characteres quidam qui sensim ex una figura vel significatione, in aliam commutati sunt.

Tertio jam tomo & cæteris usque ad decimum quartum & ultimum, characteres omnes sub clavi unusquisque sua comparent unà cum ci e, id est, characteribus duobus, quorum hic usus est, ut è priori, characteris consonam, è posteriori, vocalem elicias. Quæ pronunciatio deinde, alio insuper ejusdem pronunciationis totalis charactere exponitur. Idem denique character, qui majori semper scriptura exaratus est, addita una & alia significatione, eaque principali & notissima, declaratur; remotis interim significationibus multis, aut secundariis, aut metaphoricis, quas vel in chim cu tum, vel in magno dictionario cu goei, reperire est.

XLIX.

Chim
cu
tum,

id est, recta penetratio, seu cognitio characterum, aut potiùs cognitio characterum vulgò appellatorum chim cu; ea enim scriptura ita vocatur.

Aliud dictionarium Sinicum, cujus hæc descriptio. Primo tomo habes primum quidem præfationes quàmplurimas, in quibus de characterum origine, propagatione; de modis characterum efformandorum sex apud antiquos memoratis, de morum & litterarum suscepta ab imperatore Hum-vu reformatione; de antiquis & novis characteribus eorumque alteratione, aliisque plurimis quæ ad litterarum cognitionem faciunt. Sequitur in una quidem ex ultimis editionibus alphabetum quoddam Tartaricum, ad quasdam voces Sinicas accommodatum; in alia vero, scribendarum clavium methodus; ubi recensentur auctores numero 138. qui de grammatica scripserunt, & ex quibus notas in suum dictionarium auctor transtulit. Tandem huic auctorum catalogo succedunt claves 214. & quæcumque ad clavium duplicium, triplicium figuram pertinent, ea in ipso textu inserta reperies.

Secundo tomo eadem habes quæ in cu goei, aut cu luy; nimirum quos characteres antiquaverit apud Sinas usus, quos retinuerit; item tractatum, juxta clavium seriem, bene longum de characterum ad suas claves reducendorum ambiguitate; item quomodo inter se distinguantur, qui sunt figura similes.

Tandem post tomos illos duos veniunt characteres ipsi omnes, juxta earumdem clavium ordinem, iique amplissima significationum segete conferti. Ibi enim reperias quod in aliis plerisque dictionariis frustra quæras, veterum scilicet & qui in titulis tantùm comparent characterum; quos non raro ex xue ven, characterum antiquissimorum dictionario, de quo infra, sed etiam ex se ac cogitatis suis exponit auctor *Menkiven-hu*, vel *ho*. Liber est voluminum 36. sed inter codices reperta tantum volumina 20.

L.

Hiu } *aliàs* Hiu
xi } xin
xue
ven,

id est, familiæ Hiu orationes.

Dictionarium est characterum & antiquorum & antiquatorum; qui à vulgatis adeo diversi sunt, ut, nisi attendas maximè, alii prorsus videantur. Operi præponitur præfatio longa satis, in qua de characterum numero ac figura, multa lectu digna proferuntur. 1.° verbi gratia, affert auctor exempla tum characterum olim sine ulla tribunalium, id est, clavium nota usurpatorum, tum characterum nunc lineamentis ornatorum, cum antea multò simpliciores essent. Unde statim formatio characterum, formationisque progressus cognoscitur, &c. 2.° Libris ea de re nominatis, è characteribus titulorum seligit quosdam, sed ita ut sub unoquoque apponatur ci e, id est, characteres illi duo ex quibus oritur pronunciatio. 3.° Cum exempla characterum ea sint ex quibus figuræ antiquissimæ primùm

designatæ sunt, exempla eorum nonnulla allegat, artium videlicet, herbarum, ventorum, insectorum, serpentium, idque generatim. Tum ad artes resque arte factas procedit, atque eodem modo ad cætera, ita ut clavium ordinem, partim sequatur, partim derelinquat. Porro nemo dicitur primam characterum analogiam accuratiùs introspexisse, quàm *Hu-yu-ko* auctor hujus dictionarii, qui scripsit sæculo Christi primo; sed sæculo decimo idem dictionarium commentariis illustratum est ab alio doctore nomine *Su-hi-ven.* Impressum autem denuò anno Christi 1622. Involucrum unum, volumina 6.

L I.

Hai
pien
chao
cum.

Variè verti hic titulus posset, sed vertendus, maris oræ seu latera & aularum imperatoriarum principalia. Comparatur scilicet, Sinicæ linguæ cognitio lata & omnimoda, qualis in hoc dictionario traditur, immensitati marium omnium toti, quæ & pisces omnes & quidquid injectum fuerit, non solùm continet, sed absorbet. In hoc enim dictionario reperias verba & nomina omnium omnino scientiarum, artium, hominum illustrium, plantarum, animalium, locorum, mineralium, &c. Idque juxta rei cujusque ordinem.

Ea autem operis dispositio. Primùm quidem occurrit præfatio, in qua de libris antiquis classicis agitur, tum de aliis operibus ex quibus characteres desumtos oportuit, laudata interim diligentia *Hum-vu* in colligendis & characteribus rectiùs efformandis.

Dictionarium verò ipsum incipit à generali quadam naturæ repræsentatione, ut inde lector materiam operis ferè totam mente complectatur. Sequitur totius dictionarii divisio; deinde dissertatio de sex modis quibus accipiuntur aut exponuntur characteres; cui subjungitur tractatus de vocalibus earumque numero, de tonis, eorumque varietate ac distinctione; de consonis, earumque per hoc vel illud organum pronunciatione; de gestibus ad rectam pronunciationem adhibendis; de quibusdam characterum quorumdam abbreviationibus; de orbis partibus, ventisque; de consonarum usu ad componendos characterum ejusdem pronunciationis indices. His tandem omnibus succedit vocabularium, cujus sectiones undecim, prima de cœlo, sole, luna, ventis, tonitru, pluvia, igne ac meteoris generatim. Secunda, de tempore, anno, mense, variis anni & mensium partibus. Tertia, de terra & omnibus quæ ad terram spectant; itaque de diversis locis, de homine, de diversis hominum statibus, de sonis, de coloribus. Quarta, de instrumentis & utensilibus, cum ad vitam, tum ad artes necessariis. Quinta, de corpore & singulis partibus corporis. Sexta, de floribus & arboribus. Septima, de ædificiis, de cibo & potu, de avibus & brutis. Octava, de cyclo, sortibus, litteratura, ac proinde rebus philosophicis, moralibus, physicis, chymicis, de vegetalibus, mineralibus quatenus ad physicam spectant. Nona, de variis hominum negotiis; qua in re gentis leges, edicta imperatorum, fori & mercaturæ officia, magistratuum jura subintelligunt. Decima continet numeros & numerandi rationem omnem; ac præterea adjectiva seu epitheta, unà cum eorum contrariis seu oppositis. Undecima, additur quæ ad naturam quidem non pertinet, sed apud Sinas admodum necessaria est, enumeratio scilicet, characterum quorumdam variorum ac difficiliorum, qui in libris apud Sinas frequentibus reperiuntur. Auctor dictionarii hujus dicitur *Chim-gin,* aliàs *Chim-gin-si,* historicus regius. Is quidquid per omnem vitam studiis assiduis colligere potuerat, quod ad linguæ Sinicæ & abundantiam & elegantiam conferret, sub finem vitæ in hoc dictionarium contribuit. Atque hac in re eos, qui præcesserant, omnes superavit. Volumina 5.

L I I.

Cu
luy
pu,

hoc est, supplementum ad Cu-luy.

In hoc supplemento tria reperiuntur. 1.° characteres quidam jam diu noti, sed quibus accessit nova & antea incognita significatio. 2.° Characteres aut in aliquo libro, unde nondum eruti fuerant, reperti, aut nuper ab aliquo scriptore efformati. 3.° Characteres qui hujus vel illius toni antea fuerant, alio postea pronuntiari cœperunt. Auctor supplementi hujus *U-gin-chin,* imperante Kam-hi. Involucrum unum, volumina 12.

L I I I.

Sy
ju
ulh
mo
cu,

id eſt, quod apud Occidentis litteratos eſt aurium & oculorum officium, ſupple, in litteratura; ſeu quod vulgò in litteratura obſervant litterati Europæi, cum litteris dant operam.

Hic liber eò tendit, ut Sinis cognitio tradatur non grammaticæ quidem totius, qualis eſt apud Europæos, ſed ejus tantùm partis, qua conſonarum & vocalium inter ſe conjunctio fieri ſolet in linguis omnibus Europæorum. In principio libri comparent litteræ Latinè ſculptæ, juxta poſitis characteribus quibuſdam Sinicis, qui Latinis reſpondeant. Tum ſequuntur nonnulla ad grammaticam ſpectantia, ſed quæ Sinicè duntaxat exponuntur. Opus parum utile & Sinis & noſtris. Auctores RR. Patres Societatis Jeſu. Volumina duo, ſed unum tantùm allatum eſt.

L I V.

Tien
chu
xi xe
y,

id eſt, cœli Domini vera idea, ſeu expoſitio.

Hic liber, quomodo plerique libri à Miſſionariis conſcripti, agit de Dei natura, de creatione, de hominis origine, de animæ immortalitate, de metempſychoſi ſectæ Tao, vel Pythagorica, de paradiſo poſt mortem bonis præparato, &c. Auctor R. P. *Matthæus Ricci;* ſed correctus dicitur hic liber à doctore *Paulo Su-kuam-ki,* quantùm ad phraſim, imò & in dialogi formam redactus. Editus autem eſt imperante Vanlie, anno Chriſti 1603. adeoque ineunte ſæculo XVII. Volumina 2.

L V.

Ce
ke,

id eſt, ſeptem carnis afflictiones, Gallicè *mortifications;* ſeu tractatus de ſeptem peccatis capitalibus, & iis, queis devitari poſſunt, mediis. Auctores RR. Patres Societatis Jeſu.

L V I.

Tien
chu
kiam
ſem
yen
him
ki
ſiam,

id eſt, figuræ Domini, ad nos è cœlo delati, verba & acta denotantes; ſeu imago vitæ Domini noſtri Jeſu Chriſti, quoad naturam humanam.

In hoc libro ſub unaquaque figura, in qua hæc aut illa Chriſti actio, hoc aut illud miraculum depinguntur, apparet ſtatim Sinicæ actionis aut miraculi brevis expoſitio. Auctores RR. Patres Societatis Jeſu, qui hunc in gratiam neophytorum ſuorum ediderunt. 1. volumen.

L V I I.

Xim
kiao
ſin
chim,

id eſt, ſanctæ religionis fidele teſtimonium.

Liber hic nihil aliud eſt quàm catalogus Patrum Societatis Jeſu, qui ab anno 1581. ad annum 1681. id eſt, per annos 100. in Sina Jeſu Chriſti Domini noſtri fidem annuntiarunt propagaruntque. Ibi ſingulorum nomina, patria, prædicatio, mors, ſepultura, libri Sinicè editi, recenſentur.

L V I I I.

Chin	acu
kieu	puſtulas
ce	decerpendi
yao,	velle, vel ars,

id eſt, ars puſtulas acu chirurgica tollendi.

Hic liber non impreſſus eſt, ſed manu ſcriptus procul dubio ab Europæis, qui illic chirurgicam exercuere. Pagg. 5. 6. 7. tabulæ ſunt anatomicæ variorum manus aut brachii ſituum, cum eorum locorum indicatione qui pungendi. 1. volumen.

L I X.

Liber imperfectus, inſcriptus

xam
pa
cham
tu.

Tabula ſeu index rerum ad compeſcendam vulnerum tyrannidem idonearum.

Liber est chirurgicalis, & non solùm de vulneribus, sed etiam de eorum curatione, & variis ad eam rem necessariis herbis agit. 1. volumen.

L X.

Liber imperfectus, sine titulo, & laceratus, cujus inscriptio est

me
kive.

Pulsûs determinatio.

Norunt omnes apud Sinas cognitionem pulsûs semper cultam, idque ita ut medicos orbis terrarum omnes, hac illa pulsûs seu potiùs variorum pulsuum detegendorum dexteritate superarint. Hac de re legendi Jesuitæ in epistolis, & præsertim Cleyerus. Dolendum quod liber ad nos allatus sit mutilus; sed vide supra & infra, ubi de medicina ac libris medicorum.

L X I.

Liber imperfectus, inscriptus

van
pim,

omnes morbi.

Continet tantummodo quædam libri capita, id est, volumina, secundum, quintum; sed præcedunt variæ morborum, ventorum & plantarum enumerationes. 2. volumina.

L X I I.

Liber imperfectus, sine principio & fine, cujus tamen titulus fuit

puen
cao
tum
yue,

id est, libri, seu tractatûs de plantis, penetratio excitata.

Adest tamen præfatio triplex, prima, charactere liberiori; secunda & tertia, iis characteribus, qui vulgares & recti appellantur; ibi autem de libri auctoribus ac fama, itemque de botanicæ utilitate agitur. Sequitur catalogus librorum medicinæ complurium, fermè ad viginti novem, eadem de re ab antiquis medicis editorum. Postea alius est etiam index variorum qui de botanica scripserunt auctorum, & indicantur ferè quadraginta sex. Tum memorantur herbarum prope infinitarum nomina, quarum deinde proprietates exponuntur, patria uniuscujusque non solùm commonstrata, sed quoad soli naturam indolemque descripta. 1. volumen.

L X I I I.

Liber imperfectus, inscriptus

puen
cao
kiven
xe
pa,

τȣ puen cao caput decimum octavum.

Editio est pessima, & agitur tum de herbis plantisque, tum de animalibus quæ omnia illic depinguntur, sed parum accuratè. Volumina 3. id est, quartum, duodecimum & decimum tertium.

L X I V.

Mem
cu,

id est, mem cu, unà cum commentario perpetuo. Liber imperfectus. Volumen 1.

L X V.

Liber classicus, vulgò dictus mem cu, unà cum antiquorum magistrorum commentariis, proprie est τȣ libri mem cu kiven 7. Commentarius duplex est & duplici charactere.

L X V I.

Han
lin.

Characterum ejusdem pronunciationis indices à collegio & doctoribus Han-lin redacti.

Pars est dictionarii, hinc per pronunciationes, seu consonantias ordinati, illinc per tribunalia in eadem pagina oblati; ita ut in suprema pagina & sonos eosdem, & eos qui iisdem sonis donantur characteres habeas; in infima hanc vel illam clavem, additis linearum numeris. In hoc codice se se offerunt claves cannarum & arborum; itaque dictionarium hoc ad τȣ Hai-pien, simul & τȣ Tum-ven, de quo postea, imitationem factum esse videtur. Volumen 1.

L X V I I.

Liber imperfectus, cujus inscriptio,

Gallicè *dénombrement des éclipses.* Videtur autem inter schedas Adami Schal, vel Verbiesti, repertus. Non desunt quæ ad historiæ cognitionem faciant, præsertim illorum temporum, cum imperium Ta-mim jam nutaret. Fit etiam mentio ejus anni, quo inventus est atque è terra effossus lapis urbis Sigan-fu, de quo Semedo & alii.

LXVIII.

Liber imperfectus, inscriptus

chun

cieu,

id est, ver & autumnus.

Pars est libri à Confucio de regno Lu scripti & sic appellati. Vide supra E. Est autem hæc pars commentariis ornata. Volumen 1.

II.°

Libri Sinici ab Illustrissimo Abbate BIGNON, *Regi dono dati.*

GEOGRAPHIA.

CODEX PRIMUS.

Yu

chi

ta

mim

ye

tum

chi,

id est, regentis magnificè & magna omnia facientis, ꝗ Ta-mim monarchiæ mens, seu prospectus aut historia geographica.

Hæc est ampla illa & universa Sinæ geographia, quam summâ cura elaboratam atque ab illustribus collegii Han-lin Præfectis comprobatam, habere voluerunt familiæ Ta-mim imperatores. In lucem verò edita est imperante Tien-xum, aliàs Ym-cum, anno ejus quinto, luna quinta, die decima sexta. Volumina 49. Porro hanc geographiam in epitomen contraxit *Martinius;* quod compendium Thevenotius libri sui inseruit tomo tertio. Hæc summatim. Non abs re tamen erit hujus geographiæ notionem paulò ampliorem tradere.

Ac primùm quidem operi præmittuntur præfationes, ut fieri solet, multiplices, & pleræque eruditione quadam historica refertæ, in quibus totius operis ratio redditur; id est, 1.° diligentiæ à multis imperatoribus ad geographiam imperii Sinensis cognoscendam adhibitæ. 2.° Variarum imperii aut descriptionum, aut historiarum, è quibus hauriri poterant cognitiones geographicæ. 3.° Quorumdam, qui geographiæ operam dederant, auctorum. 4.° Tabularum quarumdam ab illis auctoribus sculptarum. 5.° Multorum qui de geographia generatim ac terræ mensuris, imò & de Sinæ ipsius in varias partes & regna divisione, conscripti erant tractatuum. Fit deinde transitus ad vulgarem quæ, jam à primis temporibus facta est, imperii divisionem: in provincias scilicet quindecim, quæ hìc appellantur singulæ; urbium vero triplex ordo distinguitur, sunt enim primariæ, seu primi ordinis; secundariæ, seu secundi ordinis; denique tertii ordinis; mox provinciis singulis, urbes primi ordinis subjiciuntur.

Præmissis præfationibus sequitur liber ipse, in quo auctor primùm quidem de provincia unaquaque tractat generatim, de situ scilicet provinciæ, de primis incolis, de primis & provinciæ & incolarum nominibus, de mutatione unius nominis in aliud, sub hoc vel illo imperatore, ac sæpe de ejusdem mutationis causa. Nec prætermittit si quid in hac vel illa provincia eximii & singularis occurrat, verbi gratia, flumen, lacus, stagna, templum frequenti populorum concursu celebratum, mons sacer, telluris aut soli proprietas, ædificia, velut murus Sinensis, quidquid denique ad litteratos vel militares pertinet. Tum ad primariam urbem descendit, de qua à primis monarchiæ fundatoribus differit; & data occasione enumeratis denuò, quæ antiquitus illic fuerunt, regnis, indicat etiam in quibus provinciæ urbibus, aulæ eorumdem regnorum fuerint, quas deinde, ut Pekimi habitarent, neglexere aut reges, aut imperatores. Cum verò in indice generali, de quo in præfationibus, urbes primi ordinis jam commemorarit, hìc superest nihil, nisi ut sub unaquaque provincia urbes ordinum inferiorum describat, quod diligenter præstat. Eandem porro methodum auctor persequitur per 49. volumina: cum hoc tamen levi discrimine, quòd 48. priora volumina Sinæ ipsi tribuantur, ultimum verò sive

quadragesimum nonum, gentibus extra, sed prope Sinam positis, totum addicatur.

HISTORICI.

I I.

Cu
chi
tum
kien
kam
mo.

Historia Sinica universalis, aut Annales Sinici. De verbo ad verbum, adjuvantis gubernationem speculi principia; seu, quæ primò ab hominibus rempublicam administrandam suscepturis discenda sunt, ut ipsis sæculorum priorum exempla inservire possint.

Liber hic idem qui inter regios numero primo, itaque illic vide. Est vulgò voluminum 120. sed desunt quædam volumina.

I I I.

Su so v. I. 170.
cu
chi
tum
kien
kam
mo.

Additio ad speculum, seu principia speculi, gubernationi atque administrationi rerum dirigendæ necessarii, quibusdam in locis commentario illustrati: quod primus tituli character indicat; nihil enim aliud so, quàm addere aut supplere. Vide clavem 120. tr. 13. & dictionar. cu guei, tom. 5. pag. 170. Consules quoque codicum regiorum notitias numero primo & sequenti.

I V.

Chun
cieu
ta
civen.

Libri à *Confucio* scripti & chun cieu, seu veris & autumni titulo editi, magna collectio.

Cum de hoc libro, inter regios numero quinto nominato, jam fusè egerim, nihil hîc addendum, nisi editionem esse pulcherrimam; commentariis ubique litteralibus illustratam, & eodem quo su xu sermone, id est, facili atque ex aliis Confucii libris desumto; præterea editionem eandem esse, id est, imperatoris jussu procuratam. Volumina 13.

V.

Xoam
yu
cive
yven,

id est, τῶ xoam yu collectionum fons.

Notæ sunt, ac præcipuè de chronologia Sinica disceptationes. Liber pessimè exaratus, & eam ob causam ferè ubique lectu difficillimus.

V I.

Lun
yn
chi
tien,

id est, collectio, seu codex ubi sumitur sensus rotationis (temporum.)

Ita appellant libros almanachicos, seu kalendarios.

V I I.

Tai
xam
san
yven
san
pin
san
kuon
fa
pao,

id est, trium yven, trium pin, trium kuon vocatorum ordo pretiosus.

Agitur hîc de eo, quem inter se, & unà cum imperatore egressi, servant Mandarini, ordine, & ita pingitur eorum quasi processio. Volumen 1. Gallicè *Rouleau,* est enim folii unius & longissimi.

ROMANENSES.

V I I I.

Hao
kien
chuen,

id est, historia fabulosa τῶ Hao-kien.

Libellus est stylo, seu sermone familiari scriptus, ex eorum genere, qui apud nos *Romans*

Romans appellatur, formæ in 8.° Volumina ſunt 2. 3. & 6. ſed eſſe deberent plura.

Hîc autem annotandum, partes eorum, quos fabulas dico, libellorum, quique hiſtoriolæ ſunt, de hoc vel illo aut puero, aut heroe, quem per varia diſcrimina huc illuc trahunt; partes, inquam, illas non aliter quam hoei indigitari, ita ut quotieſcumque characterem hoci videris, toties librum ejuſmodi vel comœdiam, vel ſaltem fabulam abſque dubio nuncupare poſſis. Voluminum eſt nunc duorum, ſeu duorum hoei, ſed eſſe deberent plura.

I X.

Yo
kiao
li,

id eſt, pera τοῦ yo kiao. Aliàs hæc fabula dicitur, fabula τῶν ſan cai cu, ſeu trium poëtarum. Elegantiæ autem eſt apud Sinas laudatæ & maximo in pretio. Volumina 3.

X.

Pim
xan
lem
yen,
aliàs
ſu
cai
cu,

id eſt, pim, xan, lem, yen, ſeu quatuor poëtæ ſic nominati. Eſt etiam fabula ſtyli ſiao xue. Volumina 4. ſed eſſe deberent plura.

X I.

Ya 142. tr. 4.
mi, 149. tr. 10.

id eſt, τοῦ ya mi hiſtoria fabuloſa. Eſt enim ex eorum genere, quæ nos *Romans* dicimus, ſed per dialogos & perſonas, quales ſunt comœdiæ.

X I I.

Xam
xu
kim
ta
civen.

Xu kim, commentariis multorum Philoſophorum eximiis illuſtratus.

Hic liber eſt Sinarum canonicus & ſecundus, de quo vide ad codices regios. Hæc autem editio pulcherrima & adornata eſt ac correcta à Mandarinis. Volumina 12. quorum primum totum in figuras inſumitur earum rerum, quæ à priſcis hominibus Sinis inventæ ſunt.

X I I I.

Xi
chuen
ta
civen,

id eſt, verſuum, & illuſtrium in verſus ſeu odas commentariorum magna collectio.

Egimus ſupra ad regios codices num. XIII & XIV. de illis verſibus, eorumque materia & auctoribus. Supereſt ut de his commentariis pauca moneamus. Sunt itaque commentarii modo litterales & quaſi interlineares; modo fuſi adeo, ut per omnem hiſtoriam divagentur, quo poëſeos ſenſus dilucidior fiat. Porro hæc verſuum, ſive odarum editio, eſt ampliſſima & voluminum 16.

LIBRI SACRI ET CANONICI.

X I V.

Li
ki
xue
y,

id eſt, ſenſus orationum, ſeu ſermonum τοῦ li ki, ſeu liber cæremonialis, aut, quod idem eſt, liber rituum explicatus.

Repetantur hîc quæ de li ki dicta ſunt in catalogo regiorum codicum num. V. & XV. neceſſe non eſt. Scito id tu tantummodo editionem hanc aliam eſſe, anno Kam-hi 14. publicatam, in qua tomus primus, ſed ſeparatus, præfationes de officiis quamplurimas continet; ubi multa de Cheu-kum & antiquis Sinarum ſapientibus. Poſt præfationes ſequitur index materiarum in li ki contentarum. In cæteris tomis liber ipſe, nec ſine commentariis luculentis. Volumina debent eſſe 15. ſed reperiuntur tantùm 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. deeſt 9. & habentur 10. 11. 12. 13. 14. 15. Cum ergo 15. eſſe debeant, ſunt tantum 14. volumina.

XV.

Kim
him
xe
kiai,

hoc est, in libros classicos expedita & vera expositio.

Commentarius est duplex in Ta-hio, Chum-yum, Lun-yu & Mem-cu; alter est superior, inferior alter. Cæterùm ex ipsius Confucii & Mem-cu verbis conflantur, ut solet, sed tamen minùs accuratè & minùs ad verbum quàm Ge-kiam. Chum-yum est unà cum Ta-hio in primo volumine. Liber vero impressus anno Kam-hi 22. sed ita ut characteres negligentiùs sculpti, ac pessimè exarati sint; unde mala editio. Volumina 4.

LIBRI CLASSICI.

XVI.

Ge
kiam
su
xu
kiai
y,

id est, sensus explanatorius τῶν su xu quatuor librorum ad explicationes quotidianas editus, anno Kam-hi 16. In principio præfationis sunt duo characteres Yu chi queis imperatorum felicitas ac magna in regnando virtus indicatur. Id vulgò apponitur, cum imperatorum jussu vel liber vel editio publicatur. Præfatio est magnifica, de antiquis Philosophis eorumque doctrina ac virtutibus, de Ta-hio, Chum-yum, Lun-yu, Mem-cu. Contendit etiam auctor, additis τοῖς u kim, seu aliis quinque libris canonicis legem ac doctrinam Sinarum totam componi. Tum adsunt doctorum Pekinensium & Nainkinensium approbationes & signa. Postea in Ta-hio incipit paraphrasis, quæ facilis & quasi sermone familiari. Certè ex aliis eorumdem librorum locis desumtus hic sermo, & methodo omnino commoda, atque à paragrapho ad paragraphum progreditur. Vide codices regios ubi, alius editionis occasione, de libro generatim locuti sumus. Volumina 26.

XVII.

Hiao
kim
yen
y,

id est, τοῦ hiao kim, seu libri de obedientia sensus ad omnia exundans; hæc enim est vera vocis yen notio.

Non repetam hoc loco de officiis hîc agi, quæ apud Sinas habentur quinque. Vide regios codices numero 42.

MEDICI.

XVIII.

Vai
ko kuo
chu
yao.

Extraneorum seu in locis extraneis colligi solitorum remediorum cardo seu methodus.

Doses sunt seu variæ rerum, herbarum scilicet, mineralium, &c. ad sanandos morbos à Medicis adhibendorum quantitates. Quemadmodum enim apud nos, ita apud Sinas, Medici ad morbos curandos remediis ferè utuntur extraneis. Procedit autem tractatus hic, ita ut primò genus morbi apponat, deinde varias remediorum receptiones exponat, qua in re id etiam præstat, ut loca remediorum, id est, eas, è quibus afferuntur, regiones indicet. Porro hic nonnisi kiven, seu pars libri totius quarta. Vide Cleyerum.

MEDICI BOTANICI.

XIX.

Puen	proprietatis seu
cao	idoneitatis
kam	herbarum
mo,	caput & oculus,

id est, vera medicinæ herbarum aut plantarum repræsentatio; seu ea principia queis datur sua unicuique plantæ proprietas.

Librum habes eundem in regiis numero 27. ubi leges notitiam. Impressus autem hic imperante Xun-chi τοῦ Kam-hi patre. Statim initio hujus libri occurrunt præfationes complures, in quibus de primis herbarum collectionibus; de Fohi, Hoan-ti,

Xin-num & antiquiſſimis Medicis: de herbarum per claſſes diſtributione; primùm quidem generum, deinde ſpecierum; ſequitur herbarum ipſarum, deinde variarum plantarum atque etiam animantium repræſentatio. Volumina eſſe deberent multa, ſed ſunt tantum 26. & præterea tomus trigeſimus primus; itaque deſunt tomi 27. 28. 29. 30. 32. neque alii è Sina allati. Itaque volumina 27.

MATHEMATICI.

XX.

Tien
muen
lio,

id eſt, cœli porta parva, ſeu parvus de ſphæra tractatus. Auctor Jeſuita Luſitanus, agit de ſphæra, planetis, circulis, &c. Idque juxta antiquorum ſyſtemata & per figuras. Præfatio triplex eſt cum ad libri commendationem, tum ad materiæ per ſe difficilis elucidationem. Volumen 1.

ARTES.

XXI.

Tien
kum
kai
ve,

id eſt, rerum à cœlo formatarum in artibus patefactio. Vide regios numero 38. Volumen 1.

XXII.

Ejuſdem libri, ſed ex alia editione male ſculpta, pars ſecunda. Volumen 1.

MISCELLANEA.

XXIII.

Kio
xi
ya
yen,

id eſt, conſiderandum eſſe ſæculum, oratio pulchra. Senſus eſt, qui ſæculum aut res humanas attentè conſiderarit, eum optimè facere. Miſcellanea ſunt hiſtorica & geographica peſſimè impreſſa.

RELIGIO.

XXIV.

Chu
kiao
yven
ki.

Cur lex Dei, vel Dei Chriſtianorum ſemper aſſurgat.

Tractatus eſt à Miſſionario editus, in quo præcipuæ religionis Chriſtianæ partes doctè aſſeruntur, idque capitibus viginti quatuor: illinc ergo diſcere eſt, quod apud Sinas auctores noſtri philoſophicè atque argumentis è rerum natura petitis inculcare coguntur, mundum hunc à ſe ipſo fieri aut conſtrui non potuiſſe; cœlum mundi auctorem dici non poſſe; rerum tamen auctorem ab omnibus agnoſcendum; auctorem rerum unum tantummodo eſſe poſſe, non duos; eundem ſpiritalem eſſe, nec percipi ſenſibus; præterea ſine principio fuiſſe, ſine fine eſſe ac futurum ſemper. Capite ſeptimo primæ partis, agit auctor de Trinitate, & rerum quidem creatorem aſtruit unum eſſe, perſonarum vero trium. Parte ſecunda, de angelis differit, tum de morte ejuſque cauſis atque effectis. Inde ad animam rationalem tranſit, quam contendit à Deo creatam & immortalem eſſe. Parte tertia, de lege naturæ & gratiæ ſermonem habet, earumque legum, Moſaicæ ſcilicet ac Chriſtianæ fundamenta & differentias expendit. Parte quarta denique, incarnationem, incarnationis neceſſitatem, peccati deletionem, ac proinde vitam Chriſti, reſurrectionem, in cœlum aſcenſionem perſequitur. Auctor *Tam-jo-vam,* id eſt, R. P. *Adam Schal,* è Societate Jeſu Sacerdos, qui tunc temporis, hoc eſt dum Sinam occupabant Tartari, inter tumultus bellicos, Evangelium prædicavit. Impreſſus autem anno 15. Cumchim, aliàs Hoai-cum, ultimi imperatoris ♏ Ta-mim. Partes libri tantùm quatuor, licet apud Kirkerum memorentur quinque; ſed diviſio eſt in quatuor, neque ulla eſt amplius. Volumina 4.

XXV.

Tien
chu
xim
kiao
yo
yen,

id eſt, ſanctæ Dei legis abbreviata aut

congregata verba, ſeu ſumma & conſpectus.

Tractatus eſt de Dei exiſtentia, providentia, legibus, ab uno è Miſſionariis Societatis Jeſu. Volumen 1.

XXVI.

Tien
chu
kiam
ſem
yen
him
ki
lio,

id eſt, memoria & notatio Domini, poſtquam è cœlo deſcendit & natus eſt. Aut aliter, Chriſti poſt incarnationem inter mortales degentis hiſtoria.

Ex multis kiven ſeu partibus, ſunt hic tantùm 5. 6. 7. 8. in quibus plurima ex Evangeliis non κατὰ πόδας tamen. Liber eſt ab eo quem inter regios vidiſti numero 56. omnino diverſus. Illic enim nonniſi imagines ac picturæ, hîc orationes ac ſermones tantùm. Auctor Miſſionarius è Societate Jeſu. Volumen 1.

XXVII.

Tien
chu
xim
kiao
ki
mum.

Inſtrumentum, id eſt, clavis ad aperiendam Dei legem.

Hic liber catechiſmus eſt, per modum dialogi magiſtrum inter & diſcipulum, de hominis Chriſtiani officiis. Auctor Miſſionarius è Societate Jeſu. Volumen 1.

XXVIII.

Tien
chu
xim
kiao
hoa
y nhy
lun,

id eſt, cœli Domini ſanctæ legis vallis perviæ & dubitationum diſceptatio. Verti de verbo ad verbum: ſignificatio autem eſt, ſermonem ſive orationem hîc eſſe de rebus iis quæ ſanctam Dei legem non clauſam teneant, ſed quaſi perviam vallem relinquant, aut efficiant; ſcilicet, de Xam-ti, de Tai-kie hîc nonnulla proponuntur. Volumen 1.

XXIX.

Tai
y nhy
pien,

id eſt, dubiorum ab aliis ſectis propoſitorum, aut de aliis ſectis naſcentium, diſceptatio.

Hic tractatus ex iis eſt quos à Miſſionariis legendos judicavit auctor, & rectè; namque hîc agitur de ſectarum Sinenſium opinionibus; & quæ de diis idololatræ diſputant, quæ de inferno aut paradiſo, poſt varias in varia corpora migrationes acquirendo, ea omnia in ſecta Foe, ſeu Indica, decantata diſcutiuntur. Kiven primæ partis ſunt novem, & ſecundæ itidem novem. Præfationes duæ liberiori charactere exaratæ. Volumen 1.

XXX.

Tien
xe xi
mim
pien, } 171. tr. 13.

id eſt, de Foe familia ejuſque placitis diſcurſus, propriè elucidationes, ac diſtinctiones.

Agitur de cœlo, inferno prout à Foe ſecta intelliguntur, quam pedetentim refutat auctor capitibus viginti octo. Differit ergo de omnibus hujus ſectæ dogmatibus, de magna mente, quæ totam hanc molem agitat, de metempſychoſi, de tribus generationibus, de triginta cœlis, &c. Vide præſertim capita 2. 9. 13. 14. 15. 16. Volumen 1.

XXXI.

Xim
mu
him
xe,

id eſt, ſanctæ Matris actionum ſoliditas, ſeu Mariæ Virginis vera vita.

Propriè laus eſt beatæ Virginis, quæ laus cum per omnes litaniarum partes excurrat, continet quidquid ad Virginem ſpectat; imò & quæ in hunc vel illum beneficia, meritis ſuis atque interceſſione contulit. Auctor

Sacerdos è Societate Jesu. Hîc tantummodo pars tertia. Volumen 1.

XXXII.

Xim
mu
kim
kiai,

hoc est, sanctæ Matris preces, seu preces ad sanctam Matrem.

Preces sunt variæ ad Virginem Mariam directæ, & sunt multiplices, aliæ ad aliam diem, aliæ ad aliam diei horam. Nonnullæ ab auctore scriptæ, nonnullæ ex libris ecclesiasticis desumtæ. Auctor Jesuita Italus. 1. volumen.

XXXIII.

Mi
sa
ci
y,

id est, missæ sacrificii sensus aut explicatio. Quid eo libro contineatur titulus declarat. Auctor Missionarius è Societate Jesu. Impressus est τῷ Cum-chim ætate. 1. volumen.

XXXIV.

Tie
cui
chim
kuei,

id est, lavandorum peccatorum recta regula.

Tractatus est de baptismo, & præsertim de pœnitentia. Capitum est fermè triginta octo. Auctor Missionarius è Societate Jesu. 1. volumen.

XXXV.

Ki
gin
xi
pien.

Decem capita hominis characterem determinantia.

Capita illa sunt, de quibus Kirkerus Chinæ illustratæ pag. 159. à *Matthæo Ricci* concinnata, & apud Sinas Philosophiæ moralis semper curiosos multùm celebrata. Primum de tempore, quàm recte consumendum & quàm sit irreparabile. Secundum, de hujus vitæ necessitatibus atque ærumnis. Tertium, de morte, esse unicuique debitam, & unicuique accidere. Quartum, quantùm homini prosit de morte sæpius cogitare. Quintum, aliquando tacere, aliquando loqui hominem oportere, idque semper opportunè faciendum. Sextum, de tribus pœnitentiæ finibus, & quare omnes jejunare deceat. Septimum, de conscientiæ examine, idque ab unoquoque quotidie fieri debere. Octavum, de paradiso & inferno; & alterum bonis, alterum malis esse destinatum. Nonum, quantùm peccet qui divinatione, re apud Sinas frequenti, utitur. Decimum, de malis eos in æternum secuturis, qui avaritiæ dediti, divitias in thesauros congerunt. Editio est secunda, & præfatio characteribus est liberioribus. 2. volumina.

XXXVI.

Tien
chu
kim
kiao
xe
kiai
kiven
lun
xim
cie,

id est, ad decem præceptorum in sancta Dei lege traditorum observationem exhortatoriarum orationum sancti loci, seu puncta prædicationi utilia.

Eæ sunt quibus in Christianæ religionis exhortationibus oratores aut concionatores uti possunt materiæ, in certos locos digestæ; de variis Christianorum officiis agitur, idque juxta mandatorum in Pentateucho memoratorum ordinem. Porro loci hîc appellantur, rhetorum more. Auctor Missionarius è Societate Jesu. 1. volumen.

XXXVII.

Tien
chu
xim
kiao
xe
kiai
chin
civen

hoc est, cœli Domini (seu Dei) sanctæ legis decem præceptorum vera expositio, aut eorum quæ à Deo in sancta ejus lege data sunt, præceptorum decem vera declaratio. Auctor Sacerdos è Societate Jesu. 1. volumen.

XXXVIII.

Xim
kiao
kien
yao,

id eſt, ſanctæ legis placita abbreviata.

Summa eſt earum rerum, quas de Deo ſciat & credat Chriſtianus neceſſe eſt. Opuſculum à Miſſionario è Societate Jeſu concinnatum atque optimè impreſſum. 1. volumen.

XXXIX.

Yum
fo
tien
kiu,

id eſt, æternæ felicitatis in cœlo poſſidendæ via.

Commentatio eſt in ſymbolum Apoſtolorum à Franciſcano edita; in qua quæcumque ad fidem Chriſtianam ſpectant, enarrantur. Characteres hujus libri elegantiſſimi, qui impreſſus eſt Kam-hi anno 19. 1. volumen.

XL.

Van
ve
chin
yven,

id eſt, rerum omnium vera origo.

Sunt in hoc libro Kiven XI. quæ capita argumentis ac tractatulis totidem deſtinata. Primum eſt res omnes, ſive hanc rerum univerſitatem incipere debuiſſe. Secundum, res humanas per ſe exiſtere non potuiſſe. Tertium, à cœlo & terra hominem creari aut fieri non potuiſſe. Quartum, ab yven ki, ſeu primario aere cœlum & terram, eâ quâ ſunt formâ, conſtrui non potuiſſe. Quintum, à li ſeu ratione illa univerſali, à Sinis litteratis jactata, formari ac conſtrui res mundanas nequiviſſe. Capitibus vero ſequentibus agit auctor de ea, quæ in hoc orbe aſpectabili ubique apparet, pulchritudine. Deinde concludit eſſe qui eum creaverit ac gubernet Dominum; ac demum qui res eas omnes creaverit eum & principio & fine carere oportere. Auctor itidem è Societate Jeſu, & idem qui tractatus ſan xan ſupra memorati. 1. volumen.

XLI.

Tien
chu
xe
y.

Cœli Domini vera intellectio; ſeu, quid per Deum aut nomine Dei, apud Sinas Tien-chu appellati, intelligendum ſit.

Hujus libri hîc nonniſi ſecunda pars: ſed tractatur de anima rationali, de ejus reminiſcentia, de ejus natura à brutarum animantium animabus differenti; de tribus metempſychoſεως, juxta Indorum & Bonziorum opiniones, gradibus; de cogitatione, eamque in cæteras, præter hominem, animantes non cadere; de altera poſt mortem vita; de mundo futuro, id eſt, de paradiſo bonis, inferno malis deſtinato. Contendit auctor libros Sinarum antiquos de iiſdem locis non tacuiſſe. Uno verbo, multa illic de Foe ſecta, ejuſque dogmatibus, de litteratorum xam ti, de Verbi incarnatione apud Occidentales, de Miſſionariorum prædicatione. 2. volumina.

XLII.

San
xan
lun
hio
ki,

id eſt, trium montium ſcientifica hiſtoria; ſeu potiùs ejus, qui inter montes tres habitus eſt, ſermonis hiſtoria & recordatio. Phraſis hæc montium trium è Sinarum fabulis deſumta eſt.

Hic liber diſputatio eſt de religionibus tribus ſeu litteratorum ſectis; diſceptantque inter ſe doctores quænam cæteris præferenda aut religio, aut ſecta: afferuntur ex hac & illa parte argumenta ad unamquamque religionem tuendam maximè probabilia, & ſub finem vincit rationis auctoritate philoſophus, ſeu doctor Chriſtianus. Inveniuntur ergo in hoc ſermone quamplurima de li, ſeu ratione illa generali, mundi hujus ſecundum litteratos motrice; de tai kie, ſeu chuo & materia illa prima, quæ, juxta eoſdem litteratos, mundi origo; de metempſychoſi & aliis Bonziorum dogmatibus illis, quæ ab India Indorumque Brachmanibus orta jamdiu, & à multis retro ſæculis inter Bonzios Sinenſes regnant: tum ſequitur ſolida utrorumque refutatio, & religionis tum Moſaïcæ tum Chriſtianæ laus, earumque

demonstratio. Auctor hujus libri Sacerdos è Societate Jesu Italus. Volumen 1. Cat. p. 9.

XLIII.

Liber idem, sed ex alia editione, item præfatione priori & nova ornatus.

XLIV.

Tam
kim
kiao
pou
gi
xe
chim
civen,

id est, in illustris atque amœnæ legis lapidis frontem vera explicatio; seu quod idem est, vera explanatio lapidis illustrem & venerabilem legem in fronte inscriptam repræsentantis.

Lapis ille in urbe Siganfu repertus dicitur, anno 1625. à Mandarinis ipsis effossus, nec sine quadam admiratione à Christianis Sinensibus ac Missionariis conspectus; jam tum illic ab iisdem Missionariis commentario illustratus, à Semedone & aliis memoratus; cujus inscriptio è Sina allata, edita est à *Boymo* atque à *Kirkero* Sinicè & Latinè, minùs quidem accuratè, ut alii volunt.

XLV.

Chao
sim
hio
yao,

id est, de verbo ad verbum, (rerum) naturam superantium placita: qua quidem phrasi indicatur metaphysica.

Et re vera metaphysica est liber ille amplissima, in qua reperiuntur eæ quæ de Dei natura ejusque attributis moveri solent quæstiones omnes, non quales apud auctores hujus temporis, sed quales apud Scholasticos, & quales etiamnum ab Hispanis agitantur summa quadam subtilitate. Liber τῷ Xun chi ætate compositus & nitidissimè impressus. Auctor Missionarius è Societate Jesu.

XLVI.

Lim
yen
li
cho,

id est, ratiocinantium & loquentium medicina.

Norunt omnes hominem apud omnes Orientales dictum animal loquens, dum apud nos vulgò definitur animal rationale. Eundem in sensum accipere videtur auctor lim philosophicè rationalitatem & yen loquelam, seu loquendi facultatem, quæ locutio & adjectivè & substantivè sumi potest, ut è grammaticis discitur. Tractatus ergo est de anima rationali, quam auctor ubique appellat etiam Sinicè ya-ni-ma. Expendit autem 1.° animæ naturam ejusque à cæteris substantiis spiritalibus, hoc est angelis, differentiam. 2.° Ejus immortalitatem. 3.° Quod titulo occasionem dedit, animæ peccantis & in varia peccata labentis remedium, seu Dei gratiam.

III.°

Libri Sinici, ex Missionariorum Extraneorum Bibliotheca in Regiam Bibliothecam illati anno 1720. Cœtu omni volente atque ad voluntatem Regiam sese libenter adjungente.

GEOGRAPHIA.

CODEX PRIMUS.

Leam
kim
xe
san
sim
kiun
se.

Aularum duarum Pekimi scilicet & Nankimi, & tredecim provinciarum territorii examinati pictura.

Opus est geographicum, in cujus fine comparent varia vicinorum populorum regna. 1. volumen.

II.

Gin
kim
yam
cieu,

id est, hominum speculi clarus autumnus,

ſive pulcher autumnus, in quo rerum humanarum fructus omnes, tanquam in ſpeculo, perſpiciuntur.

Hoc opus immenſæ cujuſdam ac ſtupendæ lectionis: ea enim quæ ad imperii gubernationem, quæ ad omnes provinciæ uniuſcujuſque magiſtratus, quæ ad artes in unâquaque provincia uſitatas, quæ ad vectigalia illinc percepta, quæ ad viros & feminas in unaquaque urbe illuſtres pertinent, uno verbo, hiſtoriam Sinarum ferè totam narratiunculis non ita prolixis picturiſque more Sinico repræſentat. Præfiguntur operi præfationes quamplurimæ, eæque variis ſcripturarum, ſeu characterum generibus. Præfationibus ſuccedunt indices multi, ſed præſertim eorum, quibus uſus eſt auctor, librorum index locuples. Ex operibus enim 656. opus à ſe conſarcinatum dicit. Poſt indices ſequuntur ſummaria rerum in libro contentarum accuratiſſima. 13. volumina.

III.

Kuam
hoam
yu
kao,

id eſt, examen libri cujus titulus kuam hoam yu, ſeu rheda imperatoris.

Opus eſt geographicum longè utiliſſimum: ſunt enim illic, licet breviùs, quæcumque ad unamquamque provinciam, ad unamquamque hujus vel illius provinciæ urbem cognoſcendam pertinent. Additæ ſunt locorum diſtantiæ; & loca ea, quà tranſeundum, exactiſſimè indicantur. Præterea urbium fundatores, & ſi quid illic factum illuſtrius. Non deſunt mappæ urbium ſaltem primi & ſecundi ordinis. Volumina 2.

IV.

Fo
cheu
fu
chi,

id eſt, deſcriptio urbis Fu, ſeu Fo; liber imperfectus & pars amplioris decima quarta. Volumen 1.

V.

Ta
mim
hoei
tien,

id eſt, codices & collectiones de iis omnibus quæ ad Ta-mim pertinent.

Cum familia hæc Sinica, & maxima & illuſtriſſima fuerit, hiſtoriam Tamingarum, ſeu Ta-mim, nemo eſt quin admirabilem eſſe judicet; & revera eſt. Ea ergo hîc continetur duobus involucris & voluminibus decem. Magiſtratus præterea omnes, urbium Sinæ totius omnium ſtatus, imò varii ſtatus repræſentantur. Involucra 2. volumina 10.

HISTORICI.

VI.

Annales Sinici. Sed ibidem reperies & annalium ſupplementa. Vide quæ nos ad annales, in Regiis & Bignon. Volumina 242. involucra 24.

VII.

Ven
hien
tum
kao,

id eſt, examen generale (rerum Sinicarum) litteratis oblatum.

Hic liber apud Sinas celeberrimus ea ferè omnia complectitur, quibus Sinæ in ſtudiis ſuis, ad rerum gubernationem potiſſimùm ſpectantibus, dant operam. Hæc eſt autem totius operis diſpoſitio. Primùm occurrunt præfationes numero viginti quinque, à quindecim auctoribus & litteratis ſcriptæ, & iis ipſis qui hiſtoriarum auctores fuerunt. Illæ autem præfationes ſunt totidem diſſertationes; quarum quidem prima agit de nova hac editione, aliæ vero de præcipuis hiſtoriæ Sinicæ auctoribus. Præfationes ſequitur totius operis diviſio. Multa igitur habet auctor. 1.° de hiſtoria Sinarum ejuſque authenticis & per totum imperium celebratis ſcriptoribus; & cum diverſis ii ſcriptores temporibus extiterint, eorum nomina & exaratarum ab ipſis hiſtoriarum aut collectionum titulos indicare non habet ſatis, ſed quæ à poſterioribus priorum elaboratæ ſunt reprehenſiones criticæ, eas etiam addit ſuper, & plerumque, abbreviandi cauſa, verborum ſenſum indicat; non rarò etiam verba eorum ipſa affert. Atque ut lectu digna judices, quæ profectò ad juſtam hiſtoriæ Sinicæ cognitionem omnino neceſſaria, ſcito hæc per tractatus quinquaginta duos excurrere.

Inde tranſit ad varia imperii ac præſertim regiæ urbis tribunalia, quæ eo recenſet ordine. 1.° quidem tribunal hiſtoriæ. 2.° Tribunal ſubſidiorum. 3.° Tribunal rituum,

rituum, seu cæremoniarum. 4.° Militiæ. 5.° Artium. 6.° Tribunal reparationum; quorum tribunalium nuncupat præsides; primum Xi-lam, &c. Postea de collegio Han-lin, ejusque officiis ac præsidibus agit. Hinc ad militares ascendit. Mox de imperatore ejusque aula & aulæ officiis differit; & cum religio ubique in honore semper fuerit, de templis eorumque ornatu & ministris mentionem facit; imò & de iis quæ manè & per diem facere debet imperator. Postea ad ejus filios & principes transit. Ibique de regulis ac regibus tributariis & in aula vivere solitis. Sequitur musica, cujus harmoniam, tempora & loca describit. Tandem militiam, ejusque genera, officia, ordinem & supplicia depingit. Quo facto ad libros & litteraturam se accingit: differit scilicet de ye kim, de xu kim, de xi kim, de li ki, de chun cieu, de lun yu & mem cu; quos libros in varios, ut fieri solet, paragraphos dispertitur. Tum de hiao kim, seu liberorum institutione, de hio kim, seu de musica.

Collectis vero ac commemoratis libris aliis quamplurimis, annotat nonnihil de astronomia adeoque de solis, lunæ & stellarum affectionibus, verbi gratia, de eclipsibus, &c. Deinde tractat de aqua, terra, igne, aere, ligno, quinque Philosophorum Sinarum elementis, & variis eorumdem elementorum appendicibus; quales sunt, verbi gratia, herbæ, arbores, lapides, metalla, flores, montes, colles, rupes, fluenta, tonitrua, grando, pluviæ, venti, bestiæ, insecta, aves. Et ne quid lectori desit ad legendos auctores Sinicos, de antiqua & nova geographia multa & curiosa congerit. Præterea quæcumque in historiis fabulosis reperiuntur, sive de gigantibus, sive de feminarum regnis, sive de hominibus pygmæis, aut hoc vel alio modo deformatis, sive de montibus ac rupibus igneis, uno verbo de gentibus, aut urbibus, aut regnis quæ nunquam extitere; sed à poëtis Sinis versibus aut poëmatibus commemorantur. Ea omnia auctor summa cura & labore indefesso in hoc præstantissimo opere contribuit. Porro ea utitur methodo, ut quæ facta hîc illic legit, tum in annalibus, tum in libris canonicis, classicis, aut alius generis cujuslibet, ea ad eos, quibus accidere, annos referat, & eum historiæ locum unde hausit, appellet.

VIII.

Cu
chi
tum
kien,

hoc est, speculum commune, seu universale ad fulciendam gubernationem.

Primi annales sunt quales à *Su-ma-kum* scripti fuerant: iique, ut ad regios codices numero primo diximus, incipiunt ab anno primo 威 Guei-lie-vam, imperatore 周 Cheu trigesimo, ante Christum 428. & continuantur usque ad annum 世 Xi-cum, qui familiæ 周 Heu-cheu, secundus fuit & ultimus; anno post Christum 951. unde intervallum est 1379. annorum. Volumina 96.

IX.

Cu
chi
tum
kien
kam
mo,

id est, speculi universalis ad fulciendam, seu adjuvandam gubernationem ordinatio, seu repræsentatio.

Vide etiam regios codices n. 1.

X.

Cum
yven
tum
kien.

Iidem annales sunt, qui hoc tomo titulum hunc præferunt; idque propterea quòd de familia Sum illic agant: quasi diceres, imperatorum è familia Sum annales. Præcedit 1.° nova præfatio. 2.° oratio satis longa de historiis & historicis tempore prioribus; in qua quidem oratione multa sunt lectu dignissima, atque inter cætera effatum illud apud Sinas vulgatissimum, imperium Sinicum non alio & alio modo, ut alia regna, administratum unquam, sed ab initio iisdem semper usum legibus. 3.° Denique index est imperatorum ejusdem familiæ Sum omnium, à Tai-chu-cu scilicet, usque ad Ti-pim. Sequuntur autem in eo indice imperatores Ginguiskanidæ, quorum primus non ipse Ginguiskan, quem Sinæ nondum agnoverant, sed Xi-cu, aliàs

Tai-cu, aliàs iterum Ho-pi-lie, apud nos Cublai, usque ad ultimum, eorumdem Ginguiskanidarum Xun-ti. Sic titulus nonnisi 19. Chao, seu familiam Sum promittit; sed liber ipse vigesimam quoque familiam τῆς Yven, seu Ginguiskani posteros complectitur. Hæc vero omnia proponuntur chronologicæ, ita ut ad imperatoris uniuscujusque nomen apponantur anni, imò ad anni cujusque facta, hic vel ille mensis indicetur. Editio hæc, quæ non omnino nitida, annum tertium præfert τῶ Tien-ki, aliàs Hi-cum, familiæ Ta-mim decimi sexti.

XI.

Tum
kien
xe xi
pien
gu,

id est, quomodo explicent litterati varia in annalibus deficientia.

Hîc sunt volumina tria, in quibus vel multi annalium defectus supplentur, vel quædam non satis explicata traduntur enucleatiùs. Si horumce articulorum volumina quæsieris, sunt 129.

XII.

San
kue
chi,

id est, Gallicè (*les entreprises des trois Royaumes*) conatus trium regnorum.

Historia est ejus nimirum temporis quod duravit San-kue, scilicet inter Han-chao, quod permanserat 425. annis, & Cyn-chao, quod duravit annos 155. Fuit enim regnum illud triplex per annos 45. ab Hien-ti morte, seu anno Christi 190. usque ad mortem Heu-ti, sive annum Christi 234.

In hoc autem libro historiam regnorum illorum, claritatis causa, præcedit genealogia principum, seu magnatum de imperio contendentium. Volumina 21.

FABULÆ.

XIII.

Pe
gan.

Videtur esse fabula quædam satis longa, cum hîc habeatur kiven 19. Itaque liber est imperfectus & volumen 1.

XIV.

Yo
kiao
lie,
vel
san
cai
cu,

id est, pera τῶ yo kiao, vel poëtæ tres. Fabella est, quam jam habuisti inter codices Bignonianos, numero nono. Volumen 1. & sunt hoei 2. desunt cætera.

HISTORIA, seu JUS SINICUM.

XV.

To
su
hiun
kiai,

id est, expositio & explicatio rerum campana (dignarum) Sensus est, earum rerum, ob quas ad limen regium accedere possunt Sinæ.

Cum Sinæ imperatorem ipsum adeant non raro, imperatoris ipsius causa, hoc est, ut de vitiis quibusdam aut peccatis reprehendant, idque etiam cum vitæ suæ periculo; hujusmodi reprehensionum plenæ sunt historiæ ejusdem gentis. Impressio sub Kam-hi. volumen 1.

LIBRI CANONICI ET CLASSICI.

XVI.

Ye
kim
mum
yn,

id est, introductio ad res ocultas τῶ ye kim.

Explicatio est rerum arcanarum in variis ye kim lineis contentarum. Volumina 12. Editio charactere currenti, neque admodum eleganti.

XVII.

Yu
chi
ge
kiam
ye
kim
kiai
y,

hoc est, sensus τῶ ye kim ad explicationem

quotidianam magnificentiſſimè, imperatoris juſſu, datus.

Yu chi, vel de libris ad uſum imperatoris dicitur, vel de libris imperatoris juſſu & auctoritate publicatis. Eſt autem impreſſus hic liber anno Kam-hi 22. continetque commentarios in ye kim ampliſſimos. Volumina 7.

XVIII.

Item alius, impreſſione nitidiſſima, in quo idem ye kim. Duo volumina, quæ ſunt lun yu & mem cu.

XIX.

Ge
kiam
ye
kim
kiai
y,

id eſt, diurnalis expoſitionis τοῦ ye kim commentarius & ſenſus.

Vide quæ ad regios codices annotavimus numeris 7. 8. de ye kim, ejuſque ſenſu & commentatoribus. Hîc volumina ſunt 9.

XX.

U
kim
pum
hiun,

id eſt, commentarius litteralis τῶν u, kim, ſeu quinque librorum.

Notæ ſunt marginales ad unumquemque librum canonicum: ſcilicet, ad ye kim, xi kim, li ki, ſu xu & chun cieu, de quibus vide codices regios, numeris 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 5. Sunt ergo hîc ad ye kim, volumina 2. ad xi kim, volumina 2. ad xu kim, volumen 1. ad chun cieu, volumina 2. ad li ki, volumina 5. adeoque 12. volumina.

XXI.

Xu kim, li ki, xi kim & chun cieu, itidem pam huin. Unà cum marginali, ſeu potiùs laterali commentario. Sunt autem volumina

xu kim	2.
xi kim	1.
li ki	3.
chun cieu	2.

itaque volumina 8. nam deſunt & ye kim & ſu xu hujus editionis.

XXII.

Sin
puon
fuen
cham
fuen
cie
ſu
xu
chim
ven,

id eſt, ſu xu, ſeu quatuor Confucii librorum apta & recta compoſitio; partibus eorum & paragraphis novo quodam judicio collocatis.

Habetur hujuſmodi ta hio tantùm, idque characteribus malè exaratis. Volumen 1.

XXIII.

Cem
pu
ſu
xu
kiam
y
ye
kien
nem
kiai,

id eſt, additiones & ſupplementa ad librum ſu xu kiam; ita ut uno intuitu intelligi ſenſus poſſit.

Sunt autem libri Confucii ta hio, lun yu, mem cu. Character eſt minutior, ſed nitidus, & commentarius facilis. Deſunt aliquot volumina, ſed ſunt hîc 10.

XXIV.

Mem
cu.

Pars eſt quarta librorum Confucianorum, ſed peſſimè impreſſa. Volumen 1.

Cæterùm idem eſt, qui & alibi commentarius.

XXV.

Ta
hio
chim
ven,

id eſt, τοῦ ta hio primi libri Confuciani apta compoſitio.

Apud Sinas inolevit opinio vetus, quæ fabula est, libros olim incensos; idque illi incendio attributum, quod frequenti transcriptioni apud nos & verè datur. Itaque reperti sunt multi, qui paragraphorum Confucianorum ordinem quasi interversum repararent; hinc illi tituli. Volumen 1. parvulum & sat malè exaratum.

XXVI.

Sim
li
ta
civen.

Vide inter regios numero 18. involucra 2. volumina 12.

XXVII.

Sim
li
ta
civen
xu
cie
yao,

id est, directorium ad magnam librorum sim li collectionem legendam & intelligendam.

Commentarius est in eandem philosophiam Sinicam, variasque philosophorum Sinarum opiniones. Vide cod. regios, numeris 18. 19. Voluminum est 4. quæ sunt 1. 3. 5. 7.

XXVIII.

Sim
li
ta
civen
xu.

Libri sim li ta civen tomus trigesimus sextus imperfectus. 1. volumen.

XXIX.

Idem liber. Involucra 2. volumina 22.

XXX.

Sim
li
ta
civen
cum
yao,

id est, collectio aut concordantia τῶ sim li ta civen, sive opinionum philosophicarum in sim li contentarum.

Vide quæ de hoc libro, ejusque commentariis diximus ad codices regios, numero 17. Volumina 22.

XXXI.

Ti
u
cai
cu
xu,

id est, tractatus singularis de quinque elementis.

Elementa apud Sinas habentur quinque aqua, terra, aer, ignis, ut apud philosophos Græcos, & præterea lignum: qua de re videsis dissertationem R. P. Longobardi, &c. Auctor nobis incognitus, sed vixit, aut potiùs opus ejus impressum est, imperante apud Sinas Cum-chin, id est, τῶ Ta-mim ultimo. Volumina 16.

XXXII.

Chu
cu
kia
li,

id est, τῶ chu cu, aliàs chu ven kum ritus domus, seu quæ ab homine domi observanda.

Tractatus est moralis de iis omnibus quæ à Sinis domi fiunt, aut fieri debent, ut mores familiæ uniuscujusque ad virtutem dirigantur. Agitur de variis hominum in hac vel illa conditione positorum officiis, sed præcipuè de vita domestica. Volumina 2.

XXXIII.

Kum
cu
kia
yu.

Discursus, seu dissertationes in domum, seu familiam Confucii.

Per totum hunc librum referuntur dicta factaque philosophi Confucii, & quidquid sive domi, sive inter amicos, etiam dum reipublicæ operam dabat, fecit dixit-ve; ita ut propriè Confucii vita dici possit. Volumen 1.

XXXIV.

Vên *aliàs* vèn 2. 254.
kum
kia
li,

id eſt, τῦ ven kum, aliàs chu cu ritus, ſeu modus vivendi domeſticus.

Opus apud Sinas magni ſemper factum: quæcumque enim viro Sinæ agenda, ea per omnem vitæ curſum dirigit, ſive ad mutua viri & mulieris, parentum & natorum, item propinquorum & amicorum inter ſe officia, ſive ad religionem, aulas majorum, & generatim cultum religioſum. Volumina 4.

RELIGIO.

XXXV.

Xe
guei,

id eſt, decem conſolationes.

Liber eſt omnino moralis de iis quæ homines vera bona & perpetua exiſtimant, & tamen amittunt; quorum jactura ne eorum animi frangantur, opponuntur decem conſolationes. Auctor Sacerdos è Societate Jeſu. Volumen 1.

MEDICI.

XXXVI.

Hoam
ti
nuy
kim
lim
kiu,

id eſt, excavatio ſpiritalis (inquiſitio profunda) in nui kim librum inſcriptum, nui kim hoam ti, ſeu ab hoam ti de medicina compoſitum.

Hic liber omnium quos cognoſcimus, videtur antiquiſſimus. Volumen 1.

PHILOSOPHIA.

XXXVII.

Tai
pim
van
nun
xu,

id eſt, τῦ tai pim liber omnium annorum. Liber eſt miſcellaneus, ſeu regiſtrum; in fine diſſertatio eſt de tai hie, ſed non perfecta. Sculpturæ menda etiamnum corrigenda illic indicantur. Volumen 1.

XXXVIII.

Hiao
kim
yen
y,

id eſt, hiao kim, ſeu tractatus de obedientia, apud Sinas commendatiſſimus, extenſione debita auctus & ornatus.

Inveſtigantur hoc opere officia mortalium omnia, & quæcumque homines ex obedientia exequi neceſſe eſt, ſi officio, ex rationis dictamine, fungi ac proinde ad hujus vitæ tranquillitatem ac felicitatem pervenire voluerint. Porro hic eſt ordo totius operis. Occurrit 1.° præfatio triplex & quæ ad virtutis laudem, præſertim ex antiquorum inſtitutis tota referatur; nam auctor id ſtatuit, quod à Sinis vulgò credi video, gentem ſuam totam, à prima antiquitate, ſemper eandem permanſiſſe, nec diverſis unquam uſam eſſe legibus. Loquitur etiam de libris, quos Sinæ identidem ediderunt de hiao, ſeu virtute illa, quæ apud eos ſumma habetur, obedientia nimirum: judicant enim ex ea oriri bona ſocietatis humanæ ferè omnia, cum terra nihil homini ad vitam tuendam deneget, rebuſque neceſſariis nunquam careat, niſi mutua caritate offenſa. Quod, ſi terrarum incolæ, ſibi invicem divina providentia ſubjecti, ea qua debent comitate & bonitate erga fratres & propinquos, erga imperatorem viverent, accidere nullomodo poſſet; cum ex mutuo illo nexu cuncta cuncti inter ſe concederent. Tandem ſuccedit opus ipſum in quo auctor agit primo de juſtitia, fide ac cæteris virtutibus atque urbanitate generatim: deinde ad paternitatem ſeu ea officia deſcendit, quorum in patrem ac matrem debitores ſumus, idque natura ipſa duce; tum ad fratrum amorem atque concordiam. Inde ad matrimonium mariſque & feminæ conjunctionem delapſus, principium quoddam ſocietatis atque urbanitatis ſtatuit; inde cæremoniarum ac rituum uſus, inde harmonia, honor, & contra ſuppliciorum quædam ex eadem natura neceſſitas. Poſtea ad debitam imperatori, magiſtris ac magiſtratibus obedientiam progreditur. Atque illic campus, rerum infinitus, quem doctè ac ſapientiſſimè percurrit. Hoc opus in tota

Sina nominatissimum ab imperatore Kam-hi, anno ejus regni 29. atque typis imperialibus impressum est. Volumina 30.

XXXIX.

Xu
kim
mum
yn
ta
civen.

Magna collectio comprehendens quidquid ad abstrusa τȣ̃ xu kim explicanda conferre potest. Editio non est nitida, sed eadem quæ libri præcedentis. Volumina 16.

ARTES.

XL.

Tien
kum
kai
ve,

id est, operatio cœli in aperiendis rebus.

Locutio est è Sinarum philosophia desumta, qua artes è cœlo derivatæ dicuntur. Vide inter codices regios numerum 38. Volumina 3.

MATHEMATICI.

XLI.

Ma
tiao
kiai,

id est, τȣ̃ ma tiao universalia.

In hoc opusculo multa sunt de arithmetica, de ponderibus, de mensuris, de musica & tonis. Sed pessimè & nimiùm festinanter impressum est, ita ut characteres plerique truncati sint. Volumen 1.

XLII.

Kia
cu
hoei
ki.

Cyclorum (queis chronologia Sinarum tota nititur) collectio & commemoratio.

In præfatione hujus libri agitur de cyclis, ac præcipuè de cyclo annorum sexaginta, atque auctore ejus Hoam-ti, annoque ejus 8. Postea sequitur indicatio eorum, in quibus unusquisque cyclus incipit, annorum, ab ejusdem Hoam-ti anno 8. idque per omnes imperatores ex historia designatos, ab *Hoam-ti,* ad extrema usque tempora. Adduntur etiam dissertatiunculæ de primis ante Hoam-ti sæculis, de Fohi ejusque prædecessoribus. Impressus est Nam-kimi, & est voluminum 3.

XLIII.

Vam
chen
pien,

id est, de mala usurpatione disceptatio.

Expostulatio est τȣ̃ yam kuam sun à Societatis Jesu Patribus, ut ipse dicebat, male ac contra jus omne usurpato, cum ab imperatore, ob majorem mathematicorum scientiam adsciti sunt ad matheseos tribunal. Volumen 1.

XLIV.

Tien
muen,

id est, cœli porta.

Tractatus est de sphæra, juxta principia antiquorum. Auctor Sacerdos è Societate Jesu, idque τȣ̃ Van-lie temporibus. Volumina 2. exemplaria 2.

XLV.

Tien
muen
lio,

id est, cœli porta parva.

Alius de sphæra tractatus. Volumen 1.

XLVI.

Hoa
ta,

id est, responsio de pictura.

Cum apud nos picturæ modus à Sinarum pictura quàm maximè remotus sit, præsertim quoad figuras, vestes & lineamenta, sæpe interrogantur nostri de vera pingendi & sculpendi arte; quam naturæ consentaneam esse debere, cum certo certius sit, mirum est, cur Sinæ, alioqui naturæ fautores acerrimi, aliud tamen nescio quid, quod in rerum natura non est, sectentur. In præfatione, quæ est de sculptoribus & pictoribus generatim, Sinæ veteres reprehenduntur quod figuras 10. 20. brachiorum & ejusmodi monstra depinxerint contra omnem naturæ viam. Impressio facta sub

Cum-chim, & auctor Sacerdos è Societate Jesu. Volumen 1.

XLVII.

Yven
kim
xue,

id est, dissertatio, seu oratio de specillis longè prospicientibus *(des Lunettes d'approche.)*

Præfatio est de specillorum utilitate iis omnibus qui astronomiam rectè tractare volunt, & per totam dissertationem agitur de vitrorum præparatione, ut inde specilla elaborentur. Præterea objectorum elongationem atque appropinquationem, lucis gradus, colorum similitudinem ac dissimilitudinem, pro hac vel illa distantia & linearum ex hac vel illa describendarum rationem expendit auctor. Scripsit autem sub Tien-ki, τῷ Ta-mim, decimo quinto, & anno ejus 6. Europæus fuit, cum Aristotelem ejusque librum ἀκροάσεων appellet. Volumen 1.

XLVIII.

Kaon
yn
lim
kuo.

Documentum quo res prospicere aut prævidere intelligens possit.

Est opusculum quoddam, ex almanachicorum genere, de sortibus, & ad artem divinandi adaptatum. Volumen 1.

XLIX.

Sin
ke
pe
sin
chao
kuan
nan
xui
ce
li,

id est, novæ editionis Pechimi novum registrum ad Nankimi consensum; seu, pacta conventa pro vectigalibus. Sensus est novam editionem factam indicis, seu catalogi hujus, qui est & mercium quæ inter duas urbes, Pekimum & Nankimum, ultro citroque comportantur, & vectigalium pro unaquaque merce solvendorum. Volumen 1.

L.

Lun
yn
chi
tien,

id est, codex dans sensum rotæ annuæ.

Est almanach ecclesiasticum seu christianum, qualia ad usum Christianorum apud Sinas imprimuntur quotannis. Hoc verò pertinet ad Kam-hi annum 44. & sunt exemplaria 20.

LI.

Liber ἀκέφαλος & sine titulo, sed ex genere almanachico, eoque juxta astrologiæ principia. Porro in hoc libro videre est cyclum & quidquid ad anni ac mensium ordinem pertinet, unà cum prædictionibus. Volumen 1.

GRAMMATICI.

LII.

Cu
lui
pu.

Supplementum ad dictionarium cu luy.

Dictionarium est ad ea supplenda quæ in cu luy desunt. Præfatio duplex, prior ad τῷ cu luy commendationem, in qua dicit auctor additos à se 4595. characteres. Posterior de characteribus generaliùs; in qua de historicis xe san kim vocatis, de veris kim, de lo xu, de characteribus xim & cie, de characterum dissectione ac lectione, &c. fusè agit. Postea ostendunt se claves omnes, unà cum duplicibus ac triplicibus figuris, quotquot habent. Tum subjicitur numerus eorum qui unicuique clavi additi, aut in unaquaque clavi denuò expositi sunt, characterum. Tandem incipit liber ipse, & ad unamquamque clavim fiunt duo. 1.° supplentur characteres novi. 2.° ad characteres in cu luy expositos adduntur significationes novæ. Editus est anno Kamhi 50. Volumina 5.

Cu
luy, vel guei,

aut ampliùs

Yyven
Kin
cu
luy, vel guei.

id est, dictionarium vocatum cu luy vel cu

guei, tom. 14. ab *Yven Kin* editum. De hoc dictionario jam diximus ad codices regios num. 48. Sed alia hæc editio, charactere scilicet majori ac nitidiori, unde apud Sinas dictionarium maximi fieri intelligitur, Volumen 14.

L I I I.

Liber manuscriptus & tantùm inceptus, phrasium; solent Sinæ suas phrases dividere juxta numerum characterum. Phrases igitur sunt 2. 3. 4. 5. 6. vocum, seu characterum, & aliæ simplices, elegantiores aliæ. Volumen 1.

L I V.

Ju
yen
cu
cu,

id est, characteres mixti vocum quatuor.

Libellus est sat malè sculptus, in quo phrases multæ, aut potiùs miscellaneæ characterum 4. quales apud Sinas infinitæ. Volumen 1. Sunt autem quorumdam characterum communiorum.

L V.

Cien
cu
ven
chu
kiai.

Litteratorum in characteres mille commentariolus & expositio.

Characteres sunt undecumque extracti, communes tamen, quorum latè ac distinctè Scriptorum datur supernè explicatio brevis, ex re aliqua aut alio charactere notiori, aut etiam è characteris attributo notionem inculcante. Ex præfatione auctor fuisse videtur non Sina, sed Missionarius; quod tamen non affirmamus. Præfatio id ferè insinuat. Volumen 1.

R E L I G I O.

L V I.

Xen
sem
fo
chum
chim
lu,

id est, via recta bonæ vitæ & finis beati.

Tractatus est de vitæ regula, in quo multæ observationes tum quoad corpus, tum quoad animam. Præfatio est de vitæ cursu ac fine, amplissima, ubi de virtutis via. In secunda parte afferuntur multa de beata Virgine, ac de bona morte. Auctor Sacerdos è Societate Jesu. Liber in-4.° magno, & optimè impressus. Volumen 1.

L V I I.

Liber idem de bonæ mortis via, minori forma. 2. exemplaria, sed partis secundæ de beata Virgine. Vol.

L V I I I.

Ti
chim
pien,

id est, sermo in quo justitia exaltatur; seu veræ justitiæ laudes.

Auctor Jesuita, Theologus, doctusque vir, in præfatione agit de peccato originis, atque incarnationis necessitate. In libro ipso & sectionibus quinque, primùm quæcumque ad dogma & Dei attributa, deinde quæ ad virtutis cultum pertinent, breviter attingit. Volumen 1.

L I X.

Tien
xe, xi
mim
pien.

Elucidationes & distinctiones sectæ τῷ Foe oppositæ.

Tractatus hic totus est contra Foe sectam, & eos qui varias per multa sæcula metempsychoses fingunt. Disputat igitur auctor de peccatis, de pœnis, de paradiso, de inferno; itaque religionem christianam astruit, sectam Foe & alias Bonziorum religiones aut opiniones refellit. Volumen 1.

L X.

Ven
miao
li
yo, vel lo
chi

id est, mens (seu scopus & intentio) cæremoniarum & musicæ quæ in templis litteratorum usurpantur.

Auctor Sina est, & multa habet de Sinarum musica, de forma & cæremoniis templorum; sunt

ſunt etiam illic tonorum muſicorum tabulæ; ac præterea eorum quæ in templis adhibentur, inſtrumentorum omnium figuræ. Volumen 1.

LXI.

Tien
chu
xe
y.

Vera Dei notio.

Opus illud nobiliſſimum *Matthæi Riccii*, è Societate Jeſu Miſſionarii illuſtriſſimi, qui miſſionis Jeſuitarum fundator, atque omnibus litteratorum honoribus decoratus eſt. Vide quæ de hoc libro ad codices Bignonianos diximus n.° 4.° Editio hujus libri multiplex, hæc autem charactere non tam magno, ſed nitidiſſimo. Volumina 2.

LXII.

Tien
hio
xe
y.

Cœli ſcientiæ ſolidus ſenſus: aut, ex titulo interiori, cœli Domini ſolidus ſenſus. Editio ſecunda. Liber eſt *Matthæi Riccii*, idem qui ſupra. Volumen 1.

LXIII.

Chin
chu
lim
ſim
li
chim.

Demonſtratio per rationem, veri Dei naturam eſſe intellectualem.

Ad hanc demonſtrationem partes naturæ omnes, generationem animantium omnium in auxilium advocat auctor, Sacerdos è Societate Jeſu. Volumen 1.

LXIV.

Chu
chi
kiun
chim.

Res omnes à Deo ſumma cura gubernari ac regi, probatio, ſeu oratio demonſtrans.

Reipſa naturam omnino omnem auctor excutit, & hinc providentiam in Deo ſummam eſſe arguit. Capita libri ſunt quindecim, partes duæ. Volumen 1.

LXV.

Chu
kiao
yao
chi,

id eſt, Dei legis ſcopus & mandata; ſeu, quid ſit & quonam conſilio data ſit lex Dei.

Liber eſt capitum decem, quæ de natura & attributis Dei, de rerum origine, de hominis debitis, de bonarum actionum remuneratione, atque inde paradiſo & inferno. Volumen 1. exemplaria 2.

LXVI.

Lum
cu
y
civen,

id eſt, explicatio ſymboli, auctore *Lum-cu*.

Hic liber nihil aliud quam ſymboli apoſtolici explicatio theologica; cui additus eſt tractatus de angelis & anima rationali. Eſt igitur duarum partium. Auctor Miſſionarius è Societate Jeſu, Hiſpanus, cujus nomen Sinicum *Lum-cu*. Vide catal. pag. 4. & 5.

LXVII.

Cie
ke.

Septem victoriæ, ſeu ſeptem mortificationes per quas vincere ſe ipſe homo poteſt.

Liber à *Lum-cu*, ſeu *Lum-yen-ngo*, Jeſuita Hiſpano, ſic apud Sinas appellato, conſcriptus. 1. volumen. Vide catal. Jeſuitarum pag. 5. & codices regios n.° 55.

LXVIII.

Tien
chu
kiam
ſem
yn
y.

Introductio ad intelligendam Domini deſcenſionem & nativitatem, id eſt, incarnationis myſterium.

Tractatus eſt de incarnatione, & partes habet duas. Auctor Sacerdos è Societate Jeſu. Volumen 1.

LXIX.

Chim
gin
yao
cie ci.

Articuli in quibus quæritur quomodo Deus homo fieri possit, ac verus homo evadere.

Præfatio agit de controversia Bonzios inter ac Missionarios, seu Christianos Sinas, quænam sit homini ad perfectionem via. Itaque hîc de variis spirituum juxta Bonzios incarnationibus agitur, proindeque de incarnatione Christi, ac præcipuè de gratia, quæ hominem perficit & ad bene agendum incitat. Auctor libri, Franciscanus. Vide approbationes. Volumen 1. exemplaria 2.

LXX.

Tien
chu
kiam
sem
yen
him
ki
lo.

Narratio brevis actionum & verborum cœli Domini, (id est hoc loco) Domini nostri, postquam de cœlo descendit & incarnatus est: seu tractatus brevis de Verbi incarnatione. Auctor Sacerdos è Societate Jesu, Italus, ex catalogo pag. 9. Multa hîc loca è scriptura allata. Volumen 1. exemplaria 2.

LXXI.

Tien
chu
xim
kiao
xe
lo,

id est, sanctæ Dei religionis verus color; seu genuina adumbratio.

Tractatus est de præcipuis Christianæ religionis fundamentis; de Deo tanquam omnium rerum principio; de ejus gubernatione ac providentia; de hominum genere non æterno; de cœli ac terræ creatione; de Adami formatione (cap. 5.) de anima increata, & hominum à bestiis differentia; de Dei sanctitate, &c. Postea differitur de natura divina, de præceptis, de baptismo. Auctor Sacerdos è Societate Jesu. Volumen 1.

LXXII.

Xim
kiao
su
kuei,

id est, sanctæ legis regulæ quatuor.

Agitur in hoc libro de mandatis Dei, quæ in partes dividuntur duas; alteram, quæ ad Deum, Deique cultum; alteram, quæ ad homines, hominumque inter se conversationem spectat. Auctor Sacerdos è Societate Jesu. Volumen 1. duplex exemplar.

LXXIII.

Tien
xin
hoei
ko,

id est, methodus cognoscendi & associandi spiritus cœlestes.

Agitur hîc de Deo & angelis. Notum est Christianos à Mahummedanis vocatos esse associatores, Maschriquin, quòd juxta eosdem sectarios, Deo aliquem associent Christiani, nempe Christum; apud Sinas aliter sumitur associatio eadem nimirum, non quòd Deo agnito angelum aut genios associent, sed quòd vel Deum & angelos nullo modo agnoscant, vel agnitorum naturam & attributa ignorent, ac materiales potiùs quàm verè spiritales faciant. Exemplaria 2. volumen 1.

LXXIV.

Tien
xin
hoei
ko.

Modus sese adjungendi spiritibus cœlestibus.

Tractatus est de cognitione Dei, de lege Dei, de angelorum natura, de Maria Virgine, de quatuor hominis finibus, &c. Est autem totus in modum catechismi: à Jesuita compositus dicitur. Volumen 1. sed exemplaria 4.

LXXV.

Chin
ſo
chi
chi,

id eſt, veræ felicitatis certa & recta demonſtratio.

Demonſtratur 1.° in terris beatum eſſe poſſe neminem. 2.° Ea quæ in nobis eſt ratione, felicitatem detegi poſſe. 3.° Eum, qui homines creavit, Deum efficere quoque poſſe, ut beatus homo fiat. 4.° Hominem, ſi decem mandata obſervet, fieri beatum poſſe. 5.° Eundem hominem, ſi virtuti operam det, beatitudinis capacem reddi; &c. Agitur poſtea de incarnatione Chriſti, de peccatis eorumque remiſſione, ac de æterna beatitudine, &c. Auctor Sacerdos è Societate Jeſu. Volumen 1. exemplaria 3.

LXXVI.

Tien
chu
xim
kiao
ye
yen,

id eſt, ſanctæ Dei legis congregata verba; ſeu ſanctæ legis abbreviatio & quaſi compendium.

Expoſitio eſt legis divinæ, philoſophica & compendiaria, & impreſſionis admirandæ. Volumen 1. exemplaria 2.

LXXVII.

Vam
chui
kie
hium
pien,

id eſt, diſputatio, falsè urgeri vel proſperitatem, vel infortunia adversùs religionem: cui, nedum adverſentur, è contrario favent.

Quanquam tractatus non adeo amplus ſit, attamen reperiuntur ſat multa de felicitate & infelicitate, de ſortibus & variis figuris, ad rerum fortuitarum divinationem adhiberi ſolitis. Volumen 1.

LXXVIII.

Xim
kiao
yao
li,

id eſt, ſanctæ Dei legis ſcopum eſſe rationi conſentaneum.

Reſponſio quædam eſt ad reſponſiones contra legem Dei propoſitas. Auctor è qua ſit familia non deſignatur. Volumen 1. exemplaria 3.

LXXIX.

Xim
kiao
yao
li,

id eſt, ſanctæ Dei legis ſcopus & ratio.

Parvus eſt catechiſmus & præcedentis compendium. Volumen 1. exemplaria 2.

LXXX.

Pie
vam
xo
po
ho
ke.

Declaratio vanitatis & rerum fortuitò dictarum refutatio.

Opus adverſus Sinarum ſectas, præcipuè τῶ Foe diſcipulos compoſitum. Agitur enim præſertim de animarum revolutionibus & ſectæ illius inferno. Auctor *Ho-ke*, è Miſſionariis unus. Volumen 1.

LXXXI.

Chim
xi
lio
xue,

id eſt, orationem non longam eſſe, ſi quis ſæculum & generationes conſideret.

Senſus eſt ex rerum mundanarum conſideratione, Chriſtianæ religionis capita comprobari & aſſeri. Auctor non indicatur; cæterùm hæc omnia tractat philoſophicè, & contra Ethnicos agit argumentis validiſſimis: oſtenditque & hujus mundi originem & generationem hominum unam, & animam immortalem eſſe, &c. Volumen 1.

LXXXII.

Vam
chen
pien,

id eſt, ſortes mittere rem omnino vanam eſſe, diſputatio.

Sortes apud Sinas frequentes, ita ut ex ye kim divinent: cui quidem rei multa à Miſſionariis oppoſita. Videtur autem hic liber contra Vam-kuam-ſien compoſitus. Volumen 1.

LXXXIII.

Yen
ſiam
xin
kum,

id eſt, ſpirituum igneorum meritum: ſeu quid cogitandum ſit de ſpiritibus igneis.

Liber eſt à Franciſcano compoſitus de rebus in China controverſis. Hîc propriè ad igneos ſpiritus pertinet, eos nempe, quos Sinarum ſectæ, ſive quæ Foe, ſive quæ Lao-tan eſt, ſolent admittere. Volumen 1.

LXXXIV.

Tien
chu
xim
kiao
mum
yn,

id eſt, ad ſanctæ Dei legis obſcuritates introductio, iis qui introſpicere volunt.

Tractatus eſt revera ſublimis de natura, exiſtentia atque attributis Dei, de providentia, de perſonis divinis, de præmiis bonorum, de malorum ſuppliciis, &c. contra Foiſtas. Volumen 1.

LXXXV.

Ta
ke
ven,

id eſt, reſponſio extraneis interrogantibus.

Non ſemel, ſed ſexcenties à Miſſionariis quæſierunt Sinæ Bonzii, Foiſtæ & Laotaniſtæ, cur tandem patriam ſuam relinquerent, loca Aſiæ tam remota peterent; idque ut gentibus, leges alias tenentibus, legem quandam novam annuntiarent; quæ an melior, an divinior eſſet, non cognoſceretur. Satis ergo ejuſmodi interrogationibus reſpondere conatur auctor; & quidquid ad dignitatem Chriſtianæ religionis facit, diſcutit & fusè tractat. Volumen 1.

LXXXVI.

Tien
chu
xim
kiao
hoa
y ny,

id eſt, de ſancta Dei lege perplexitates & dubia propoſita.

Agitur de tien, de xam ti; & ad controverſias Sinicas pertinet. Volumen 1.

LXXXVII.

Tai
y nhi
pien,

id eſt, tractatus de iis dubiis, quæ à litterato Sina adverſus religionem Chriſtianam proponi ſolent ac poſſunt.

Auctor Chriſtianus, qui doctrinam litteratorum Sinarum ac præterea Fohiſtarum apprimè calluit. Quæcumque ergo à litteratis vulgò proponuntur, ea ſine fuco & abſque ulla hæſitatione ſibi ipſe objicit, ac poſtea momentis è ratione deſumtis refellit. Tractatus eſt ob eam rem curioſus; præfatio litteris fluentibus ac neglectis ſculpta; cætera charactere vulgato, eoque nitidiſſimo impreſſa. Volumen 1.

LXXXVIII.

Kim
kiao
lieu
him
chum
kue
poei
ſum
chim
civen,

id eſt, de verbo ad verbum, recta explicatio, qua amœnæ legis (quæ Sinæ regnum pervaſit) lapideum monumentum cum laude elucidatur; ſeu, quod idem eſt, lapis teſtimonii gratia poſitus in laudem magnificæ

legis, quæ ad Sinæ regnum usque penetrarat, ibique suscepta erat, seu diu in honore fuit.

De lapide multi dixerunt. Vide inter Bignonianos n.° 44. & confer, propter quasdam vocum differentias. Volumen 1.

LXXXIX.

Van
ve
chin
yven,

id est, rerum omnium vera origo.

Tractatus est de rerum principio theologicè sumto, quod non est nisi Deus: & transfigitur ea res tota capitibus undecim; in queis generatim ostenditur, res omnes à se non factas, hominem à se ipso creatum non esse, hominem neque à cœlo, neque à terra creari potuisse; per id, quod Sinæ vocant yven ki, nec cœlum, nec terram, ita ut nunc sunt, distribui potuisse, neque à Li creata hæc esse. His omnibus positis, in capitibus sequentibus colligitur, gubernatorem esse aliquem, qui originem ipse non habuerit. Auctor Sacerdos è Societate Jesu. Volumen 1. exemplaria 2.

XC.

Tien
kiai,

id est, gradus cœli.

Agitur de variis virtutibus, hominem eum ad cœlum ducturis, quisquis eas coluerit. Volumen 1. exemplaria 2.

XCI.

Yum
can
tim
hem,

id est, librile stateræ, æterna à temporibus (suppliciis) determinans.

Tractatus de igne inferni perpetuo, & suppliciis purgatorii desituris. Impressus imperatoris Kam-hi anno 35. Volumen 1.

XCII.

Xim
kiao
kien
yao,

id est, sanctæ legis placita abbreviata.

Oratio est sat brevis de religione, ejusque dogmatibus. Auctor è Societate Jesu. Volumen 1. optimè impressum.

XCIII.

Xim
nui
lo
sai
him
xe,

id est, sanctæ mulieris Lo-sai (appellatæ) vita, seu actiones veræ. Nomen est mulieris, sed videtur non aliud quàm Rosæ: imò hæc Rosa non Sinensis fuit, sed Americana, ex urbe Lima. Cæterum liber impressus est sub Kam-hi, & charactere quodam pulcherrimo. Volumen 1.

XCIV.

Tien
chu
kiam
sem
yen
him
ki
siam,

id est, figuræ queis notantur Domini nostri incarnati verba & actiones.

Jam librum hunc habuimus. Vide inter regios n.° 56. Præfatio est de incarnatione & incarnationis loco. Tum sequuntur imagines in quibus vita Christi tota continetur; additis ad imam paginam figuræ, aut imaginis uniuscujusque explicationibus. Figuræ ab Europæo pictæ.. Auctor Sacerdos è Societate Jesu. Volumen 1.

XCV.

Tien
chu
xim
kiao
cum
tu
nuy
kim,

id est, Dei sanctæ legis preces generales quæ in scriptura reperiuntur.

Sunt tantùm *Pater, Ave*, &c. Volumen 1.

XCV.

Liber MS. inſcriptus

pien
hio.

Tractatus de controverſiis Sinicis. Volumen 1.

XCVII.

Tien
chu
xim
kiao
yo
yen,

id eſt, de ſancta Dei lege verba abbreviata.

Doctrinæ Chriſtianæ datur hîc ſynopſis. Auctor Sacerdos è Societate Jeſu. Volumen 1.

XCVIII.

Xim
kim
che
kiai.

Librorum ſanctorum expoſitio vera & ſolida. Titulus paulò aliter; nempe, Domini noſtri, qui de cœlo deſcendit & natus eſt, libri ſancti vera expoſitio.

In hoc opere, neque aliud fit per totum librum, varia ſcripturæ loca exponuntur, prout ſeſe offerunt, juxta ordinem dierum feſtorum. Acceſſerunt præfatio in ſcripturæ commentationem, & indices in feſtorum notitiam. Sculptus eſt imperante Cum-chin. Volumina 8.

XCIX.

Xim.
mu
him
xe,

id eſt, ſanctæ Dei matris acta vera.

Auctor Sacerdos è Societate Jeſu. Vide inter Bignonianos n.° 31.

C.

Xim
jo
ſe
him
xe,

id eſt, veræ divi Joſephi actiones & vita: adduntur ejuſdem litaniæ.

Auctor unus è Societate Jeſu. Volumen 1. exemplaria 2.

CI.

Tien
chu
kiao
yao
chu
lio,

id eſt, explicatio ſeu oratio brevis, in qua legis Dei placita exponuntur.

Ut verè dicam, nihil aliud hîc reperitur, quam preces, *Pater noſter, Ave Maria, Credo,* mandata decem, unà cum expoſitione breviſſima. Auctor Miſſionarius Franciſcanus. Impreſſio parum nitida. Volumen 1. exemplaria 2.

CII.

Tien
chu
kim
kiai,

id eſt, orationis Dominicæ explicatio; ſeu commentarius in orationem *Pater noſter.*

Auctor è Societate Jeſu Sacerdos. Volumen 1.

CIII.

O
hoei
ven
ta,

id eſt, interrogationes & reſponſiones ad Chriſtianorum initiationem.

Opus eſt à Franciſcano compoſitum ad erudiendos Catechumenos; in quo, capitibus quatuordecim, quæ ad Chriſtianum informandum pertinent, ea perſequitur fusè ſatis. Volumen 1. exemplaria 2.

CIV.

Kuen
kim
lien
lim
xue,

id eſt, oratio in qua probatur divites & magnates (veſtitu regio decoratos) pauperibus compati, eiſque eleemoſynam erogare debere.

Hortatio eſt qua divites ad eleemoſynam erogandam incitantur. Auctor Miſſionarius Franciſcanus. Volumen 1.

C V.

Tum
yeu
kiao
hio,

id eſt, legem eſſe atque obligationem debiti à Deo, ut pueri ac puellæ alantur atque educentur.

Tractatus eſt totus de alitione atque educatione. Quamvis enim Sinæ liberorum in patres amorem atque obedientiam perpetuò prædicent, ſæpe tamen & infantes exponunt, & liberos inopia coacti occiderunt. Auctor dicitur PP. Societatis Jeſu Congregatio omnis. Res enim momenti fuit maximi & à Chriſtianis fortiter tenenda ac defendenda. Eſt autem hic tractatus partium duarum, capitum 21. & voluminis 1.

C V I.

Xim
yo
je
him
xe,

id eſt, vita & officium ſancti Joſephi.

Oratio eſt de ſancti Joſephi vita & moribus. Sequuntur litaniæ, quales in libris noſtris quamplurimis. Volumen 1.

C V I I.

Xim
kiao
je ge
kuo.

Sanctæ Dei legis preces quotidianæ.

Editio hæc majori forma quam aliæ. Volumen 1.

C V I I I.

Tien
chu
xim
kiao
kim
ven.

Sanctæ Dei legis precum compoſitio; quales nempe neophytis tradi ſolent. Volumen 1.

C I X.

Tien
chu
xim
kiao
kim
ven,

id eſt, Domini cœli, ſeu Dei, ſanctæ legis preces & catechiſmus.

Continet hic liber orationem Dominicam, ſalutationem angelicam, ſymbolum Apoſtolorum, confeſſionem, præcepta decalogi, catechiſmum, &c. qualia ſuis proſelytis tradunt Miſſionarii. Volumen 1.

C X.

Xim
kiao
ge
kao.

De verbo ad verbum, exercitium diurnum ſanctæ religionis, id eſt, preces horariæ, unoquoque die recitandæ, *Pater noſter, Ave Maria, Credo,* decem præcepta, &c. Exemplaria 3. volumina 3.

C X I.

Xim
mu
him
xe,

id eſt, ſanctæ matris actiones veræ.

Hujus operis tres ſectiones, quarum in prima, ut præfatio exponit, ea ſunt quæ de Mariæ nativitate ac vita dici ſolent; in ſecunda agitur de ea qua per omne tempus & viri ſancti & doctores fuere in Mariam veneratione; tertia eſt de cultu Mariæ, ejuſque interceſſione, atque aliis ejuſmodi rebus. Narratur etiam aliquid de Foæ matre, quæ apud Sinas in honore eſt. Auctor Jeſuita. Exemplaria 2. volumina 2.

C X I I.

Mi
cu
ci
y,

id eſt, miſſæ ſacrificii ſenſus & expoſitio.

Tractatus eſt de nomine, origine, excellentia, ordinatione miſſæ; adduntur cap. 7. 8. 9. 10. de ſacrificio, ac ſacrificii

natura multa. Composuit Sacerdos Italus, è Societate Jesu, doctissimus, ac librorum quorumdam jam supra memoratorum auctor, idque Cum-chin, 帝 Ta-mim ultimi, temporibus. Circa annum 1628. Volumen 1.

CXIII.

Mi
tu (se)
kim
tien,

id est, missarum liber & collectio, seu missale. 3. volumina, ferè in folio, MSS. quorum in uno sunt indices, in aliis missæ.

CXIV.

Su
tu
tien
yao,

id est, officii ecclesiastici collectio, seu de officio ecclesiasticorum. Opus manuscriptum, ferè in folio, in quo multa de officiis generatim, de missa, de præparatione ad missam, de cæremoniis, aliisque rebus omnibus ad munera ecclesiastica pertinentibus disseruntur.

CXV.

Xim
su
li
tien,

id est, liber cæremonialis negotiorum, vel rerum ad Sanctos pertinentium; seu proprium Sanctorum, digestum per anni dies.

Hîc, multò melius quàm alibi, de Sinica nominum nostrorum scriptura judicare est, cum Sanctorum ferè omnium ac festorum nomina characteribus Sinicis reddita sint. Volumen 1.

CXVI.

Tim
mu
sa
ki
lie,

id est, audiendi missam (&) mensæ (sanctæ) ordo.

Libellus est quem nostri missæ ordinarium vocant. Auctor Missionarius Franciscanus. Volumen 1.

CXVII.

Gai
te
chum
y
li
chi
pien.

Quòd virtus amabilis, resque in medio posita; idque nonnisi sensûs acuti ope distingui possit.

Disputatio est philosophica ac theologica de virtutis natura; non solùm per se & in se, sed etiam in religione Christiana. Refutantur Aristotelis, Epicuri ac cæterorum Philosophorum opiniones. Auctor Missionarius Dominicanus. Volumen 1.

CXVIII.

Y
chu
chi
ki,

id est, conformandi nos Domino suprema exaltatio.

Liber in quo modus nosmet erigendi ad supremam Christi conformitatem, traditur. Est ergo imitationis Jesu Christi versio in linguam Sinicam. Volumina 4.

CXIX.

Tien
chu
xim
kiao
lio
xue,
} 132. tr. 6.

id est, de sancta Dei lege oratio brevis.

Præfatio est de hominis perfectione & religionis quæ hominem perficiat, necessitate. In libro ipso, quem in varios paragraphos auctor distribuit, primò cœlum & terram creari nonnisi à Deo potuisse ostendit; deinde ad varia Christiani officia procedit; postea Foæ & Bonziorum opiniones refert, refellitque; tandem hominis in cætera animantia dominationem ex scriptura, ejusque inde gratitudinem & varia officia profluere contendit. Auctor Sacerdos è Societate Jesu. Opus editum anno Christi 1674. Volumen 1.

CXX.

Tien
chu
xim
kiao
pe
ven
tu,

id eſt, reſponſio ad quæſtiones centum de ſancta Dei lege.

Catechiſmus eſt in quo doctrina Chriſtiana ferè tota per quæſtiones & reſponſa. Auctor Sacerdos è Societate Jeſu. Volumen 1.

CXXI.

Cin
kiao
lim
ſi
cie
lo.

Conſenſus Chriſtianorum omnium, eos qui in religionem admittuntur, baptizari ſtatim oportere.

Tractatus eſt de baptiſmi neceſſitate; & diſſeritur de Trinitate, quatenus inter baptiſmi verba adhibentur Pater, Filius & Spiritus ſanctus. Auctor Miſſionarius Franciſcanus. Volumen 1.

CXXII.

Tien
chu
xim
kiao
ſiao
yn,

id eſt, ad ſanctam Dei legem parva introductio.

Præparatio eſt ad catechiſmum, in qua nimirum auctor de cœli ac terræ creatore & de interna hominis conſcientia diſſerit. Nomen auctoris latet. Exemplaria 2. Volumina 2.

CXXIII.

Kiao
yao
ſiu
lun,

id eſt, oratio in formam prologi, vel præliminaris de iis quæ ad legem Dei ſpectant.

Auctor elegantiſſimi hujus & eximiè ſculpti operis, Jeſuita Sacerdos, qui, ut ad legem Dei veniat, primò creationem, deinde providentiam probat; tum ad hominis peculiarem formationem deſcendit, eamque ex ſcriptura deſcribit. Poſtea de peccato originis, atque hominis lapſu multa habet; ac tandem de vita futura loquitur, quam contra Indos & Bonzios æternam ac bonorum remunerationem ſtatuit. Volumen 1.

CXXIV.

Tien
chu
xim
ſiam
lio
xue.

Oratio parva de ſancta Dei imagine.

Imago ſumitur hîc metaphoricè: neque enim hîc ulla eſt figura, ſed de Chriſto ejuſque actis ac prædicatione tantummodò agitur. Volumen 1.

CXXV.

Ven
xe
v
yen,

id eſt, viginti quinque verba.

Oratio eſt parvula, in qua de hominis felicitate, religionum differentia ac diſcretione contra Bonzios diſputatur. Auctor hujus celebris ille *Riccius*. Liber vero impreſſus, imperante Van-lie. Volumen 1.

CXXVI.

U
xe
yen
yu,

id eſt, quinquaginta verba nimis.

Scilicet ad verba Riccii referuntur alius Socii Jeſuitæ verba, ſi viginti quinque non fuerint ſatis, quinquaginta dubio procul ſuperflua eſſent. Multa hîc plena pietatis, tum ex Evangelio verſa, tum ex aliis libris deſumta. Volumen 1.

CXXVII.

Pien
hio
y
tu to.

Diſputatio ſcientifica, & ſcriptura teſtamenti loco relicta.

Tractatus eſt de Deo, & de religione Chriſtiana adverſùs ſectas Sinarum, ac præcipuè ſectam Foe. Volumen 1.

CXXVIII.

Tie
cui
chim
kuei,

id eſt, lavandi peccata rectæ leges.

Tractatus eſt de baptiſmo & pœnitentia, & hinc de religione Chriſtiana generatim, tum de pœnitentia, qua poſt baptiſmum ad conciliandam Dei benevolentiam utimur. Auctor, qui è Societate Jeſu, poſtquam in præfatione de fide egit, diſtinctis in varias ſpecies gentis humanæ peccatis, allatiſque tum ex morali diſciplina, tum ex religione Chriſtiana auxiliis, quæ ad varia hominum delicta ſpectant, ea fusè perſequitur. Volumen 1.

CXXIX.

Pie
vam,

id eſt, falſitas contradictionis, ſeu aperta falſitas.

Tractatulus contra infernum Foiſtarum, quem auctor omnibus modis exagitat, quoad durationem, quoad locum, &c. Volumen 1.

CXXX.

Ta
ke
ven,

id eſt, reſponſiones extraneorum quæſtionibus, ſeu Sinis hæc vel illa adversùs religionem Chriſtianam objicientibus.

Cum ergo adverſentur non raró Sinæ litterati Chriſtianis advenis, differentiam inter ſectas Sinicas & religionem Chriſtianam non magnam eſſe contendentes, neque hanc illis ſuperiorem videri, propterea quòd communia habeant multa; refutat auctor hujuſmodi objectiones; illarumque falſitatem, hujus veritatem confirmat. Exemplaria 3. volumen 1.

CXXXI.

San
xan
lun
hio
ki,

id eſt, recitatio, ſeu commemoratio trium montium inter ſe diſputantium.

Tres montes, proverbium quoddam eſt apud Sinas, idque è Sinarum fabulis ortum, in quibus nominantur etiam eorumdem montium reges, & regum tria nomina. Vide inter Bignonianos n.° 42. Liber à Jeſuita compoſitus. Exemplaria 2. volumen 1.

CXXXII.

Liber ſculptus apud Sinas (in quo etiam characteres quidam Sinici & Tartari) inſcriptus.

Brevis relatio eorum quæ ſpectant ad declarationem Sinarum imperatoris Kam-hi circa cœli, Confucii & avorum cultum; accedunt primatum, doctiſſimorumque virorum & antiquiſſimæ traditionis teſtimonia. Opera PP. Societatis Jeſu, Pekimi pro Evangelii propagatione laborantium.

Librum ipſum ſi quis inſpexerit, agit totus de cultu cœli, Confucii, avorum; de ſacrificiis in eorum templo fieri ſolitis, quæ nonniſi politica eſſe contendunt auctores, adducuntque ex multis Sinarum & præſertim antiquorum Sinarum libris teſtimonia, ex quibus xam ti & tien voces à Sinis Dei ſignificatione acceptas volunt. Exemplaria 2. volumina 2.

CXXXIII.

Xin
ſu
lo,

id eſt, diligentis cogitationis aſſenſus, ſeu ingenii acutè & accuratè cogitantis, aſſenſus.

Liber totus de xam ti & controverſiis Sinicis. Auctor Miſſionarius, eorum ſcilicet ex familia, qui vocantur Hoei-kiao. Vide ergo quæ affert de xam ti, de tien, aliiſque vocibus, olim inter Chriſtianos communibus, nunc cautiùs uſurpari ſolitis; ex quo ſcilicet natæ illæ quæſtiones, de queis diſſerere noſtrum non eſt, præſertim hoc loco. Vidimus jam opera in eam rem plurima. Volumen 1.

CXXXIV.

Chim
hio
lieu
xe,

id eſt, index (Gallicè *Pierre de touche)* rectæ ſcientiæ.

Liber eſt à Franciſcano compoſitus de vera religionis Chriſtianæ ſcientia; & eas præcipuè quæſtiones tractat, quæ controverſias in Sina moverunt, an tien chu, ſeu Deus dici poſſit tai kie, an Deus dici poſſit xam ti, an him tien, an li ki, &c. Capitum eſt paucorum, ſed ea de re multa habet lectu digna. Volumen 1.

CXXXV.

Yum
fo
tien
kiu,

id eſt, æternæ felicitatis (ac) cœli viæ, ſeu modus, quo ad felicitatem æternam ac cœlum pervenire quis poſſit.

Opus de fide Chriſtiana variiſque ejus articulis, idque juxta ordinem ſymboli. Auctor Franciſcanus. Volumina 2.

CXXXVI.

Xim
kiao
kien
yao,

id eſt, ſanctæ legis proſpectus & ſcopus.

Auctor, qui Miſſionariorum extraneorum unus, de iis agit generatim, quæ ad Dei cognitionem, creationem mundi, hominis formationem, animæ immortalis conditionem, fidei ſubſtantiam, &c. pertinent; refutatque ſectarum ac præcipuè ſectæ Foeanæ errores. Liber impreſſus ſub Kamhi, & optimè. Volumen 1.

CXXXVII.

Tien
chu
kiao
yao,

id eſt, ſcopus religionis Chriſtianæ.

Opuſculum in quo *Pater, Ave, Credo* & aliæ quædam preces. Volumen 1.

CXXXVIII.

Mo
lai
pien
lun.

Oratio in qua probatur diſtinctionem nondum veniſſe. Senſus eſt homines his in terris vivere nunc permixtos, & bonos unà cum malis ita confundi, ut diſtingui non poſſint; ſed eventurum aliquando judicium, quo omnes aut omnia diſcernentur. Volumen 1.

CXXXIX.

Tien
chu
xim
kiao
kim
gin, jin
him
xe,

id eſt, eorum, qui ſanctam Dei legem prædicarunt, virorum opera & actiones, ſeu vita.

Hîc videre eſt, ut in cæteris libris, quantùm Sinæ extraneorum nomina detorqueant; vix ac ne vix quidem cognoſci poſſunt, qui hîc nuncupantur Apoſtoli. Auctor Sacerdos è Societate Jeſu. Vol.

Libri Sinici ſcriptura Tunquinenſi.

RELIGIO TUNQUIN.

CXL.

Meditationes de Dominicis primæ claſſis.

CXLI.

Vita beatæ Virginis; Sinicè, ſed ſcriptura Tunquinenſi. Volumen 1.

CXLII.

Vita ſancti Ignatii; Sinicè, ſed ſcriptura Tunquinenſi.

CXLIII.

Quæſtiones de articulis fidei, ſcriptura Tunquinenſi. Tom. 1.

CXLIV.

Tractatus de pietate erga parentes.

CXLV.

Secundus liber conſolationum.

CXLVI.

Tien
chu
xim
niu.

Vita ſanctarum Domini mulierum, charactere Tunquinenſi. Volumen 1.

CXLVII.

Meditationes ad tempus Paſchæ; ſcriptura Tunquinenſi. Volumen 1.

CXLVIII.

Examen peccatorum ad examen conſcientiæ, eorum præſertim quæ homo contra ſe ipſe admittit. Volumen 1.

CXLIX.

De vita Chriſti, liber ſecundus.
De vita Chriſti, liber tertius.
Item de vita Chriſti, tom. 4. 7. 8.
Nonus liber de vita Chriſti ex Evangelio.
Decimus liber de vita Chriſti.

CL.

Liber ἀκέφαλος, ſed ut ex ſequentibus patet, eccleſiaſticus, atque etiam officiorum divinorum pars; charactere Tunquinenſi. Fuit olim Tunquinenſis cujuſdam, vocati Franciſco. Volumen 1.

CLI.

Libri Tunquinenſis pars tertia, qui quidem liber videtur militis cujuſdam vita. Volumen 1.

CLII.

Liber Tunquinenſis, omnino mutilus & ἀκέφαλος, de religione tamen. Volumen 1.

CLIII.

Vitæ ſanctorum variis voluminibus conſcriptæ.

1. volumen.	1. Januarii.
1. volumen.	2. Februarii.
1. volumen.	3. Martii.
1. volumen.	4. Aprilis.
1. volumen.	5. Maii.
Deeſt	6. Junii.
1. volumen.	7. Julii.
1. volumen.	8. Auguſti.
1. volumen.	9. Septembris.
1. volumen.	10. Octobris.
1. volumen.	11. Novembris.
1. volumen.	12. Decembris.

Itaque volumina 11.

IV.°

Libri Sinici à Domino LA BRETECHE Li-tu, *apud Cantones Conſule, in urbe Nan-kim, Regis nomine empti, & in Galliam miſſi anno 1723.*

HISTORIA.

CODEX PRIMUS.

Cu
chi
tum
kien,

id eſt, ſpeculum univerſale, in quo repræſentantur magnorum virorum res geſtæ; unde diſci poteſt ars regnandi. Vide primùm quæ annotavimus ad regios n.° 1. 2. 3. 4. ad Bignonianos n.° 2. 3. & ad Miſſionariorum extraneorum codices n.° 7. 8.

Hæc nova librorum Sinicorum collectio, ſtatim exhibet his quinque primis articulis hiſtoriæ Sinicæ totius monumenta ampliſſima, & annales, quales ſupra deſcripſimus, perfectiſſimos: & præterea ferè quæcumque ad eoſdem annales illuſtrandos pertinent. Porro adeſt primùm hiſtoria eo quem vides titulo; ſed hîc, ut in ſuperioribus, tituli ſunt tres. 1.° Cu chi tum kien. 2.° Cu chi tum kien kam mo, id eſt, additio ad principia ſpeculi. 3.° Su cu chi tum kien kam mo. Hîc de primo tantum agitur. Volumina 128.

II.

Cien
pien
cu
chi
tum
kien,

id eſt, ad partium anteriorum eventus aut res geſtas ſpeculum; quod eſt de rebus antiquitus geſtis, & temporibus hiſtoriæ tum kien

vocatæ initia antecedentibus, speculum itidem administrationi accommodatum.

Auctor operis, ut alibi diximus, *Kin-gin-xan,* qui Ivenidarum ætate annales per annos 1930. ab Yao nempe ad Guei-lie-vam, una serie contexuit. Involucrum 1. volumina 10.

III.

Cu		Su
chi		cu
tum		chi
kien	&	tum
kam		kien
mo		kam
chim		mo.
pien.		

Partes sunt annalium; altera in qua de ordine eventuum ac chronologia differitur. Involucra 8. volumina 80. Altera in qua res novæ ac prætermissæ congeruntur. Inlucra 3. volumina 30.

IV.

Tum
kien
ki
su,

τῶ tum kien, seu historiæ chronica, quæ eo tantùm tendunt, ut res gestas, ad suum unamquamque tempus revocent. Unde alium quoque titulum præ se ferunt, nempe mim ki, &c. elucidationes. Impressus hic liber regnante Xun-xi, τῶ Kam-hi decessore. Involucra 2. volumina 20.

V.

Sum
yven
tum
kien,

seu historia imperatorum è familiis Sum & Yven, Sum per annos 320. ab anno Christi 960. ad annum 1279. Yven seu Ginguis-kanidarum per annos 88. ab anno Christi 1280. ad annum 1367. Porro hic liber pertinet etiam ad annales, eisque vulgò subjungitur. Auctor fuit *Xao-kia-xan,* regnante τῆς Mim familia. Involucra 3. volumina 30.

Nunc corpus quoddam est historiæ Sinicæ, quod dicitur nien ye su, quasi historici 21. Vidisti autem ea historiæ monumenta quæ generalia sunt, & tempora Sinicæ gentis ferè omnia complectuntur, fuimusque hîc breviores ideo, quia de annalibus sigillatim, idque amplissimè ad regios & Bignonianos codices diximus. Præcesserunt igitur opera quinque magna; nunc per ordinem cætera indicabimus, ac primùm quidem de su ki, id est, memoriis historicorum agendum est.

VI.

Su
ki,

id est, memoriæ historicæ.

Atque hæc est historia trium priorum familiarum, nempe 1.° familiæ Hia-chao, quam per annos 441. ab anno scilicet 2207. ante æram vulgarem, ad annum 1767. regnasse didicimus. 2.° Familiæ Xam seu Yn, quæ per annos 644. id est, ab anno 1766. ante Christum, ad annum 1123. viguit. 3.° Denique familiæ Cheu, quæ per annos 874. id est, ab anno ante Christum 1122. ad annum 249. principatum tenuit. Incipit ergo ab Hoam-ti quidem, sed τῶ Yao diluvium atque ejusdem inundationes supponit. Reperias ibi præterea quæcumque ad cycli ab Hoam-ti inventi confirmationem pertinent, eaque sat fusè exposita. Auctor est *Su-ma-cien,* cujus stylum & elegantiam prædicant Sinæ; sed additi postea commentarii à *Su-ma-chim,* qui ad Fohi usque ascendit, ac proinde τῆς Hoam-ti, Xao-hao, Chuen-hio, Ti-ko, Yao & Xim monumenta admittit. Involucra 2. volumina 14.

VII.

Cien
han
xu,

id est, historia τῆς Cien-han, seu τῆς Han anteriorum; idque propter τῶν Heu-han, quos videbis postea inter U-tai post annum Christi 906.

Tota est hæc historia de familia quinta, seu Han-chao, quæ regnavit annis 425. ab anno scilicet 206. ante æram vulgarem, ad annum ejusdem æræ 219. Auctor *Puon-ku,* qui scripsit familia τῆς Han Orientalium regnante annis post Christum 1000. Porro impressio eadem quæ in historia τῆς Cheu; sed hæc ubique notis illustrata est charactere minutiori. Involucra 3. volumina 22.

VIII.

San
xue
xu,

id eſt, hiſtoria trium regnorum.

Scilicet τῆς Han prioribus deturbatis, anno poſt Chriſtum 219. imperium in tres partes diviſum eſt. Regna igitur fuerunt tria; ſed eorum maximum ſeptentrionale; quare & ipſe liber in tres quoque partes diſtributus eſt, quarum prima de Goei. Secunda, de U. Tertia, de Gin vel Cho. De Goei ſunt kiven 30. de U vel Gu 20. de Cho vel Gin 15. Auctor appellatur *Chim-xeu;* vixit ſub Cin anterioribus, poſt annum Chriſti 264. Iuvolucrum 1. volumina 10.

IX.

Cin
xu.

Hiſtoria hæc tota eſt de Cin-chao, ſeu eorum imperatorum familia qui ab anno Chriſti 265. ad annum 419. regnaverunt. Nec confundendi ſunt cum cin illis, qui τῶν Cheu ſucceſſores fuerunt; alio enim charactere ſcribuntur: unde priores ab auctoribus Europæis vulgò per I-cin, poſteriores verò per Y-cin ſcribi ſolent. Hujus hiſtoriæ auctor *Tam-tai-cum,* τῶν Tam dynaſtiæ ſecundus fundator, qui vivebat anno Chriſti 627. Involucra 3. volumina 26.

X.

Sum
xu,

id eſt, res geſtæ à Sum imperatoribus.

Sunt autem ii ſeptem, qui è priori familia Sum, ab anno Chriſti 419. & per annos 59. regnaverunt. Differt autem ab alia illa hiſtoria quæ inſcribitur etiam Sum xu, & eſt Sum poſteriorum. Involucra 2. volumina 20.

XI.

Pe
ci
xu,

id eſt, res geſtæ Pekimi.

Ab imperatoribus ſcilicet familiæ Ci ſeptentrionalibus per annos 23. quos duravit Ci-chao, ab anno Chriſti 479. ad annum 502. inter parvum Sum-chao & Leam-chao. Auctor *So-cu-hien,* vixit regnante familia Tam. Involucrum 1. volumina 8.

XII.

Nan
ci
xu,

id eſt, res geſtæ Nankimi.

Ab imperatoribus ſcilicet familiæ Ci meridionalibus, eodem tempore. Auctor idem. Involucrum 1. volumina 8.

XIII.

Leam
chin
xu,

id eſt, hiſtoria rerum à τῆς Leam & à τῆς Chin geſtarum.

Imperatores Leam vocati, quæ eſt familia decima, regnarunt per annos 55. ab anno Chriſti 500. vel 502. ad annum 555. Eos autem ſecuti & comitati ſunt, qui è familia Chin, ita ut horum anni non computentur, & in annis 24. τοῦ Ven-ti & τῆς Leam 2. comprehendantur. Auctor *Tiao-ſu-lien,* qui nonniſi familia Tam regnante ſcripſit. Involucrum 1. volumina 13.

XIV.

Pe
ſu,

id eſt, hiſtoria ſeptentrionalis.

Seu res geſtæ Pekimi, cum imperio diviſo ſederent illic imperatores Nankimenſium adverſarii, quod factum eſt præſertim τῶν Leam & Chin temporibus. Multa præterea ibi reperias, quæ ad peculiarem urbis Pekimi hiſtoriam pertineant. Auctor *Li-yen-xeu,* vixit poſt annum Chriſti 618. & ſcripſit ſub imperatoribus Tam. Involucra 3. volumina 26.

XV.

Nan
ſu,

id eſt, hiſtoria meridionalis. Hîc enim Nan intelligitur & de meridie & de Nankimo, quæ urbs regia meridionalis.

Eſt etiam hæc hiſtoria illorum eorumdem temporum quæ à Ci-chao ad Tam-chao effluxerunt, nempe ab anno Chriſti 479 ad annum 618. Volumen primum eſt de Ci, volumen ſecundum de Chin, &c.

Et vocantur Ci-puen-ki, Chin-puen-ki, id est, historia peculiaris ꝑ Ci, historia peculiaris ꝑ Chin: cætera ejusdem libri volumina alium præ se ferunt titulum, nempe Lie-chuen, quasi dicas, commentarius rerum dispositivus, & dissertationes sunt in omnem ætatis illius historiam; in quibus proinde genealogiæ quamplurimæ & summa rerum gestarum cognitio. Volumen ultimum totum est de insula Hai-nan. Auctor idem *Li-yen-xeu*. Involucra 2. volumina 15.

XVI.

Sui
xu,

id est, historia ꝑ Sui.

Norunt qui historiam Sinicam legunt, imperatores Sui 𝔊𝔦𝔠 Leam & Chin successisse annis post Christum 581. nec plures quàm tres regnasse, Ven-ti scilicet, Yam-ti, & Kum-ti. Eorum tamen historia est longa satis & ad instar præcedentium digesta, adeo ut historia ꝑ Sui præeat, sequantur commentarius & genealogiæ. Auctor *Guei-chim*, vixit sub ꝑ Tam dynastia. Involucra 2. volumina 16.

XVII.

Tam
xu,

id est, historia ꝑ Tam.

Dynastia hæc ab anno Christi 618. ad annum 906. per annos 289. regnavit. In primo volumine imperatorum ejus omnium series genealogica exhibetur; itidem in fine sui cuique imperatori anni criticè afferuntur. Auctor *Ngeu-yam-sieu*, vixit regnante familia Sum. Involucra 4. volumina 43.

XVIII.

U
tai,

id est, magnates quinque.

Per u tai, seu magnates quinque, intelliguntur ii, qui post familiam ꝑ Tam imperium rexerunt, idque per annos 53. ab anno Christi 906. ad annum 959 Vocantur autem illi quinque Heu-leam, Heu-tam, Heu-cyn, Heu-han, Heu-cheu. Hîc autem duo etiam reperiuntur 1.° quidem uniuscujusque familiæ monumenta & historiæ. 2.° verò rerum gestarum dispositio & quasi concordia. Initium ducitur à 𝔊𝔦𝔠 Leam per capita 5. Sequuntur Heu-tam per capita 2. Postea Cyn quorum in Sankue præcessit Cyn-chao per capita 2. Succedunt Heu-han per caput 1. Denique habentur Heu-cheu per caput 1. Quæ omnia titulum præ se ferunt Puen-ki. In commentario eadem reperias sed multò uberiora, & unà cum genealogiis amplissimis. Occurrunt ergo:

1.° Familiæ Leam series, quæ est personarum 19.

2.° Familia ꝑ Heu-tam, quæ est personarum 39.

3.° Familia ꝑ Cyn, quæ est 18.

4.° Familia ꝑ Heu-han, quæ est 5.

5.° Familia ꝑ Heu-cheu, quæ est 19.

Adduntur qui postea fuerunt inter vassallos seu subditos, & miscellanea de iisdem familiis plurima. Auctor idem *Ngeu-yam-sieu*. Involucrum 1. volumina 7.

XIX.

Heu
han
xu,

id est, historia ꝑ Han posteriorum, cum generali ꝑ U-tai nomine.

Indicantur dynastiæ illæ quinque ꝑ Heu-han dictæ, quæ nonnisi unum imperatorem vulgò exhibent; sed plerique ætatis illius turbulentæ imperatores unà simul regnarunt, dum series temporum ab hoc aut illo desumta est. Itaque in ordine imperatorum Sinensium hîc designatur tantùm Kao-cu, sed in hoc de 𝔊𝔦𝔠 Heu-han volumine nominantur septem, & quindecim imperatrices quarum facta memorantur. Adduntur præterea res numero propè infinitæ historicæ ac geographicæ, quas inter de eclipsi lunæ tunc observata fit mentio. Duæ sunt & hujus historiæ partes, sicut & præcedentium, quarum prima imperatorum res gestas & propriè historiam continet, altera in eandem historiam commentarios. Auctor *Fan-hoa*, vixit sub 𝔊𝔦𝔠 Sum anterioribus post annum Christi 420. sed notæ & scholia auctorem habent *Kao-cu*, primum ꝑ Tam-chao imperatorem. Involucra 2. volumina 18.

XX.

Cheu
xu,

id est, historia ꝑ Cheu.

Hæc historia, quæ propriè τῆς Heu-cheu, ad eos imperatores spectat, qui ex antiqua τῆς priorum Cheu familia anno Christi 351. solium etiam ipsi recuperarunt. Descendebant autem, juxta auctorem, non solùm à veteribus Cheu, quorum fundator Vuvam, sed ab ipso Xin-num, cujus nomini, inde ab ipsius Fohi temporibus, reverentia semper habita est. Porro in hoc libro genealogiæ sunt temporum ferè omnium amplissimæ, sed cum de ætatibus agatur remotissimis, rebus obscuris, unicuique capiti inseruntur notæ criticæ ac dissertationes, præter morem, cum in cæteris historicorum libris conciliatio & concordia ad finem remittatur. Auctor *Lin-kuate-fuen,* vixit regnantibus τῆς Sum, post annum Christi 960. Involucrum 1. volumina 8.

XXI.

Hum
kien
lu,

id est, rerum historiæ Sinicæ appensarum & adjungendarum, ac selectarum selecta descriptio.

Scilicet cum sub τῆς Ta-mim finem libri historici quamplurimi subito incendio combusti essent, timuerunt imperatores ne historiæ universæ noceret ejusmodi incendium: itaque ut damnum resarciretur, nominati ab ipsis quidam viri eruditi è Sinis doctoribus, qui historias deperditas hinc inde colligerent, atque in compendium redigerent: adeo ut hoc opus dynastias novem repræsentet, nimirum τῆς U-tai, τῆς Sum, τῆς Leao, τῆς Kin. Unde hoc historiæ Sinicæ accessit supplementum maximum; auctæ enim priores sex, posteriores duæ additæ, quæ duæ nonnisi obiter descriptæ illuc usque fuerant. Opus ergo est longè maximum & summè necessarium, cum ea addat de Leao & Kin, id est, de Altunchanis, Ginguiskanidis aliisque ejusmodi Tartaris, quæ historici nostri attigere paululùm, sed frustra alibi requiras, ea qua par est abundantia. In primo volumine pro more occurrunt genealogiæ regnorum illorum omnium amplissimæ & accuratissimæ. Auctor *Chao-kim-pam.* Vide præf. 3. Impressio vero procurata anno τῆς Kam-hi 27. Involucra 7. volumina 64.

XXII.

So
hum
kien
lu,

id est, additiones ad librum Hum-kien-lu, sed aliud etiam nomen præse ferunt, scilicet Yven su luy pien; id est, rerum in historia τῆς Yven inæqualium ac difficilium ordinatio.

Notum est hodie omnibus post Ginguiskami mortem, ei successisse Cublai Kamum, & ejusdem Cublai ætate, cum nempe bella unà cum Sinis præsertim Nankinensibus gereret, ad ea loca accessisse Marcum Paulum Venetum, adeoque cum seditione bellisque, propter Tartorum irruptionem ferverent omnia, essentque apud Sinas hinc imperatores Sinenses, illinc Ginguiskami successores & qui τῷ Cublai opitulabantur. Neque verò abs re est quod titulum ejusmodi libro suo auctor Sina, cui nomen *Cin-vam,* præfixerit; continet enim tomus primus (videbis etiam penultimum) regum seu imperatorum Tartarorum genealogias. Involucra 2. volumina 26.

XXIII.

Hoam
mim
su
kai.

Hæc est historia τῆς Ta-mim quasi compendiaria, quod titulo innuitur, cujus sensus est historiam τῆς Ta-mim imperatorum immensam esse, ad hoc tamen compendium posse redigi; hîc enim res gestæ imperatorum hujus familiæ omnium, ab Humvu ad ultimum usque breviter exhibentur; quorum catalogum voluminis primi pars continet, cætera historiam complectuntur.

Sed nota eum quem vides titulum nonnisi generalem esse, & opus totum idque unum, ex auctoris mente in partes divisum esse quinque, unde exurgunt libri etiam quinque. Primus ergo liber, seu prima pars operis inscribitur hoam mim su kai; sed in primæ partis capite titulus interior est, hoam mim ta chim ki, id est, τῆς hoam mim, imperatorum Mim magnarum rerum gestarum, seu rerum regiè ac magnificè gestarum memoriæ vel historiæ. In hoc libro rerum militiæ ac domi gestarum narratio simplex

ſimplex ac ferè nuda; attamen liber eſt ſat ponderoſus. Involucrum 1. volumina 12.

XXIV.

Secundus liber, ſeu ſecunda pars operis inſcribitur

hoam
mim
ta
hiun
ki,

id eſt, leges ab imperatoribus dynaſtiæ Mim viris latæ: nam vocis hiun hæc ſignificatio propria, ut viris non feminis adaptetur.

Eſt igitur ſecundus iſte liber quaſi codex legum per omne ℟ Mim tempus latarum, nec recedit auctor ab eodem regnorum ordine, unde hic novus idemque imperatorum catalogus. Sed quod maximè obſervandum, quæcumque ad libros & litteraturam, ſi ita loqui fas eſt, pertinent, ea cæteris ubique antepoſita videre eſt; ita ut ab ipſis etiam imperatoribus, non ſolùm hi aut illi libri, ſed hujus vel illius operis præfationes emanaſſe dicantur. Involucrum 1. volumina 7.

XXV.

Tertius liber, ſeu tertia pars operis inſcribitur

hoam
mim
tai
ſu
ki,

id eſt, operum à magnificentiſſima ℟ Ta-mim dynaſtia factorum aut conſtructorum hiſtoria.

Hîc reperias breviter collecta ea, quæ per omnes Sinici imperii provincias, regnantibus Ta-mim, facta, conſtructa, ſtabilita, reædificata ſunt: quæ ad canales, ad flumina, ad fluvios, ad fontes, ad lacus, ad hoſpitia Mandarinorum, ad præſidia militum, ad urbes bellicas, ad collegia, &c. pertinent.

XXVI.

Liber quartus, ſeu pars quarta operis inſcribitur

hoam
mim
kai
kue
chin
chuen,

id eſt, commentatio hiſtorica, in qua oſtenditur quomodo vaſſallos & regna extranea aperuerint, id eſt, agreſſi occuparint dynaſtiæ Mim, magni imperatores.

Hîc agitur de bellis à Mim geſtis, ſive internis, ut vaſſalli ad obedientiam redigerentur, ſive externis, ut hoſtes debellarentur. Præmittitur ducum ac vaſſallorum enumeratio ampliſſima. Involucrum 1. volumina 6.

XXVII.

Quintus denique liber, ſeu quinta pars operis inſcribitur

hoam
mim
ſun
kue
chin
chuen,

id eſt, commentatio hiſtorica, in qua oſtenditur quomodo regna quædam & vaſſalli quidam magnificæ ℟ Ta-mim dynaſtiæ per ſe ipſi, nullo cogente ac libentiſſimè obedientiam jurarint ac præſtiterint.

Pars hæc eodem involucro includitur, & tomos continet tantùm duos.

Atque hoc eſt rerum ab Hum-vu, & ſequentibus imperatoribus geſtarum compendium. Auctor unus è ſummis Mandarinis.

XXVIII.

Ta
mim
hoei
tien,

quaſi dicas, codices quibus ea omnia, quæ ad imperatorum è familia Ta-mim dynaſtias pertinent, continentur.

Jam inter codices Miſſionariorum Extraneorum n.° 5.° vidiſti codicem qui eundem præ ſe ferret titulum, & eſſet volum. 10. ſed nihili iſte eſt, ſi cum eo, de quo nunc agimus libro, contuleris. Hic enim liber opus eſt vaſtiſſimum, in quo habes quidquid à magnis illis imperatoribus geſtum

est, leges eorum omnes, quo tempore, quam ob causam latæ; si quæ in quindecim provinciis factæ mutationes, si qua templa ædificata; item tribunalium omnium ordinem, urbium omnium, præsertim Pekimi & Nankimi πολιτείαν quoad magistratus & summa tribunalia; quicumque non solùm in iisdem urbibus, sed etiam per omne imperium magistratum exercuerunt. Prætereа quicumque duces exercituum, quicumque militiæ in urbibus & provinciis præfecti; uno verbo, omnes omnino magistratus omnium omnino urbium primi, secundi & tertii ordinis: imò & pagorum & arcium singularum. Itidem enumerationes templorum, collegiorum, Sacerdotum, adeoque earum quæ in Sina regia auctoritate probantur religionum cultus, observationes, ipsas etiam ad unumquemque Deum orationes. Denique litteratorum omnium nomina ac lucubrationes. Unde colligas in nulla unquam gente, tantam tamque accuratam rerum ferè omnium descriptionem factam esse. Involucra 8. volumina magna in folio 60.

XXIX.

Van
sim
tum
pu,

id est, omnium cognominum epitome, & liber genealogicus.

Ad historiam quoque pertinet hoc opus, quod Sinarum ferè omnium genealogias complectitur; magnorum quidem virorum præcipuè nomina vitasque, quanquam breviusculè, repræsentat, idque in omnibus facultatibus, litteratorum scilicet, imperatorum, ducum, artificum illustrium, veluti poëtarum musicorum, architectorum, fabrorum, &c. Sic de Fohi, Niu-va & de San-tai, seu tribus primis familiis, Hia-xam & Cheu, de τῶν Cheu & Cyn prosapia, &c. Sed his non contentus auctor, nominum etiam combinationes maximè usitatas, quolibet tempore & in variis provinciis, per characteres & characterum inter se conjunctiones, imò sæpe per varios tonos expendit. Ordo idem ferè per omnes libri partes, præter quam in prima, ubi est virorum celeberrimorum enumeratio. Nam in cæteris nomina per primum saltem characterem, non raròper duos similia exhibentur; ita ut dictionarii historici loco esse possit. Indicat vero suo nomine viri uniuscujusque patriam, sæpe parentes & cognatos, si fuerint illustres, opera atque ætatem, id est, sæculum, ubinam & quonam regnante quisque vixerit. Auctor *Lie-tai-ti-vam*. Liber pessimè impressus. Involucra 4. volumina 40.

XXX.

Kue
yu
kue
ce,

id est, sermones de regno; regni libri.

Is est vulgaris hujus operis titulus, sed in fronte additur:

Pam
yun
so
puen,

id est, unà cum expositione laterali & additionibus singularibus.

Agunt hi libelli de imperio & optimo imperii administrandi modo, quem exemplis ex historia antiqua petitis confirmant. Antiquissimi sunt, quippe quos sub τῶν Han dynastia extitisse, imò & antiquos tunc temporis creditos esse constat; cum sub iisdem Han à Lieu-hiam revisi ac recogniti sint. Eorum auctores ignorantur. Hæc vero editio Kam-hi regnante procurata est, anno ejus 24. Involucrum 1. volumina 3.

PHLOSOPHIA.

XXXI.

Chu
cu
civen
xu,

id est, τῶ chu cu librorum collectio.

Atque hic est horumce librorum titulus generalis, sed opus ipsum veluti triplex, & unumquodque peculiari quodam gaudet titulo.

Primum nempe inscribitur

yven
kim,

quasi dicas, abyssi speculum, seu speculum quo in abyssum penetrare possimus, id est, in cor humanum.

Ita inscripsit suos in Ta-hio, aut generatim in Su-xu commentarios doctor Chu-ven-kum; huc verò philosophiæ ferè omnis quasi compendium contulit; namque agit,

idque ſat fuſè, de poëſi, de officiis, de muſica, de naturæ ratione, de ratione per univerſum diffuſa; præterea de Lun-yu, de Mem-cu, de Chum-yum per volumina 4. Tum librum Ye-kim aſſumit volum. 5. 6. 7. Poſtea de familia Xam differit; nimirum de Y-yn & Cheu-kum, cujus ultimi extant commentationes in Ye-kim. Imò tractat de auctoribus quibuſdam aliis antiquiſſimis, aut qui res manifeſtò antiquiſſimas ſcripſerunt, ut Lie-tai de quo ſupra. Scriptum hoc τῶ Chu-hi, ſeu Chu-venkum, involucrorum eſt 4. voluminum 40.

XXXII.

Secundum opus inſcribitur

mo additiones ad
gan. Chu-hi.

Hoc ſecundum opus continet miſcellanea itidem philoſophica; ubi ſæpe in utramque partem diſputatur liberrimè, pro more Sinarum Philoſophorum. Involucra 5. volumina 50.

XXXIII.

Tertium opus inſcribitur

tum
pien,

id eſt, ſimilium & differentium.

Atque illud eſt tertium τῶ Chu-hi opus, illudque latiſſimum, in quo ſcilicet infinita ſunt quæ tum ad antiquitatis notitiam, tum ad Philoſophorum dogmata ſpectant; ita ut propter has lucubrationes τῆς Chu-hi, vel Chu-ven-kum hominem quaſi cœlitus delapſum Sinæ ſuſpexerint. Hoc ultimum opus eſt involucrorum 3. voluminum 26. ſed ſpiſſorum.

XXXIV.

Cin
tai
mi
xu,

id eſt, τῶ Mi-xu porta draconis tacta & cuſtodita.

Hic titulus ex Sinarum fabulis deſumtus eſt: fingunt enim locum beatitudinis ac veræ ſcientiæ & vitæ undequaque circumſeptum atque ab immenſæ magnitudinis dracone cuſtoditum, ne quis impius, ſive, ut aiunt, non adeptus, ingrediatur; unde qui in arte magna, ſeu lapide illo philoſophico inquirendo operam ponunt, quod & à Sinis factitatur, illi eidem arti tenebras & caliginem ſolent offundere. Sed quemadmodum apud Cabaliſtas, ſive noſtros, ſive Hebræos & Mahummedanos, ſub arcanorum nomine exponuntur quæſtiones philoſophicæ, theologicæ & hiſtoricæ numero propè infinitæ, ita & hîc apud magnum hunc Cabaliſtam, ſeu potiùs Cabaliſtas, nam collectio eſt, innumera artis & naturæ miracula reperiuntur. Opus per ſe quaſi immenſum, cum partium ſit quindecim magnarum. Involucra 20. volumina 163.

XXXV.

Vam
yam
mim
ven
cie,

id eſt, τῶ Vam-yam-mim operum collectio.

Miſcellanea ſunt philoſophica, ſeu hiſtorico-philoſophica, in articulos breves quidem, ſed quingentos circiter diviſa; in quibus de antiquis libris & hiſtoricis liberè ac criticè diſſeritur. Reperias ibidem ex antiquis monumentis excerpta, & multa de quorumdam regum hiſtoria, ac Philoſophorum illuſtriorum vita & moribus nova; imò de hoc vel illo hiſtoriæ articulo, quem vel antiquat Philoſophus, vel calculo ſuo confirmat. Auctor *Vam-yam-mim,* vixit regnante τῆς Mim illuſtri familia. Involucra 2. volumina 16.

XXXVI.

Han
goei
cum
xu,

id eſt, opuſculorum τῆς Han & τῆς Goei ætatibus editorum collectio, ſeu coacervatio.

In hanc collectionem contributa opera quædam, non ampla quidem, ſed à magnis viris aut elaborata, aut recuperata, è quibus in antiquorum Sinarum doctrinam atque artes redundat non exigua lux. Multa ergo illic de Cheu-kum, de Tai-kia, de Tai-pe, de Y-yn, aliiſque quamplurimis aut colais, aut doctoribus; quocirca in voluminis ferè uniuſcujuſque capite præfatiunculæ ſunt, quæ de unoquoque opuſculo, quodnam ſit, & unde venerit, doceant. Auctor collectionis *Tu-lum,* idque τῆς Mim tempore. Involucra 5. volumina 60.

XXXVII.

Yu
chi
sim
li
ta
civen
xu,

id est, librorum de naturæ ratione philosophicorum magna collectio; eaque impressionis imperialis. Auctores Mandarini ex collegio Han lin. Vide quæ ad regios codices annotavimus n. 18. Invol. 4. vol. 42.

XXXVIII.

Sim
li
ta
civen
hoei
tum,

id est, collectionis librorum de natura totius collectio generalis & perfecta; seu quod idem est, quæcumque ad intelligendos τῶ sim li ta civen libros omnes facere possunt, unà simul congregata.

Liber idem editionis alius antiquioris: est enim sub dynastia τῆς Mim, imperium tenente Yum-lo procurata. Auctores iidem Mandarini collegii Han-lin. Vide itidem codices regios n. 18. Involucra 4. volumina 34.

XXXIX.

Sim
li
hoei
tum,

id est, τῶ sim li, seu librorum de natura, seu physica, philosophicorum collectio generalior. Involucrum 1. volumina 16.

XL.

Sim
li
goei
yao,

id est, variarum quæ in sim li continentur opinionum brevis collectio & scopus.

Auctor *Cheu-hoai;* editio τῆς Mim temporibus & sub Cum-chim procurata. Inlucrum 1. volumina 9.

XLI.

Chu
cu
hum
cao,

id est, τῶ chu cu vocum magnarum, seu acutè & sententiosè dictarum, compositio & collectio rhetoricè ornata.

Apophthegmata sunt veterum, præsertim magnorum imperatorum, litteratorum ac philosophorum. Liber verè elegans, brevitatisque & sagacitatis laude admirabilis. Incipit à Ven-vam, & auctor, quisquis fuerit, videtur τῆς Lao-su sectæ savisse. Involucrum 1. volumina 6.

MATHEMATICI.

XLII.

Tien
ven
ta
chim,

id est, cœli scientiæ magnum opus; quasi dicas almagestum.

Agitur enim præcipuè de astronomia & astrologia, quæ scientiæ apud Orientales imò apud antiquos omnes ferè conjunguntur. Hîc figuras videre est multas globorum, astrorum, planetarum, solis, lunæ, &c. In primo volumine, post præfationes, catalogus est & enumeratio eorum qui apud Sinas observandis astris operam dedere omnium, & sunt, ut minimum quid dicam, quingenti. Tum sequitur rerum astronomiæ & astrologiæ subjectarum index propè infinitus. Auctor *Hoam-lo-gan,* aliàs *Hoam-tim-yo-ulh,* vulgò *Hoam-tim-yo.* Involucra 2. volumina 24.

XLIII.

Cem
pu
suon
fa
tum
cum
civen
xu,

id est, collectio librorum ad generales numerandi regulas facientium.

Tractatuli sunt complures, breves & mutili, de antiqua Sinarum arithmetica. Involucrum 1. volumina 4.

MEDICI.

XLIV.

Puen
cao
kam
mo,

id eſt, principia neceſſaria ad proprietates herbarum cognoſcendas.

Vide regios codices n.° 27. & ſequentibus. Bignonianos n.° 19. Hic involucra 4. volumina 40.

LIBRI SACRI ET CANONICI.

Tredecim libri ſequentes commentarii ſunt, vulgò inſcripti xe ſan kim, *vulgò vocati* kim, *& referuntur inter canonicos, quanquam eorum aliqui non ſint canonici. Sunt autem ita compoſiti, ut in pleriſque commentarius ſit & paraphraſis.*

XLV.

Primus inſcribitur

cheu
ye,

id eſt, Ye 朝 Cheu, aut à Cheu-kum olim illuſtratus.

Hic liber primùm unà cum interpretatione editus à *Vam-pi,* ſub 朝 Gocy dynaſtia, poſtea cum paraphraſi à *Kum-yn-ta,* regnantibus Tam. Involucrum 1. volumina 6.

XLVI.

Secundus inſcribitur

xam
xu
kim,

id eſt, liber xu kim 朝 Xam, ſeu qualis à dynaſtia Xam traditus eſt; vel libri xu kim editio magnifica.

Hæc eſt editio 書 xu kim unà cum paraphraſi, cujus auctor *Kum-xi,* qui vixit ſub dynaſtia 朝 Han; & præterea cum interpretatione ejuſdem *Kum-yn-ta*, de quo ſuperiùs. Additur in pleriſque commentarius alius vocatus chuen. Involucrum 1. volumina 8.

XLVII.

Tertius inſcribitur

mao
xi
chu
ſu

id eſt, xi kim unà cum commentario, cujus auctor *Chim-xi,* & paraphraſi cujus auctor *Kum-yn-ta,* quorum prior ſub Han, poſterior ſub Tam ſcripſit. Involucrum 1. volum. 20.

XLVIII.

Quartus inſcribitur

chun
cieu
co
chuen,

id eſt, liber chun cieu, ſeu veris & autumni, cujus auctor *Confucius,* commentariis ad marginem illuſtratus.

In hoc autem libro reperitur etiam commentarius cujus auctor *Kum-yn-ta;* & paraphraſis cujus auctor *Hihi-ku,* qui ſub Han ſcripſit. Involucra 3. volumina 30.

XLIX.

Quintus inſcribitur

ku		ku
leam	*aliàs*	leam
kim		chuen.

Opus aliud etiam in eundem chun cieu, cum commentario & paraphraſi. Commentarii auctor *Fan-yu-chi,* paraphraſis verò *Yam-lu-hum.* Porro hic liber videtur imperfectus. Involucrum 1. volumina 6.

L.

Sextus inſcribitur

chun
cieu
kum
yam
chuen.

Commentarius 書 kum yam in chun cieu. Auctor commentarii *Tu-xi,* qui ſub Cyn vixit; paraphraſis verò *Kum-yn-ta.* Involucrum 1. volumina 12.

LI.

Septimus inſcribitur

cheu
li.

Liber de ritibus Sinarum antiquiſſimus, commentario & paraphraſi ornatus. Commentarius auctorem habet *Chim-xi,* qui regnantibus Han vixit; paraphraſis verò *Kum-yen-ſin,* qui regnantibus Tam. Impreſſus autem liber iſte ſub Cum-chin, anno ejus 12. Involucrum 1. volumina 9.

L I I.

Octavus inscribitur

li

ki.

Liber li ki, de quo vide inter regios codices n.° 15. & 16. unà cum commentario τš *Chim-xi,* qui scripsit regnantibus Han, & paraphrasi τš *Kum-yn-ta,* de quo superiùs. Involucra 3. volumina 28.

L I I I.

Nonus inscribitur

y

li.

Commentarii auctor *Chim-xi,* de quo sæpiùs diximus, paraphrasis verò *Kia-kum-yen,* qui sub Tam scripsit. Involucra 2. volumina 14.

L I V.

Decimus inscribitur

ulh

hia,

id est, ulh hia ad aurium sensum recta pronuntiatio.

Dictionarii nescio quid, sine ullo characterum ordine; ita ut hunc vel illum characterem & querere & reperire sit difficillimum, cum phrases potiùs quædam explicatæ, quàm verum dictionarium aut vocabularium esse videatur: cui præterea nullus index sit additus. Commentatorem habuit *Kuo pu,* sub Cyn, paraphrasten verò *Na-pim,* sub Sum. Unde colligas librum esse antiquum. Involucrum 1. volumina 4.

L V.

Undecimus inscribitur

hiao

kim,

de obedientia filiali. Vide inter regios n.° 47. inter Bignonianos n.° 17. inter codices Mission. n.° 38. Auctor fuit *Na-pim,* de quo supra, & vixit sub Sum. Involucrum 1. volumen 1.

L V I.

Duodecimus inscribitur

lun

yu.

Commentatores *Ho-yen,* sub dynastia Goey, & *Na-pim* sub Sum. Involucrum hujus & sequentis idem est, sed volumina 4.

L V I I.

Decimus tertius

mem

cu,

de quo vide codices regios. Hujus commentatores *Chao-xi.* sub Han, & *Fan-xe* sub Sum. Volumina 8.

Atque hæc sunt volumina nuncupata *Xe-san-kim,* libri tredecim, quòd revera pulcra sint. Character quidem exiguus, sed nitidissimus.

L V I I I.

Cheu

ye

che

chum,

id est, τš ye Cheu (ye à *Cheu* traditi) media compensata, seu sufficientibus commentariis repleta & illustrata.

Commentarius est amplissimus, ultimis τš Kam-hi annis elaboratus, idque à doctoribus collegii Han-lin, & præside magno Co-lao, seu primo ministro Li-kuam-ti. Textus Ye-kim eminet, ac litteris majoribus impressus est. Commentarii minori quidem charactere & littera quasi pendente ac suspensa, sed perspicua satis, & quæ lineas characteris uniuscujusque repræsentet optimè. Commentatio ubique triplex & quadratis nigris, littera alba indicatur. Involucrum 1. volumina 12.

L I X.

Ye

kim

ta

civen,

id est, τš ye kim, seu libri mutationum & combinationum, itemque commentariorum in eundem librum exaratorum magna collectio.

De ye kim non dicendum amplius, cum de eo ad codices regios n.° 6. 7. 8. 9. satis egerimus. Editio autem hæc à collegii Han-lin Mandarinis procurata est, Kam-hi jubente atque inspectore. Titulus generalis est U-kim-ta-civen, τš U-kim magna collectio: & revera in prima præfatione ejusdem mentio fit tanquam secundæ commentariorum à *Chu-cu,* aliàs *Chu-hi* scriptorum

editionis; sed hoc ideo factum quòd Ye-kim in capite esse soleat. Quòd autem dicatur Cheu-ye, allusio est, ut dixi, ad Ye-kim, vel tanquam ab antiquissima familia Cheu traditum, vel quòd in Ye-kim commentarios ediderit Cheu-kum. Commentatores hujus libri fuerunt sub Sum, *Hu-gan-tim* & *Hu-kim-kum:* sub Mim, *Xu-hum-yo, Yam-xi-kiao, Lieu-yven-van* & *Cham-cu-chum:* sub Cim, seu dynastia hodierna, *Vam-hum-chen,* qui figuras τῶ Ye-kim explicare conatus est; denique Ho-kim doctores τῶ Han-lin, inspectore Li-kuam ti ministro. Involucrum 1. volumina 12.

L X.

Xu
kim
ta
civen,

id est, τῶ xu kim magna collectio, à collegio Han-lin procurata, idque auctoritate regia & sub τοῖς Ta-mim (quod indicatur hîc, ut alibi sæpiùs, charactere Hoam) sed denuò edita sub Kam-hi.

In hac autem collectione magna reperias præfationes complures, in quibus de antiquissimis temporibus agitur, nempe de primis imperii Sinici habitatoribus, de vetustissimis scriptoribus, &c. tum ad Cheu-kim atque illius ætatis doctores descenditur, quos excipiunt alii innumerabiles. Postea differunt auctores de Philosophis Confucio, Mencio, de viris doctis qui sub Han vixere. Tum multa addunt de Chu-hi, & iis qui sub τοῖς Sum vixerunt scriptoribus. Præfationibus succedit catalogus ferè immensus eorum, qui xu kim commentati sunt, auctorum: additur præterea τῶ Hoam-ti genealogia & tabulæ aliæ quamplurimæ, sive orbis terrarum, qualis tunc fingebatur, sive variorum instrumentorum, à primis illis Sinis inventorum. Sed vide quæ de xu-kim annotavi ad codices regios n.° 10. 11. 12. ad Bignonianos n.° 7. Involucrum 1. volumina 10.

L X I.

Xi
kim
ta
civen,

id est, odarum libri collectio magna, seu quæ commentarios etiam repræsentat.

Præter textum & commentarium, reperiuntur in hac collectione præfationes multorum auctorum, quos inter *Chu-hi;* figuræ rerum, de quibus odæ, mirabilium; catalogi denique cum eorum qui in xi kim scripserunt auctorum, tum eorum, de quibus oda unaquæque intelligitur, imperatorum. Porro textus semper eminet, sed nulla distinctus virgula, sicut & commentarius; quod incommodum non leve. Editio tamen Kam-hi tempore prodiit. Vide ad regios codices n.° 13. 14. Invol. 1. vol. 10.

L X I I.

Li ki ta civen, & interius li ki cie xue ta civen,

id est, magna τῶ li ki, seu libri de ritibus collectio, unà cum distinctione orationum.

Auctor hujus editionis vocabatur *Chin-hao.* De li ki vide codices regios n.° 15. & 16. Accesserunt commentatorum, rerum & editionum indices. Invol. 1. vol. 16.

L X I I I.

Chun
cieu
ta
civen,

id est, libri à Confucio editi, & veris atque autumni nomine inscripti, collectio magna, sive unà cum variorum commentariis.

Quid sit chun cieu habes ad codices regios n.° 5. inter libros historicos, quia liber est historicus. Hîc verò eo posuimus ordine, quo à Sinis ponitur. Editus est sub Kam-hi, interprete *Fum-mum-sum.* In primo volumine habes indicem rerum amplissimum, imò ordinationem chronologicam, cum mappa geographica locorum in chun cieu memoratorum. Invol. 2. vol. 8.

L X I V.

Y
li
kim
chuen
tum
kiai,

id est, commentariorum y li explicatio generalis.

Inter xe ſan kim n.° 9. habes y li kim, unà cum paraphraſi & commentario ſub Han & Tam ſcriptis. Hîc commentariorum eorumdem & aliorum poſtea ſcriptorum enarrationes vides ampliſſimas, idque ex traditionibus, quòd indicat vox chuen, hoc loco uſurpata. Acceſſerunt præfationes plurimæ, in quibus de antiqua Sinarum adminiſtratione & variorum, quæ intra Sinam ſunt, regnorum ritibus diſſeritur. Poſt volumen 6. alius occurrit titulus nempe y li cie chuen, id eſt, τῶ y li ſectionum & articulorum partitio, quæ per 7.um & 8.um volumina continuatur. Involucrum 1. tituli 2. volumina 8.

LXV.

Y
li
kim
chuen
tum
kiai
ſu ſo,

id eſt, ad expoſitiones commentariorum ac traditionum in y li kim additiones ac ſupplementa.

In hoc libro declaratio eſt rerum ferè omnium & vitæ officiorum, imò & quæ ad religiones ac ſuperſtitiones Sinicas ſpectant. Illic ergo leges quæcumque de xam ti, de ſole, luna & ſtellis, de variis terræ atque aliarum naturæ partium ſpiritibus, de ſacrificiis ab imperatore cœlo & terræ faciendis, Sinæ & noviſſimè & antiquitus cogitarunt. Vide interim quæ de li ki annotavi ad codices regios n.° 15. & 16. ad Bignonianos n.° 14. Involucra 2. volumina 16.

LIBRI CLASSICI.

LXVI.

Su
xu
chu
cu
y
tum
tiao
pien,

id eſt, librorum quatuor loca differentia & ſimilia à Chu hi notata & conciliata.

Eſt ergo editio librorum Confucii à Mem-cu, unà cum concordia *Chu-ven-kum*, ſeu Chu-hi concinnata, cujus procurator Li-poei-lin, imperante Kam-hi, anno ejus 44. Chu-cu, ut ſæpe diximus, vivebat ſub τῶ Sum dynaſtia. Involucra 2. quorum prius libros ta hio & chum yum continet; poſterius librum Mem-cu ſolum; deeſt lun yu. Volumina 14.

LXVII.

Cham
ko
lao
che
kiai,

id eſt, τῶ co lao cham textus librorum quatuor explicatio ſincera.

Auctor ergo hujus explicationis *Cham-kiu-chim*, qui primus regni adminiſter imperantibus Ta-mim. In 1.° volumine eſt ta hio; in 2°. chum yum; in 3.° 4. 5. 6. 7. 8. lun yu; in 9.° denique & cæteris Mem-cu. Involucra 2. volumina 16.

LXVIII.

Kum
xi
kia
yu,

de familia & domo Confucii oratio, ſeu de Confucio ejuſque verbis & apophthegmatibus liber, in quo vita Confucii tota licet breviter; ac præterea ejus ſcientia moralis, imò & de elementis ac natura, opiniones. Involucrum 1. volumina 4.

LIBRI SECTARUM TAO.

LXIX.

Lao
cu
cie
kiai,

explicatio articulorum τῶ Lao-cu.

Lao kiun, Lao-cu, Lao-tan idem, quem hominem nunquam extitiſſe quidam putarunt: ſed revera & philoſophus & ſectæ auctor fuit, qui vitam hanc & τῶ Lao-tan articulos ſcripſit. Ta-nim-kiu libros ejus omnes ad duo capita revocat, quorum unum tao kim dictum ſit, ſive de norma morum, alterum te kim, ſive de vera virtute. Sed hi libri breviſſimi & per ſententias tantummodo propoſiti, adeoque antiquitatem quandam

quandam redolent. Alter eorum in primo volumine, alter in secundo. Invol. 1. vol. 2.

LXX.

Cu
cu
pim
lin,

id est, τοῦ Cu-cu disceptationum sylva.

Auctor hujus libri *Cu-cu*, philosophus antiquissimus, Scepticus, breviter & magna cum libertate scripsit, ita ut sensus ejus non sint cuilibet obvii: quam ob causam ab interprete *Chu-hi* illustratus est & reprehensus, sub imperatoribus Sum. Unde in unoquoque volumine index primò sese offert articulorum in volumine expensorum à Cu-cu & à Chu-hi expendendorum. Involucrum 1. volumina 4.

LXXI.

Cie
xe
ulh
kia
pim
chu
cu
cu,

de verbo ad verbum, septuaginta domus, seu sectas exponere & explicare idem.

Sensus est, Cu-cu auctorem esse obscurissimum, & in eo enucleando jam desudasse interpretes septuaginta, quorum nominantur duodecim. Hujus libri editor dicitur *Li-lu-xi*, imperante Kam-hi. Involucrum 1. volumina 4.

LXXII.

Cu
cu
tem,

id est, lampas τοῦ Cu-cu, seu ad illustrandum τοῦ Cu-cu librum.

Interpres *Lin-si-chum*, qui τοῖς Cyn regnantibus vixisse dicitur. Invol. 1. vol. 2.

LXXIII.

Choam
cu
nan
hoa
kim,

id est, τοῦ Choam-cu liber dictus flos meridionalis; ea enim Orientali more interpretatio est.

Hic liber nominis apud Sinas maximi à *Choam-cu* fuit compositus, qui è Tao-kia, seu τοῦ Tao-su schola. Porro quatuor libros philosophi Sinæ, licet alius alia de causa, magni semper fecerunt; scilicet tao te kim & nan hoa kim de homine interiori, & quasi ab hujus mundi vanitate ad virtutem sublimiorem converso; Li-sao de quo idem dicendum; denique nan hoa kim de quo nunc agitur, quique commentatores habuit plurimos, præsertim verò *Fu-me* & *Lu-si-sim*, sub dynastia τῆς Mim. Involucrum 1. volumina 4.

LXXIV.

Choam
cu
yn.

Explicatio est τοῦ nan hoa kim; explicaturque imprimis quid sit apud Sinas tien tao & vita interior; tum de virtute & variis virtutis gradibus agitur. Commentator *Lin-si-chum*, qui Kam-hi regnante scripsit. Involucrum 1. volumina 4.

LXXV.

Choam
cu
kiai,

id est, τοῦ Choam-cu expositio.

Interpretes duo sunt, *Cie-san-cieu* & *Kuo-siam:* differunt præsertim de vita interiori & exteriori. Hic liber impressus Kamhi regnante. Involucrum 1. volumina 3.

LIBRI GRAMMATICI.

DICTIONARIA.

LXXVI.

Hiven
kim
cu
luy.

Dictionarium idem quod inter regios codices n.° 48. & Mission. 52. Vulgatissimus auctor *Muy-tan* seu *Muy-yn*, qui sub τῆς Tamim dynastia. Involucra 2. volumina 14.

LXXVII.

Pin
cu
cien,

Habes dictionarium Sinicum maximum,

ordine facili ac secundùm sensus communes & analogiæ characterum Sinicorum leges dispositum. Porro hujus tres sunt partes, in prima quidem parte reperias tractatus qui characterum naturam explicent, claves simplices ac multiplices doceant, characteres clavium ambiguarum ostendant, &c. In secunda, omnium omnino characterum catalogum, juxta clavium 214. ordinem; quæ pars est voluminum duorum magnorum, nec à cu luy chim cu tum illic propriè differt. In tertia denique iidem characteres omnino omnes per sectiones ac tonos disponuntur, sed juxta pronuntiationum ac tonorum similitudinem; ita ut sectiones sint totidem quot toni, ac totidem quot monosyllaba hujus vel illius pronunciationis. Unde fit ut characteres similis pronunciationis, uno eodemque loco sint; ac præterea quorum partes, lineis clavium exceptis, sunt similes, eamque ob causam unà simul comparere debent, ii characteres unà cum similibus repræsententur. Hujus dictionarii à me nunc cu guei, propter primam ejus partem, nunc pin cu cien, quæ vulgaris appellatiò est, nuncupati dotes profectò eximiæ. Cum non solùm ad pronunciationes monosyllaborum Sinicorum omnium, sed etiam ad consonantias in versificatione reperiendas manifestò inserviat. Auctor tanti operis *Yu-ven-cu.* Invol. solet esse unum, sed volumina sunt 9. quorum duo præfationes & catalogum ex cu guei & chim cu tum ordine, septem alia eorumdem characterum catalogum ex pronunciationum ac tonorum ordine exhibent. Ordo tamen inter consonantias alius est in alia editione.

LXXVIII.

Chim
cu
tum.

Non repetam quæ dixi ad codices regios n.° 49. Addam tantummodò hujus libri auctorem vocari *Leao-pe-cu,* & varias prodiisse editiones; alias quidem characterum elegantia pulcherrimas, alias verò editorum negligentia vilissimas. Invol. 4. vol. 40.

LXXIX.

Kam
hi
cu
tien.

Atque illud est doctissimi imperatoris Kam-hi dictionarium, quod ex omnibus litteraturæ monumentis voluit colligi. Habes itaque in hoc uno opere quidquid ad characterum, sive legendorum facilitatem, sive intelligendorum regulas conferre potest. Unde cæteris anteponendum: nam hai pien, de quo inter regios codices n.° 51. quanquam maximum, attamen non tantum characterum numerum, nec tam varias discendi methodos exhibet; quæcumque enim postea à doctoribus repertæ, aut breviores, aut faciliores, eæ omnes in hoc eruditissimi imperatoris dictionarium sunt contributæ. Sed de singulis ejus partibus vide meditationes Sinicas. Involucra 4. volumina 40.

LXXX.

Cu
hio
cin
leam,

id est, portæ draconis pons ad characterum scientiam.

Metaphora est è Sinarum fabulis desumta ad difficultatem rerum indicandam, seu potiùs ut difficultates ab aliquo superatæ dicantur. Etenim verò liber est totus de characteribus laxis, contortis, truncatis ac liberè & sine debito linearum numero scriptis, qui propterea & scriptu & lectu difficillimi; quales non raRò in præfationibus, plerumque in signis, in veteribus monumentis, in cippis quibusdam, in chue ven, item, ut diximus, in chim cu tum reperiuntur. Cæterùm unicuique characteri liberè ac sine veris lineis scripto ad latus character vulgaris adscribitur, ut ea comparatione, qui difficilior ac rarior est, cognoscatur. Auctor hujus operis per se intricatissimi *Fu-yn-kuei.* Involucrum 1. volumina 4.

LXXXI.

Ku
y
ven.

Dictionarium aliud characterum antiquorum, in quo & character antiquus, & qui nunc in usu ostenduntur. Auctor *Chumen-goei.* Involucrum 1. volumina 2.

LXXXII.

Chim
yun
tum,

id est, modus comprehendendorum characterum optimus.

Dictionarium est, quod etsi ad linguæ cognitionem pertineat, attamen ad versificationem propriè accommodatum est. Vide meditationes Sinicas. Involucrum 1. volumina 8.

LXXXIII.

Hiu
xi
xue
ven.

Dictionarium est characterum antiquorum, auctore *Hiu-xi.* Vide regios codices n.° 50. Involucrum 1. volumina 6.

LXXXIV.

Chuen
cu
lui,

id est, characterum chuen (vulgò chuen vocatorum) collectio.

Hîc etiam de veterum Sinarum contortis quibusdam ac neglectis characteribus agitur. Primò quidem præmittitur præfatio de horumce characterum natura & origine. Sequuntur claves 214. juxta cæterorum dictionariorum ordinem. Denique per totum dictionarium comparent characteres explicandi aut potiùs monstrandi: in hoc enim auctor incumbit, non ut hujus vel illius characteris significationes aperiat, sed ut, qui in cu guei, vel cu luy characteres inveniuntur, eosdem hoc & illo modo ab antiquis scriptos fuisse indicet, qui quidem characteres in alio postea dictionario quærendi sunt. Involucrum 1. volumina 6.

LXXXV.

Chuen
cu
cao
xu,

id est, litteræ cao sive herbarum, seu ab herbarum similitudine desumtæ.

De litteris & characteribus, quos Sinæ ab herbarum & plantarum imagine & similitudine mutuati sunt, agitur apud Kirkerum in China illustrata, libro 5.° Tales autem sunt qui in hoc dictionario repræsentantur characteres Sinici. Volumen 1.

V.°

Libri Sinici annis 1728. & sequentibus ad annum usque 1732. à R. P. Premaro empti, & ad illustrissimum Abbatem Bignon dono missi.

HISTORICI.

CODEX PRIMUS.

Yu
chi
pe
kia.

Nomina familiarum Sinicarum ab ipso imperatore in ordinem digesta. Volumen 1.

II.

Ngheu
yam
sieu
ven
cie,

id est, collectio scriptorum τοῦ Ngheu-yam-sieu.

Hic auctor elegantissimus, & judicii acerrimi historiam composuit τῶν Tam & U-tai; data vero occasione de antiquis Kim & multis aliis auctoribus loquitur sæpissimè. Vixit sub imperatoribus Sum, post annum Christi 960. Involucra 2. ex panno admirabili. Volumina 24.

III.

Ku
ke
niu
chuen,

id est, feminarum aut mulierum illustrium vitæ & commemoratio.

Præfationes sunt quamplurimæ, eæque omnes de feminis earumque virtutibus; sed pleræque characteres exhibent variarum scripturarum antiquarum, quas nonnisi in dictionariis difficillimis reperias, quod per ostentationem ab auctore factum judicant

Sinarum prudentiſſimi. Mulieres autem illuſtres fermè ad 130. memorantur, quarum laudes ita perſequitur, ut ad unamquamque rerum ab ipſa geſtarum imagines appingat. Involucrum 1. volumina 4.

I V.

Lo lu
chin
chu
ven
ſuen

& brevius

ven
ſuen,

id eſt, numerus ſeu collectio variorum eloquentiæ operum, quæ inter ſex vaſſallos edita τῶν Leam ætate.

Præfationes libri hujus plurimæ, tum à variis editoribus, tum à principe ipſo Chaomim concinnatæ, in quibus de tota collectione ac præcipuè de ſcriptoribus agitur. Sequitur eorumdem ſcriptorum enumeratio accuratiſſima, quos auctor in poëtas, philoſophos, politicos, &c. diſpertitur: atque ut in partes ſuas diſtingueretur oratio unaquæque, aut unumquodque poëmatium, additæ ſunt in pleriſque notæ commatum. Auctor fuit, ſeu potiùs collector *Chao-mim,* qui familiæ Leam hæres regius. Editio facta ſub Van-lie. Involucra 2. volumina 20. eaque magna & ſpiſſa.

LIBRI SACRI.

V.

Cheu
ye,

id eſt, ye τῶν Cheu, ſeu à *Cheu-kum* olim commentario illuſtratus, unà cum notis τοῦ *Kum-yn-ta,* &c. Hujus editionis characteres non magni ſed nitidiſſimi, & liber τῶν xe-ſan-kim primus. Vide ſupra n.° 45. Involucrum 1. volumina 6.

V I.

Yu
chi
cheu
ye
che
chum,

id eſt, Cheu-ye, ſeu Ye-kim τῶν Cheu, è typographia imperiali, unà cum annotationibus.

Editio hæc longè pulcherrima ac nitidiſſima, & chartæ multò majoris quàm cæteræ; in qua textus characteribus maximis, indicationes verò commentariorum characteribus albis in fundo nigro diſtinguuntur. Hæc tamen editio ad Kuven nondum attingit, cum illic characteres ſint recti, hîc verò proni atque ad ſcripturam accedant propiùs. Involucra 2. ex panno ſerico, floribus ornatiſſima. Volumina 10.

V I I.

Xam
xu,

id eſt, liber xu kim.

Editio magnifica, quod jam obſervavimus ad xe ſan n.° 46. Involucrum 1. volumina 8.

V I I I.

Mao
xi
chu
ſu,

id eſt, xi kim commentarius illuſtratus.

Editio pulcherrima. Idem verò liber habetur ſupra n.° 47. Involucra hujus 2. volumina 20.

I X.

Tu
xi
civen
cie,

id eſt, τοῦ xi kim, ſeu libri odarum omnes partes à *Tu,* aliàs *Li,* aliàs *Li-kin* commentariis illuſtratæ.

Editio nova, in qua indices multi cum odarum, tum eorum qui in eaſdem odas ſcripſerunt auctorum; ac præterea rerum ac perſonarum, de quibus in iiſdem facta eſt mentio, additus eſt novus index chronologicus. Involucrum 1. volumina 12.

X.

Cheu
li,

id eſt, li kim τῶν Cheu; cui additi commentarii & paraphraſes auctoribus *Kum-yen,* &c. Vide quæ ſupra annotavimus in xe ſan kim n.° 51. Involucra 2. volumina 16.

XI.

Li
ki
chim
y,

id eſt, τῶ li ki verus ſenſus.

Habet hic liber commentarios τῶ *Kum-yn-ta;* idemque eſt qui ſupra inter xe ſan. Involucra 2. volumina 24.

XII.

Y
li,

id eſt, liber y li, in quo ſenſus τῶ Li-ki aperitur, unà cum novo commentario.

Idem qui impreſſus eſt inter xe ſan n.° 9. Vide ſupra n.° 53. Involucrum 1. volumina 12.

XIII.

Chun
cieu
co
chuen,

id eſt, ver & autumnus, ſeu opus Confucii ita vocatum, unà cum annotationibus & commentariis à latere ſiniſtro poſitis.

Commentarii ſunt variorum ac præcipuè *Kum-yn-ta.* Involucra 2. volumina 24.

XIV.

Chun
cieu
ku
leam & ulh
chuen ya,

id eſt, liber Chun-cieu, unà cum annotationibus τῶ *Ku-leam.*

Vide inter xe ſan n.° 49. involucrum 1. volumina 6. ſed quibus ſubjungitur ejuſdem τῶ xe ſan ultimum opus, quod vocavimus ulh ya, & dictionarium eſt antiquum. Vide ibidem n.° 54. Ejuſdem eſt involucri cum ſuperiori, & voluminum 2.

XV.

Chun
cieu
kum
yam
chuen,

Alius eſt commentarius in Chun-cieu, de quo etiam ſupra inter xe ſan n.° 50. quem vide. Involucrum 1. volumina 10.

LIBRI CLASSICI.

XVI.

Mem
cu
lun
yu
&
Hiao
kim,

id eſt, liber τῶ Mem-cu, liber Lun-yu & liber Yao-kim, ejuſdem editionis & unà ſimul compacti. Involucrum 1. volumina verò τῶ Mem-cu 6. τῶ Lun-yu 4. τῶ Hiao-kim 1.

PHILOSOPHICI.

XVII.

Sim
li
hoei
tum,

id eſt, τῶ ſim li, ſeu eorum qui ſim li, ſeu ſcientiam naturalem aut phyſicam componunt, librorum collectio generalis.

Facta eſt ſub Ta-mim, regnante Yum lo. Idem verò liber qui ſupra n.° 39. Vide & n.um 38. Item inter regios codices quod diximus de ſim li generatim n.° 18. 19. inter libros Miſſion. n.° 26. 27. 30. Involucrum 1. volumina 14.

XVIII.

Sim
li
ta
civen
hoei
tum.

Philoſophiæ ſeu potiùs phyſicæ & eorum, quæ ad phyſicam pertinent operum, collectio ampliſſima.

Idem liber eſt qui ſupra n.° 39. in libris è Sina anno 1723. allatis. Vide & inter regios codices n.° 18. Involucra 2. volumina 40.

LIBRI SECTARUM.

XIX.

Cu
cu
pim
lin,

id eſt; τοῦ Cu-cu diſceptationum ſylva.

Idem liber eſt qui inter codices anno 1723. è Sina allatos n. 70. aliter verò compactus. Auctor *Cu-cu*, de quo jam diximus, philoſophus propter obſcuritatem ac libertatem in Sina clariſſimus. Involucrum 1. vol.

PHILOLOGICI.

XX.

Kam
hi
cu
tien,

id eſt, magna τοῦ Kam-hi, ſeu imperatoris Kam-hi juſſu procurata, characterum collectio.

Liber idem qui ſupra n.° 79. Involucra 4. volumina 40.

XXI.

Xan
hai
kim.

Liber eſt de maribus & montibus, in quo multa, ut videtur, fabuloſa, certè obſcura. Hinc quæ à poëtis in poëmatibus plerumque uſurpantur, omnia ferè deſumta. Auctor ipſe antiquus, nunc ignotus. Commentarii in xan hai kim multi; interpretes verò *Ngin-te-chim* & *Kno-pu*. Volumen 1. ſat magnum & ſpiſſum.

PHILOLOGICI COMICI.

XXII.

Yven
gin
ca
ki (kie)
pe
chum,

id eſt, hiſtoriæ ludicræ aut tragico-comœdiæ centum, quæ ſub dynaſtia τῆς Yven actæ.

Diviſæ ſunt in partes quatuor, quarum in prima 22. in ſecunda 25. in tertia 26. in quarta denique 27. tragico-comœdiæ continentur. Initio voluminis præmittitur index modorum, ſive ejus cantus, quo unaquæque tragico-comœdia (cantilenæ ſcilicet actibus inſertæ) cantillabatur. Tum ſequitur pictura multiplex, quali nimirum decorari ſcenam unamquamque oporteat. Involucra 4. volumina 40.

XXIII.

Si
ſiam
ki
&
pi
pa
ki,

id eſt, comœdiæ Sinicæ, quarum auctores *Si-ſiam* & *Pipa*. Si-ſiam eſt voluminum 3. & Pipa 3. Sed ambo in uno eodemque involucro.

PHILOLOGICI.

XXV.

Chuen
cu
luy
mo,

id eſt, characterum antiquorum variæ ſpecies ac conſpectus.

Dictionarium eſt, in quo collecti ſunt ii omnes modi, quibus unquam ſcripti ſunt characteres Sinici. Obſervatus autem ordo τῆς pu, id eſt, tribunalium aut clavium. Character vulgaris & qui nunc in uſu, quadrato continetur: tum afferuntur ſcriptiones variæ olim uſitatæ, quarum in capite apparent eæ quæ in xue ven. Poſtea adduntur ſcriptiones præſertim characterum currentium, quibus ſubjungitur ſignificatio. Volumina 12.

XXVI.

Liber Sinicus ſine inſcriptione, in quo folia ſunt ſcripturarum ferè omnium Sinicarum, quales nempe in variis, quorum mentionem feci, dictionariis reperias. Ac præterea ſcripturæ Arabicæ ſpecies, non illius antiquiſſimæ, quæ Kuphica eſt, ſed Mauritanicæ, quæ Kuphicæ apud Africanos ſucceſſit. Volumen 1.

XXVII.

Lo lu
xu,

id est, de sex modis, quibus characteres suos composuere, aut componere hodie possunt Sinæ.

Tractatus hic à *Premaro* ipso scriptus est in formam dialogi, in quo characterum Sinicorum analogiam, ex ipsa earum quæ characterem constituunt linearum consideratione, conatur elicere. Volumen 1.

RELIGIO SINICA.

XXVIII.

Xam
lun,

id est, imperatoris Yum-chim, seu ultimi, oratio imperialis.

In hac oratione imperator subditis suis articulos sedecim accuratè ac diligenter meditandos proponit. Cum autem de variis imperii sectis obiter loquatur, Christianam religionem unà cum iis confundit; unde statim ejus mentem & in Christi cultores odium perceperunt, qui in Sina Missionarii. Volumen 1.

XXIX.

Xim se
yo chuen.

Divo Josepho oratio panegyrica, à *Premaro* olim cum Missionarius & juvenis esset, composita. Volumen 1.

XXX.

Liber omnino ἀκέφαλος, sed qui tractat de agricultura & chronologia. volumina 2.

XXXI.

Folium quoddam maximum, quod lapidem xen si, quantus repertus est, tantum ac totum characteribus magnis exhibet; sed papyrus adeo tenuis, ut in partes quodammodo per se abeat. Volumen 1.

XXXII.

Opuscula MSS. tria, quorum primum catechismus est theologicus; secundum & tertium controversiæ sunt theologicæ de rebus in Sina disputatis: ubi etiam multa de Tao, de Yn-yam & principiis Sinarum philosophicis. Volumina 3.

XXXIII.

Hoam
ti
nui
kim.

Pars est 69.a τῶ nui kim libri & commentariorum ejus à *So-ven* editorum. Vide inter Mission. codices n. 36.

XXXIV.

Su
xu
tum,

id est, τῶ Mem-cu secunda pars; commentario interlineari illustrata est. Volumen 1.

VI.°

Libri Sinici qui Hoamgii fuerunt, & Opera post ejus mortem reperta.

CODEX PRIMUS.

Horæ Sinicæ MSS. pelle rubra contectæ. 1. volumen in 12.

II.

Preces aliæ separatæ. Volumina 2.

III.

Catechismus per quæstiones & responsa. Volumen 1.

IV.

Libellus in quo characteres aliquot cum hoc titulo *Eclaircissemens*, sed Sinicus totus. Eorum est temporum cum ad Galliam nuper appulsus Hoamgius Gallicè disceret. Volumen 1.

V.

Volumen quoddam parvulum ac sine titulo, in quo phrases multæ, merè Sinicæ, cifris notatæ; nimirum ut alicujus Missionarii operibus, fortè Rosaliensis, inservirent. Volumen 1.

VI.

Libellus qui nihil aliud est quàm registrum diurnale per menses distributum ad annum 1709. Volumen 1.

V I I.

Codex parvulus, in quo nonnulla de incarnatione, qualia neophitis à Missionariis tradi solent. Volumen 1.

V I I I.

Codices in quibus phrases quatuor vel quinque, vel sex, vel septem, vel etiam octo vocum & characterum, ab *Hoamgio* fortè ad usum privatum collectorum. Vol. 1.

I X.

Versio inchoata nec perfecta fabulæ cujusdam ex earum genere, quas vocamus Gallicè *Romans*. Volumen 1.

X.

Volumen quoddam MS. cui titulus *Reflexions sur l'état present de la Chine*. Responsa sunt *Hoamgii* ad quæstiones ipsi ea de re propositas. Volumen 1.

X I.

Fasciculus foliorum Sinicorum tam manuscriptorum quàm impressorum; sed sine titulo & ordine. Volumen 1.

X I I.

Initium dictionarii Sinici, juxta clavium ordinem, sed in quo quædam duntaxat claves, & quidam ex illis clavibus characteres selecti. Volumen 1.

X I I I.

Schedæ quædam in quibus preces quotidianæ, *Pater, Ave, Credo*. Volumen 1.

X I V.

Dialogi inter Bonzium & Missionarium, inter duos mercatores, alterum extraneum, alterum Sinensem, lingua Sinica, litteris Latinis. Volumen 1.

X V.

Nominum & verborum quorumdam catalogus, seu vocabularium, Sinicum quidem, sed Latinis litteris, quale dictionarium à *Kirkero* in fine Chinæ illustratæ editum est. Volumen 1.

X V I.

Libellus inscriptus kia hiun, &c. de gubernanda domo. Involucrum 1. vol. 6. parvula.

X V I I.

Codex chartaceus, duobus constans voluminibus, quibus continetur authographum operis quod inscribitur, Confucius Sinarum Philosophus, sive scientia Sinensis. Ibi nonnulla deprehendas quæ in editis non comparent.

CODICES TARTARICI.

CODEX PRIMUS.

VOlumina magna & spissa, quæ à Tartaris de historia & moribus majorum suorum composita, Tartariam ac proinde Sinam ipsam, earumdemque regionum mutationes ac bella fusè repræsentant; si tamen librorum Sinicorum quorumdam interpretationes adjunxeris. Volumina 48.

I I.

Centum & tredecim volumina impressione & compactione admirabilia. In iis verò quatuor duntaxat opera continentur, sed ampla & magnifica; quorum alia videntur versiones librorum quorumdam Sinicorum, præsertim eorum qui sacri & canonici appellantur, & cæterorum qui ad vitam dirigendam & mores conformandos pertinent: alia verò sunt historica. Primi operis involucra sex serica, volumina 36. Secundi operis involucra duo serica, volumina 26. Tertii operis involucra duo serica, volumina 20. Quarti denique operis involucra quatuor serica, volumina 31. Quæ omnia volumina, si ea tamen excipias quæ in tertio involucro continentur, floribus sunt in tela ipsa pictis intertexta. Volumina 113.

I I I.

Dictionarium Tartaro-Sinicum, ea mente compositum, ut à Tartaris vel in Sina morantibus, vel è Tartaria in Sinam venientibus, lingua Sinica faciliùs ediscatur. Vol. 14.

I V.

Dictionarium Tartaro-Sinicum à R. P. Domingio, è Societate Jesu, in Galliam missum; sed cujus duo ferè volumina maris aqua omninò oblitteravit & corrupit mucor. Idem quod superius. Volumina 14.

V.

V.

Dictionarium aliud Tartaricum, seu linguæ ℬ Mantcheu, eorumque Tartarorum qui nunc apud Sinas imperium tenent. Missum est in Galliam ab eodem Patre Domingio anno 1733.

Porro ea est hujus operis distributio. Primis quatuor tomis index generalis, sive ea quæ in dictionario explicanda sunt vocabula, ordine quodam alphabetico, qui à nostro omnino differt, continentur. Sequentes verò tomi rerum ordinem habent, vocabulariorum nostrorum instar. Initium autem ducitur à cœlo & rebus quæ ad cœlum quodammodo referuntur, nimirum tempus, tempestates, pluviæ, &c. tum ad imperium acceditur, ibique reperias quæcumque ad exercituum divisionem, ad centurias, ad signa, &c. pertinent. Postea de officiis ac magistratibus agitur; atque ibidem de examinibus apud Sinas fieri solitis. Hinc fit transitus ad cæremonias tum publicas tum privatas, quæ religionem Sinicam quodammodo constituunt, & ad musicam, quæ religionis pars quædam est. Differitur denique de liberorum educatione, studiis, scientiis, &c. Auctor hujus dictionarii imperator ipse *Kam-hi,* nec præfationem solùm composuit, sed vocabula pleraque collegit & ordinavit. Volumina 20.

V I.

Liber inscriptus

tehovan
tehove
outchou
pitghe,

id est, alphabetum Tartaricum ℬ Mantcheu. Volumina 2.

CODICES SIAMENSES.*

CODEX PRIMUS.

Politia Siamensis, tam in pace quàm in bello. 3. volumina sat magna.

I I.

Liber inscriptus boromat. Philosophia simul ac theologia est, & habet ejusmodi partes septem. Impressus verò est eo charactere qui vulgò appellatur Bali, pulchro & antiquo. Volumina 7.

I I I.

Vita Somanakhodom, charactere Siamensi. Volumen primum, colla *Vernis* appellata, perpolitum. Volumen secundum inscriptum chonabot. Itaque volumina 2.

I V.

Liber alius de eadem boromat, seu theologia Siamensium, spissus & quadratus, charactere eodem Balico. Volumen 1.

V.

Liber benedictionum & indulgentiarum earum, quas benefactoribus suis impertiuntur Talapoini, charactere eodem Balico. Volumen 1.

V I.

Liber inscriptus sivichay, in quo describitur una è generationibus τε Somanakhodom. Primum volumen eodem charactere Balico. Debent autem esse tria volumina. Volumen 1.

V I I.

Vita Somanakhodom, qualis à Talapoinis Siamensibus traditur, lingua & charactere Peguano, manuscripta. Volumina 3. quorum ultimum non compactum.

V I I I.

Catechismus magnus per quæstiones & responsa, lingua Siamensi. Papyrus nigra, scriptura alba & flava. Volumen 1.

I X.

Codex quo continetur regis Siamensis ad Ludovicum XIV. epistola gratulatoria, lamina aurea scripta anno 1699. quæ pyxide aurea includitur, Siamensi more acuta; pyxidem excipit sacculus aureo-bombycinus, funiculo serico affixus; sacculo superjacet pulvinar gossypio, auro & serico indutum. Ea autem omnia arcula vernice illita involvuntur.

* Meminerit lector libros Siamenses, alios charactere Balico, id est, ejus linguæ quæ apud Siamenses vetus & litteralis dicitur, alios lingua nova, seu Siamensi hodie usitata, scriptos esse. Præterea verò libri nec volumina sunt qualia olim apud antiquos, vel hodie apud nos, vel etiam apud Sinas compinguntur; sed vel folia palmica sunt, multa & longa, inter se nodo aut funiculo colligata (nonnulla in corticibus longis, per totam longitudinem impressa, uno hinc & inde axiculo coercentur) vel papyrus est longissima, in seipsa pluries replicata; quæ quidem papyrus, quandoque alba & polita, quandoque verò nigra est, in qua deinde non atramento, sed coloribus albis aut flavis ad libitum, characteres exarantur.

CODICES INDICI.

LIBRI THEOLOGICI.

CODEX PRIMUS.

CODex corticeus, quo continentur Veteris Teſtamenti libri, nempe Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Joſue, Judices, Ruth, quatuor libri regum, Paralipomena, Eſdras, Tobias, Eſther, Judith, Job, Machabæi; omnia in linguam Malabaricam ſeu Tamulicam tranſlata.

I I.

Codex chartaceus, quo continetur liber Pſalmorum, pariter verſus in eamdem linguam.

I I I.

Codex chartaceus, quo continentur dialogi de doctrina quam complectuntur Novi Teſtamenti libri: accedunt Evangelia quæ diebus dominicis & feſtis ſolent recitari. Damulicè.

I V.

Codex chartaceus, quo continetur doctrina de cœna Domini, à Miſſionariis Danis tradita. Malabaricè.

V.

Codex chartaceus, quo continetur tomus I. magni catechiſmi, hoc eſt, catechiſmi theologicè ac didacticè expoſiti, auctore R. Patre *de Nobilibus*. in 4.°

V I.

Codex chartaceus, quo continetur tomus II. ejuſdem catechiſmi.

V I I.

Codex corticeus, ſtylo chalybæo exaratus. Ibi continetur catechiſmus Samskretanica lingua ſcriptus.

V I I I.

Codex chartaceus, quo continentur conciones in Evangelia quæ diebus dominicis & feſtis recitari ſolent. Hæ autem conciones lingua Matalinga ſcriptæ ſunt.

I X.

Codex chartaceus, quatuor voluminibus conſtans. Ibi continentur conciones in Evangelia, quæ dominicis & feſtis diebus recitari ſolent. Hæ conciones lingua quoque Matalinga ſcriptæ ſunt.

X.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus flos ſanctorum, ſive hiſtoria vitæ & rerum quæ à viris ſanctitate inſignibus geſtæ ſunt. Accedunt conciones & exercitia ſpiritualia ad complures dies feſtos accommodata. Opus è lingua Caſtellana in Canarinam à Patre *Frey*, Franciſcano, converſum.

X I.

Codex chartaceus, quo continentur deorum & dearum quæ apud Indos coluntur imagines, ab anonymo, rerum omnium, dum in India verſabatur, oculato teſte, accuratiſſimè depictæ.

X I I.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus ramayenam, ſeu doctrina de Ram, uno è diis Indorum. Is codex manu recentiori ſcriptus eſt.

X I I I.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus Vikra Marken Kadei, id eſt, Vikra Marken, aliàs Vikra Maarka hiſtoria; de qua vide Rogerium pag. 81.

X I V.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus quoque Vikra Marken Kadei.

X V.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus Cachi Comdo, ſeu hiſtoria τῆς Cachi, dicti aliàs Benares.

X V I.

Codex corticeus, quo continetur continuatio Cachi Komdo, ſeu hiſtoriæ Cachi.

X V I I.

Codex chartaceus, quo continentur continuatio & tomus ultimus hiſtoriæ Cachi Komdo.

XVIII.

Codex chartaceus, duobus voluminibus conſtans, quibus continentur pars prima & ſecunda hiſtoriæ Darma Rajou.

XIX.

Codex chartaceus, quo continetur caput trigeſimum partis duodecimæ hiſtoriæ Darma Rajou.

XX.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus chittira cadei

XXI.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus mahabaratam.

XXII.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus bagaratam, de Deo genitali.

XXIII.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus Banjatantri cadei, id eſt, hiſtoria Banjatantri.

XXIV.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus gnanamoarchi, qui eſt quaſi quidam catechiſmus.

XXV.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus veda velaccam. Ibi de vedam, ſeu lege Indica diſſeritur.

XXVI.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus vemana padialou. Talanganicè.

XXVII.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus rouc-mangada ſarittiram. Talanganicè.

XXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus vikrama charitralou. Talanganicè.

XXIX.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus deva paricchæ, ubi de diis Indorum ſermo inſtituitur. Talanganicè.

XXX.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus trouvei praſangalou. Talanganicè.

XXXI.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus rougouvedam, qui ad vedam, ſeu legem Indicam pertinet.

XXXII.

Codex corticeus, ſtylo ferreo exaratus. Ibi continetur liber inſcriptus ramayenam, ſeu de iis quæ ad ramam pertinent.

XXXIII.

Codex corticeus, quo continetur operis inſcripti chabda chaſtram, ſeu ſaſtram, Tomus II. Refertur hic liber ad leges Indicas.

XXXIV.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus chiva ſahaſtra namalou.

XXXV.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus bartoulahari, aliàs ut apud Rogerium, bartrouherri. In eo volumine collectæ occurrunt variæ Philoſophorum ſententiæ ad religionem & doctrinam morum ſpectantes, ſed ita ut ad fabulas Indicas ubique alludat.

XXXVI.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus niaya ratna. Ibi de cultu deorum Indicorum diſſeritur.

XXXVII.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus ragou vanſſam.

XXXVIII.

Codex corticeus, ſtylo ferreo exaratus. Ibi continetur liber inſcriptus tarka bacha, aliàs tarka bacha viakianam.

XXXIX.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus amara ſantriata viakianam.

XL.

Codex chartaceus, quo continetur opus inſcriptum ejourvedam; libri tres, qui ad elucidandum vedam ſive leges Indicas pertinent.

XLI.

Codex chartaceus, quo continetur opus inſcriptum ramayenam. Liber de Ram aut Ramæ hiſtoria, duobus tomis comprehenſus.

XLII.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus amara-ſin houam.

XLIII.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus tarka bacha. Samskretanicè.

XLIV.

Codex chartaceus, quo continetur pars hiſtoriæ τοῦ Darma Raya.

XLV.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus Bagaratam, duobuſque conſtans voluminibus. Bagaratam autem unum eſt è τοῦ Vichnou nominibus. Ibi de lege Dei genitalis ſermo fit. Samskretanicè. tomus ſecundus.

XLVI.

Codex corticeus, ſtylo chalybæo exaratus, quo continetur liber inſcriptus ſroutam τοῦ Rougouvedam.

XLVII.

Codex corticeus. Ibi continetur opus inſcriptum vedanta wrouti. Ad vedam, ſeu legum Indicarum codicem pertinet.

XLVIII.

Codex corticeus, ſtylo chalybæo exaratus, quo continetur verſio τοῦ gnana opacham, ſeu catechiſmi, in linguam Samskretanam.

XLIX.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus deva parixa, in linguam Samskretanicam verſus, ubi de divinitatis characteribus.

L.

Codex chartaceus, quo continetur hiſtoria τοῦ Cochalaven. Malabaricè.

LI.

Codex chartaceus, quo continetur τοῦ Darma Raya hiſtoriæ pars tertia. Malabaricè.

LII.

Codex chartaceus. Ibi continetur opus inſcriptum adarvana vedam, ſeu vedam quartus aut quarta lex. Liber hic ille eſt quem in mare projectum & per partes receptum, atque in volumina duo diviſum dicunt Brachmanes. Agit etiam de magia, unde vocatur etiam mantra dochaa, ſeu orationis venenum, quia in eo formulæ orationis magicæ quamplurimæ.

LIII.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus adveita dipike, id eſt, fax unitatis; liber eſt ad vedamtam, ſeu legem Indicam pertinens, & exponit eum modum quo Dei unitas ab Indis concipitur, juxta unam è primariis ſectis, in qua Deus ex Deo & mundo ſimul, una eſt eademque deitas.

LIV.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus ſomanada bachiam, vel vedamta ſomandam. Hic liber ad theologiam quoque pertinet, & præcipuè de natura τοῦ Chiven tractat, qui unus eſt è Trinitate Indica.

LV.

Codex corticeus, ſtylo chalybæo exaratus, quo continetur liber inſcriptus Bagarat Guitalou, aliàs Vedaſaram, id eſt, Dei Bagarat, ſeu Krichnou vel Krichnen orationes, aliàs legis, ſeu τοῦ vedam ſuccus. Orationes ſunt Dei Krichnou ad Arjanadou, fratrem τοῦ Darma Rajou, qui olim regni Aſſinapouranæ rex. Aſſinapouran autem Cachemiræ proxima.

LVI.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus chiva tatra viveka bachiam, ad Indorum theologiam, ſeu vedamtam pertinens, in quo multa de legibus, de diis multa.

LVII.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus udjog porbo de Mohabharot.

LVIII.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus adi porbo de Mohabharot. Prima pars.

LIX.

Codex corticeus, quo continetur ejuſdem

adi porbo de Mohabharot. Secunda pars.

L X.

Codex corticeus, quo continetur pars eadem adi porbo de Mohabharot, item Rhazdhormo.

L X I.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus ſchoupti porbo, & ſtri porbo de Mohabharot.

L X I I.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus dron porbo de Mohabharot.

L X I I I.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus aronnik porbo de Mohabharot.

L X I V.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus bhichuo porbo de Mohabharot.

L X V.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus chobba porbo de Mohabharot.

L X V I.

Codex corticeus, quo continetur prima pars & chanti porbo de Mohabharot Danodhorme.

L X V I I.

Codex corticeus, quo continetur ſecunda pars & chanti porbo de Mohabharot & Razdhormo.

L X V I I I.

Codex chartaceus, quo continetur tertia pars & chanti porbo de Mohabharot.

L X I X.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus corno porbo de Mohabharot.

L X X.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus achſorgio porbo de Mohabharot.

L X X I.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus birat porbo de Mohabharot.

L X X I I.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus ochuomedhoc porbo de Mohabharot, aſromovachoc porbo de Mohabharot, mouchol porbo, moha proſthan porbo, chuorgarohom porbo Mohabharot.

L X X I I I.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus utcolkomdo, ſeu hiſtoria & Jaguernath; item de eorum meritorum genere, quæ in viſitanda ejus pagoda ſeu templo comparantur.

L X X I V.

Codex corticeus, ſtylo chalybæo exaratus, quo continetur liber inſcriptus madariam. Hic liber eſt ſecunda pars libri darma chaſtram inſcripti, ubi agitur de pœnitentia & peccatorum purificatione.

L X X V.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus ſrivachna bouchana viakianam. Hic liber ad vedamtam, ſeu theologiam Indicam pertinet, & diſputationes theologicas continet. Volumen 1.

L X X V I.

Codex corticeus, ſtylo chalybæo exaratus, quo continetur liber inſcriptus ſouara manguiri de ſignis & vedam diſtinctivis. 1. volumen.

L X X V I I.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus pounar genmam, ſeu pounar genma achepam, id eſt, metempſychoſεως refutatio. Samskretanicè.

L X X V I I I.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus fouddi vilochanam. Hic liber ad darma chaſtram ſpectat, quæ una eſt è ſcientiis Indicis. Volumen 1.

L X X I X.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus giratma paramatma ſanvedam, unà cum giva prabodica. Libelli hi duo ad vedam, ſeu legem Indorum pertinent, ſuntque rariſſimi.

L X X X.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus adarvana vedam. Volumen eſt tertium & quarti vedam.

LXXXI.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus ſamavedam. Pars eſt tertia legis Indorum. Volumina ſunt tria, quorum unum charactere Nagriano.

LXXXII.

Codex corticeus, quo continetur collectio de linga pouranam.

LXXXIII.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus Brahma pouranam. Poëma eſt de Brahma ejuſque geſtis.

LXXXIV.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus Brahma bagrata pouranam: poëma de Brahma & Vichnou, diis Indicis.

LXXXV.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus Vichnou pouranam, id eſt, hiſtoria τ̃ Vichnou ejuſdem dei, unius ex diis Indicis.

LXXXVI.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus kalki pouranam. Hic liber narratio eſt fabuloſa de Vichnou in equum transformando, qua in figura caſtas, ſeu familias Indicas omnes ad unam redacturus eſt.

LXXXVII.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus matſia pouranam, de Vichnou in piſcem mutato.

LXXXVIII.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus narſingha pouranam, ſeu noroſchinghopuran, de Vichnou ſemi-homine & ſemi-leone facto, in una ex ejus tranſmigrationibus.

LXXXIX.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus bagrata pouranam, de deo Vichnou in figura τ̃ Krichnou apparente.

XC.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus bhagrata pouranam. Eadem hiſtoria fabuloſa, charactere Nagri, ſeu Indouſtanico.

XCI.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus Chiva pouranam, hoc eſt, ubi de deo Chiven ejuſque geſtis.

XCII.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus Bayou pouranam, de deo ventorum.

XCIII.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus agni pouranam prima pars de deo ignis, ſeu de ignis divinitate.

XCIV.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus bhumikanda τ̃ Paddua pouranam, in quo agitur de terra. Item in eodem volumine Amaraſingha Viakianam.

XCV.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus aronni pouranam, fabulæ verſibus ſcriptæ in honorem deorum. Secunda pars.

XCVI.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus kriajogaſara. Pars eſt τ̃ Poddo, aliàs Paddua (id eſt, dea telluris) pouran.

XCVII.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus Marcandea, ſeu Marcondea pouran, id eſt, hiſtoria fabuloſa de Addiachocti, aliàs Parvati, ſeu Parvoti, vel Dourga, auctore poëta *Marcondeo*.

XCVIII.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus ſchandica; hiſtoriæ ſunt è Marcandea pouran excerptæ.

XCIX.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus Kalica pouranam, de dea Kali, ſive Parvati in Kalin mutata.

C.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus ramacanam, opus τ̃ Baſſiſta Gourou de Ram, ſeu Rama, deo Indico.

CI.

Codex corticeus. Ibi continetur opus inſcriptum mahabaratam. Volumina ſunt 17.

Fabulæ ſunt de deorum Indicorum geſtis.

CII.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus adiparba. Repetitio eſt τȣ Mahabaratam.

CIII.

Codex chartaceus. Ibi continetur opus inſcriptum adiattua ramacanam, aliàs oddiottuo ramacon, id eſt, hiſtoria currens & vulgaris τȣ Ram.

CIV.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus bhagbot pouran, ſeu hiſtoria τȣ Krichnou; item officia & orationes hominum ipſi devotorum.

CV.

Codex corticeus, quo continetur prophetia, ſeu ramacon de Balmika, in quo etiam ſunt aronniok cando & kiskinda kando.

CVI.

Codex corticeus, quo continetur prophetia, ſeu ramacon de Balmik. Item uttora kando.

CVII.

Codex chartaceus, quo continetur prophetia ſeu ramacon τȣ Balmik, inſcripta lonka cando.

CVIII.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus bhurmo boiporto pouran: opus in partes diviſum quatuor, ubi de deo, de natura τȣ Krichnou, de Goneſch, &c.

CIX.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus brihanna radia pouranam, in quo de deorum multorum geſtis fabulæ.

CX.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus kalkikanda, volumina tria τȣ Skanda pouranam.

CXI.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus utkalkanda. Pars eſt alia τȣ Skanda pouranam.

LIBRI LEGALES

DE USIBUS, RITIBUS AC CULTU DEORUM INDICORUM.

CXII.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus bhacti ſaſtra, ſeu de pietate generatim.

CXIII.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus, rhaſſam rita ſindhu, de pietate erga Deos.

CXIV.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus pracaſſittia bibeka, tractatus de operibus remiſſionem peccatorum impetrantibus.

CXV.

Codex chartaceus. Ibi continetur tractatus de funeribus & cæremoniis exequiarum, inſcriptus ſradha bibeka, auctore *Sulapani.*

CXVI.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus ſradda preoga tattua τȣ ragunandana, item baſtujagtattua.

CXVII.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus ſradda, ſeu ſraddo totto, auctore *Gopal Ponſſanam.*

CXVIII.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus titinnio noc, aliàs tithinio naca, auctore *Ponſſanam,* ſeu eodem *Gopal.*

CXIX.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus bibada ſintamani, de legibus & juſtitiæ ſeu juris ac judiciorum adminiſtratione.

CXX.

Codex corticeus. Ibi continetur opus inſcriptum ratnacara, liber antiquus de legibus & ritibus in cultu deorum obſervandis.

CXXI.

Codex corticeus. Ibi continetur opus inſcriptum Manou, ſeu liber de legibus & cultu deorum, auctore *Manou.*

CXXII.

Codex chartaceus, quo continentur

principia de ſacrificiis, ſeu liber de ſacrificiorum oblatione, & iis queis offerri debent ſacrificia.

CXXIII.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus zalaſſaeot ſarga, ubi de lacuum & ſtagnorum conſecratione.

CXXIV.

Codex chartaceus. Ibi continetur opus inſcriptum ſandharba, liber de cultu τȣ̃ Krichnou, honoribuſque ei debitis.

CXXV.

Codex corticeus, quo continetur opus inſcriptum varaha ſanhita, de quibuſdam locis Indiæ ſacris. Additus eſt liber cui titulus ramacanam, auctore *Baſſiſta.*

CXXVI.

Codex corticeus. In eo continetur liber inſcriptus bharadera; manuale eſt τῶν Brahminum.

CXXVII.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus gunarichnou; expoſitio eſt τȣ̃ baradhera, ſeu ejuſdem, quod ſupra, manualis Brahminum.

CXXVIII.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus bhabadew, ſeu dii terræ. Hoc opere comprehenduntur variæ Brahminum conſecrationes.

CXXIX.

Codex corticeus, quo continetur opus inſcriptum ſandhia; liber eſt de cæremoniis Brachmanum propriis.

CXXX.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus τȣ̃ ſalagramma, ſeu precationis cujuſdam Brahminum propriæ laus & expoſitio.

CXXXI.

Codex corticeus. In eo continetur liber inſcriptus Hacaſirſſa. Nomen auctoris cujus liber de agam ſaſtra eſt, ſeu lege Indorum.

CXXXII.

Codex corticeus. Ibi continetur opus cui titulus ſanat kumara, liber itidem de legibus Indicis.

CXXXIII.

Codex corticeus. Ibi continetur opus inſcriptum tattua ſaſtra; liber eſt, auctore *Ragunandana,* in partes 24. diviſus, & voluminum 11. de legibus Indicis.

CXXXIV.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus ſaradatilak, opus de eodem agam ſaſtra, ſeu legibus Indorum.

CXXXV.

Codex corticeus. In eo continetur liber cui titulus tantraſara, eſt de cæremoniis juxta agam ſaſtra obſervandis.

CXXXVI.

Codex chartaceus, quo continetur opus inſcriptum bharat ſabitri. Expoſitio eſt argumenti librorum τȣ̃ Mahabharatam, qui ſunt de diis Indicis.

CXXXVII.

Codex chartaceus. Ibi continentur varia oupaniſata, ſive rami varii legum ab Indis nuncupatarum ſama & atharba.

CXXXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus briſot ſarga; eſt de vaccarum licentia, ſeu de ea libertate quam vaccis in alicujus morte concedunt Indi.

LIBRI PHILOSOPHICI.

CXXXIX.

Codex corticeus, ſtylo Chalybæo exaratus. Ibi continetur opus inſcriptum annam battiam gopinada miſriam, ſeu commentarius in tarca chaſtram vel logicam.

CXL.

Codex corticeus, quo continetur opus inſcriptum mani, ſeu logica magna. Liber eſt in quo propriè philoſophia Indorum tota.

CXLI.

Codex chartaceus. Ibi continentur τȣ̃ Gangueſſa libri 4. de dialectica juxta Neaka darſanam, ſeu ſectam vocatam Neaka, à Gotta Brachmane fundatam.

Primus, pratiakkiam, ſeu de teſtimonio ſenſuum ad veritatis cognitionem relato.

Secundus, anoumanam, de naturalibus ſignis in ſenſum actu non cadentibus, ubi de ratiocinatione.

Tertius,

Tertius, upamanam, de conjecturis & argumentis moralibus.

Quartus, Sabda, de verbis, vocibusque ac signis ex instituto significantibus.

CXLII.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inscriptus prakkiadar seu pratiakkiam, τȣ̃ *Misræ* commentarius in duos priores libros Sinthamani.

CXLIII.

Codex antiquus, chartaceus, quo continetur liber quartus è commentariis τȣ̃ *Misræ*.

CXLIV.

Codex corticeus, quo continetur opus inscriptum τȣ̃ Gangueſſæ pratiakkiam, seu prima pars logicæ, auctore *Gangueſſa*.

CXLV.

Codex corticeus, antiquus. In eo continetur liber primus *Sinthamani*.

CXLVI.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber cui titulus bhabananda in anumanam, sive methodum, & secundam philosophiæ partem à *Misra* compositam.

CXLVII.

Codex chartaceus, quo continetur opus inscriptum bhabananda in sabdam, id est, in quartam partem logicæ Misreanæ.

CXLVIII.

Codex antiquus, chartaceus, in quo liber quartus τȣ̃ *Sinthamani* seu *Gangueſſæ*.

CXLIX.

Codex chartaceus. Ibi continetur commentarius in pratiakkiam & anumanam, seu primam & secundam philosophiæ Indicæ partem, à *Ragunatha* seu *Siromani*.

CL.

Codex chartaceus, antiquus, qui commentariorum in anoumanam, seu secundam τȣ̃ Siromani, aliàs Ragounathæ, partem continet.

CLI.

Codex corticeus, quo continetur liber inscriptus pratiakkiam, seu prima logicæ pars, à *Bapaſbati* breviter ac dilucidè explicata.

CLII.

Codex chartaceus. Ibi continetur opus inscriptum pratakia prabha, seu expositio τȣ̃ pratakia kandam, de prima parte philosophiæ, id est, sensuum testimonio ad inveniendam veritatem.

CLIII.

Codex corticeus, quo continetur commentarius in primum librum τȣ̃ Sinthamani, cognominati Siromani.

CLIV.

Codex corticeus, quo continetur commentarius *Mathouratæ* in secundum & quartum librum Sinthamani.

CLV.

Codex chartaceus. Ibi continetur commentarii τȣ̃ *Jagadiſſa* in librum secundum seu anoumanam τȣ̃ Siromani, pars secunda.

CLVI.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inscriptus Godadhara in pratiakkiam Kandam.

CLVII.

Codex corticeus, quo continetur commentarius in librum Siromani priorem, à *Godadhara*, cognominato *Magiſtro*.

CLVIII.

Codex chartaceus, quo continetur prima pars commentarii à *Magiſtro* seu *Godadhara* scripti in anumanam seu secundam partem τȣ̃ Siromani, aliàs Ragounatha.

CLIX.

Codex chartaceus. Ibi continetur commentarius in secundam partem seu anoumanam τȣ̃ Siromani seu Ragounatha.

CLX.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inscriptus Godadhara, aliàs Magister, in τὸ anumanam seu secundam partem dialecticæ, ab *Siromani* seu *Ragounatha* concinnatæ.

CLXI.

Codex chartaceus, quo continetur liber inscriptus Godadhara in idem anumanam; aliud exemplar ejusdem secundæ partis.

CLXII.

Codex chartaceus, quo continentur

opera *Godadharæ* ſeu *Magiſtri* propria.

CLXIII.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus Mathouranata, qui eſt tractatus de vero legum ſenſu, aliàs bidhibada.

LIBRI SECTÆ PRIMÆ, ſeu NEACA.

CLXIV.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus dribbia kiranabali, auctore *Oudecanaſſarja*, de natura & diſtinctione entium, & commentarii in eundem librum, auctore *Bardhamana*.

CLXV.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus baguirata, de natura & diſtinctione rerum ſeu entium.

CLXVI.

Codex corticeus. Ibi continetur expoſitio ſeu commentarius τ *Bardhamana* in dribbia kiranabali, de natura entium & diſtinctione.

CLXVII.

Codex corticeus, antiquus, quo continetur liber cui titulus guna kiranabali ab *Oudecanaſſarja*, de rerum qualitatibus.

CLXVIII.

Codex corticeus. Ibi continetur τ *Bardhamana* commentarius in guna kiranabali.

CLXIX.

Codex chartaceus, quo continetur operis à *Bardhamana* in τὸ dribbi kiranabali, de rerum natura & diſtinctione conſcripti, elucidatio.

CLXX.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus nilabati pracaſſa, commentarius in Biankatabatta, volumina 4. Primum, de entibus. Secundum, de proprietatibus. Tertium, de eorumdem entium operationibus. Quartum, de anumanam ſeu methodo cognoſcendi ea quæ ignota ſunt, per ea quæ jam cognita.

CLXXI.

Codex chartaceus. Ibi continetur commentarius in nilabati, id eſt, in libros quatuor τ Biankatabatta.

CLXXII.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus τ *Baſſaſpati* commentarius in principia ſectæ Neaca Darſanam vocatæ, quæ auctorem habuit Brachmanem Gottam; item in eodem volumine expoſitio brevis in pratiakkiam, ſeu primam dialecticæ partem.

CLXXIII.

Codex chartaceus, quo continetur opus inſcriptum ſacti bada, de potentia & virtute rerum aut entium.

CLXXIV.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus kouſſoumanzali τ *Oudecanaſſarjia*, de exiſtentia & natura Dei, contra Bodhiſtas. Item in eodem tomo Bahuddhadhikara, opus τ *Ragounatha*, vulgò *Siromani*, contrà Bodhiſtas.

CLXXV.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus battyagtattua. Item in eodem libro ſradda, preoga tattua de Ragunandana, id eſt, principia Ragunathæ ſeu Sinthamani.

CLXXVI.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus badartha, uno volumine comprehenſa.

1. Deuta bada, ſeu de natura deorum.
2. Muctibada, de ſalute aut libertate perfecta.
3. Pragabada, de rebus poſſibilibus & futuris contingentibus.
4. Bichiſta baiſiſta bada, de qualitatibus.
5. Bidhibada, de vero legum ſenſu.
6. Obidha, de potentiis entium propriis.
7. Bayou badha, de vento & aere.
8. Ratnakoskara, dialecticæ præcepta.

CLXXVII.

Codex chartaceus. Ibi continetur opus ejuſdem *Siromani*, inſcriptum badartha kandanam, in quo probare aggreditur præter Deum nullam aliam cauſam eſſe.

CLXXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus apourbabada, auctore *Mathouranata*, de fato. Compactus eſt unà cum τῷ atkiatbada.

CLXXIX.

Codex chartaceus. Ibi continetur opus

inscriptum siddianta, vel chiddianta muctabali. Hic liber introductio est ad philosophiam & propriè ad dialecticam; additur in eundem commentarius.

CLXXX.

Codex chartaceus, quo continentur prima & secunda pars dialecticæ, à *Misra*.

LIBRI SECTÆ SECUNDÆ, seu MIMANGSA.

CLXXXI.

Codex chartaceus. Ibi continentur Mimangsa Darsanam, id est, sectæ Mimangsa appellatæ, principia explicata.

CLXXXII.

Codex chartaceus, quo continetur idem Mimangsa Darsanam, seu liber itidem de sectæ principiis.

CLXXXIII.

Codex chartaceus. In eo continetur Mimangsa Darsanam exposita, seu secundæ sectæ Indicæ principia explicata. Secunda pars.

CLXXXIV.

Codex chartaceus. In eo continentur eadem ejusdem sectæ Mimangsa principia exposita.

CLXXXV.

Codex chartaceus, quo continetur liber inscriptus Mimangsa suttra adhikarana mala, id est, sectæ Mimangsa principiorum expositio.

LIBRI SECTÆ TERTIÆ, seu BEDANTA DARSANAM.

CLXXXVI.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inscriptus Bedanta Darsanam, id est, philosophia sectæ tertiæ, vocatæ Bedanta Darsanam, exposita & explanata, auctore *Bahrati-Tirtha*.

CLXXXVII.

Codex chartaceus, quo continetur opus inscriptum Bedanta-Saram, id est, medulla τῆς Bedanta Darsanam, seu sectæ Bedanta.

CLXXXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur opus inscriptum Bedanta Suttra, id est, principia sectæ Bedanta, cum aliis operibus ejusdem sectæ 4.

LIBRI SECTÆ QUARTÆ, seu SANKIA DARSANAM.

CLXXXIX.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inscriptus Sankia Suttra, id est, principia sectæ Sankia, à *Kapila* ejus principe ac fundatore conscripta.

CXC.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inscriptus Sankia Suttra, vel Sankia Darsanam, seu tertiæ scholæ principia, à *Bassaspati* exposita.

CXCI.

Codex chartaceus, quo continetur opus inscriptum Sankia-Sara, seu Sankiæ medulla, prima pars principiorum quartæ sectæ philosophicæ Indicæ Sankia. Item pars secunda eorumdem principiorum.

LIBRI SECTÆ QUINTÆ, seu PANTAZALA.

Habentur adhuc nulli.

LIBRI SECTÆ SEXTÆ, seu BHASSIA DARSANAM.

CXCII.

Codex chartaceus, quo continetur liber inscriptus Bhassia Darsanam, seu principia sectæ Bhassia appellatæ, exposita, atque unà cum commentariis.

LIBRI ASTRONOMICI & ASTROLOGICI.

CXCIII.

Codex chartaceus. Ibi continetur siddianta manzari, liber astronomicus ita vocatus.

CXCIV.

Codex chartaceus, quo continetur liber inscriptus zatak arnava, tractatus itidem astronomicus.

CXCV.

Codex chartaceus, quo continetur alius tractatus astronomicus cui titulus bhassuati.

CXCVI.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus ziotich totto, de aſtronomia ad religionem relata ac referenda.

CXCVII.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus dziouti pradip ſeu prodip aſtronomica.

CXCVIII.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus xuddi dipika zatra nirnoc. Liber eſt aſtronomicus, & propriè ad kalendarium pertinens.

CXCIX.

Codex corticeus, quo continetur opus inſcriptum krama dipika. Liber eſt aſtronomicus ſimul & aſtrologicus.

CC.

Codex corticeus, quo continetur opus inſcriptum ſamice pradipa, aliàs prodipe. Itidem aſtronomicus & aſtrologicus liber.

CCI.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus ſatkritia dipika, vel ſatkritia muctaboli, de rebus aſtronomicis. Item hymnorum collectio.

LIBRI PHILOLOGICI ac GRAMMATICI, &c.

CCII.

Codex chartaceus, quo continetur grammatica Latino-Tamulica, ubi de vulgari Tamulicæ linguæ idiomate Codundamil appellato, auctore R. P. *Conſtantio Joſ. Beſchio,* Societatis Jeſu, in Madurenſi regno Miſſionario.

CCIII.

Codex chartaceus. Ibi continetur grammatica linguæ Talanganicæ, vulgò dictæ *le Badega*, quæ in peninſula Indiæ media, uſque ad Golkondæ regnum in uſu eſt. Scriptura ejus litterarum numero, perfectiſſima habetur, & ſonos linguæ Samſcretanæ mirè repræſentat, unde à doctis in ſermone Samſcretanico adhiberi ſolet. Auctor eſt unus è Miſſionariis Gallicæ Miſſionis, Societatis Jeſu. Anno 1729.

CCIV.

Codex chartaceus Ibi continetur dictionarium Tamulico-Luſitanum, inſcriptum vocabulario Tamulico-Luſitano. In fol.

CCV.

Codex chartaceus, quo continetur dictionarium Luſitano-Tamulicum, inſcriptum vocabulario Luſitano-Tamulico. In fol.

CCVI.

Codex chartaceus, quo continetur dictionarium Telonganico, ſeu Talanganico-Gallicum, Gallicè *Telongou François,* tranſcriptum anno 1727. In fol.

CCVII.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber grammaticus inſcriptus *Grammaire pour apprendre la langue Tamoul,* dite vulgairement *le Malabar,* ou *la langue Malabare.* Lingua eſt peninſulæ Indicæ à promontorio Comorino uſque ad gradum latitudinis ſeptentrionalis decimum quartum. Alia tamen in regno Maiſſour, ſed parùm diverſa, uſurpatur. Hujuſce operis auctor unus è Miſſionariis Gallis Societatis Jeſu. Anno 1728.

CCVIII.

Codex chartaceus, quo continetur dictionarium Talanganico-Samſcretanicum.

CCIX.

Codex chartaceus, quo continetur ſaittia obadecham. Poëma eſt Talanganicum ita inſcriptum.

CCX.

Codex chartaceus, quo continetur ars poëtica, Tamulicè. Item liber courmæ pourana.

CCXI.

Codex corticeus, ſtylo chalybæo exaratus. Ibi continetur opus inſcriptum bramma outtara kanam ſeu kandam. Liber eſt de deo Chiven, & ad decem octo poëmata pertinet.

CCXII.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus pancha tantri. Fabulæ ſunt Indicæ, Samſcretana lingua primùm ſcriptæ, quarum auctor *Carirakcha Sſoudou,* in queis inveniuntur pleræque ex illis quas *Lokmano* vulgò tribuunt. Item chartaceus codex cui titulus Vikra Markouni charitra, ſeu hiſtoria

τῶ Vikra Markoudou, Samſcretanicè, & ſic primitùs ſcripta.

CCXIII.

Codex chartaceus. Ibi continetur dictionarium linguæ Tamulicæ doctrinalis, ſeu ſcientificæ, appellatæ chem Tamoul, aliàs ſentamil. Tamulicè.

CCXIV.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus ſoupanta viakianam; commentarius eſt lingua Samſcretana in grammaticam Samſcretanam, auctore incerto.

CCXV.

Codex chartaceus. Ibi continetur *Bopderæ* grammatica Samſcretana, vulgò dicta Mougebodha.

CCXVI.

Codex chartaceus. Ibi continetur in grammaticam τῶ *Bopdera,* Mougdhebodha dictam, commentarius.

CCXVII.

Codex chartaceus, quo continetur grammatica linguæ Samskertæ, ſeu Samskortanæ, à *Kalapa.*

CCXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur commentarii in grammaticam τῶ Kalapa, prima pars.

CCXIX.

Codex chartaceus, quo continetur commentarii in grammaticam τῶ Kalapa, eadem prima pars.

CCXX.

Codex corticeus. Ibi continetur commentarius in grammaticam Samskortanam τῶ Kalapa; ſecundæ partis tomus ſecundus.

CCXXI.

Codex corticeus, quo continetur idem ſecundus tomus ſecundæ partis.

CCXXII.

Codex chartaceus. Ibi continetur commentarius in grammaticam τῶ Kalapa Samskortanam. Tomi tertii volumen primum.

CCXXIII.

Codex chartaceus. Ibi continetur ejuſdem commentarii τῶ Kalapa, tertiæ partis ſecunda pars.

CCXXIV.

Codex chartaceus, quo continetur grammatica linguæ Samskertæ ſeu Samskortanæ, auctore *Kramma Diſſouara.* Dicitur hæc grammatica zamoura ſeu ſankiptaſara.

CCXXV.

Codex chartaceus, quatuor conſtans voluminibus, quibus continentur commentarii in grammaticam dictam zamoura.

CCXXVI.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus harabali, tractatus grammaticus in genera nominum, unà cum aliis quibuſdam ejuſdem argumenti.

CCXXVII.

Codex chartaceus, quo continentur annotationes in aliquot verba, auctore *Dachabali.*

CCXXVIII.

Codex chartaceus. Ibi continetur opus inſcriptum manorama; præcepta grammatica.

CCXXIX.

Codex chartaceus. Ibi continetur opus inſcriptum atkiatbada τȣ̃ Mathourata in grammaticam, unà cum aliis compactum.

CCXXX.

Codex chartaceus, quo continetur tractatus grammaticus inſcriptus baſura karika.

CCXXXI.

Codex chartaceus, quo continetur grammatica linguæ ſeu dialecti Parakertæ, qua utuntur auctores plurimi, præſertim è poëtis.

CCXXXII.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus ſandomanzari, tractatus de verſificatione Samſcretana. Lingua Samſcretana.

CCXXXIII.

Codex chartaceus, quo continetur tractatus alius de eadem verſificatione Samſcretana, dictus Sandobilacha.

CCXXXIV.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber

inſcriptus ſaguitadamodara, tractatus de carminum cantu.

CCXXXV.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus kabbia ſandrika, tractatus de poëmate atque arte poëtica.

CCXXXVI.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus Dandi, de ſtyli ſeu orationis elegantia. Auctoris eſt & libri nomen.

CCXXXVII.

Codex chartaceus. Ibi continetur opus inſcriptum *Bamana*, de orationis pulchritudine. Ita vocatur liber & auctor.

CCXXXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus nataka ſandrika, de elocutionis pulchritudine ſeu elegantia.

CCXXXIX.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus bidagda mukmandar alam, de ſtyli ornamentis, id eſt, iis quæ ad ſtylum ornandum conferunt.

CCXL.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus ſahettia darpanam, de orationis figuris & ornamentis, præcipuè in poëſi.

CCXLI.

Codex chartaceus, quo continetur commentarius in librum inſcriptum ſahettia darpanam.

CCXLII.

Codex chartaceus, quo continetur opus cui titulus kabbi kalpa-tata, de ornamentis figurarum poëticarum.

CCXLIII.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus kabbia pracaſſa, de poëſεως pulchritudine.

CCXLIV.

Codex chartaceus. Ibi continetur commentarius in kabbia pracaſſa, de poëſi ejuſque pulchritudine. Item commentarius in ſahettia darpanam.

CCXLV.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus Amaraſingha vakianam, ſeu dictionarium ꝑ *Amaraſingha*.

CCXLVI.

Codex chartaceus. Ibi continetur dictionarium nominum Samſcretanorum, auctore eodem *Amaraſingha*.

CCXLVII.

Codex chartaceus. Ibi continetur dictionarium nominum Samſcretanorum, vulgò dictum Biſſouabidhanam.

CCXLVIII.

Codex chartaceus. Ibi continetur dictionarium nominum Samſcretanorum, vocatum Caumodi.

CCXLIX.

Codex chartaceus, quo continetur dictionarium verborum Samſcretanorum.

CCL.

Codex chartaceus, quo continetur dictionarium verborum Samſcretanorum, vulgò dictum Gana.

LIBRI POETICI.

Poëmata dicta Sahettia.

CCLI.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus kadambari; prima pars, de multis antiquis Indiæ regibus.

CCLII.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus kadambari; ſecunda pars, de multis antiquis Indiæ regibus.

CCLIII.

Codex chartaceus. Ibi continetur opus inſcriptum kabi rahaſſia, de rege Harſadera.

CCLIV.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus anandalohari ſanti ſatacam. Verſus ſunt ethici.

CCLV.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus Ouddhaba-duta. Legatio eſt ꝑ Ouddhaba à Krichnou miſſo.

CCLVI.

Codex chartaceus, quo continetur liber

inſcriptus meghaduta. Fabula de nubibus ab Indra miſſis.

CCLVII.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus magha ſeu magh ſahettia, ex nomine cujuſdam regis, qui illud ab ejus auctore *Kalida* emit. Continet facta ⚹ Krichnou & ⚹ Balaram. Script. Samſcret.

CCLVIII.

Codex chartaceus. Ibi continetur poëma ex numero τῶν ſahettia, inſcriptum botti, auctore *Bartrihari;* complectitur res geſtas, ſeu fabuloſa facta τοῦ Ram, & ea mente compoſitum eſt, ut verborum Samskretanorum conjugatio diſcatur faciliùs. Script. Samſcret.

CCLIX.

Codex chartaceus. Ibi continetur opus inſcriptum kamoura ſahettia. Poëma eſt de dea Dourga ejuſque geſtis.

CCLX.

Codex chartaceus, quo continetur poëma ex numero τῶν ſahettia, inſcriptum bharabi, in quo fratrum quinque Pandaw geſta fabuloſa. Script. Samſcret.

CCLXI.

Codex chartaceus, quo continetur poëma inſcriptum Ragou, ex numero τῶν ſahettia, in quo Ragou; nomen eſt unius ex Ragounæ ſeu Ramæ majoribus. Script. Samſcret.

CCLXII.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus Naiſat; prima pars poëmatis, è numero τῶν ſahettia, de rege Naiſat. Continet etiam aliorum quorumdam regum hiſtoriam, auctore *Archa.*

CCLXIII.

Codex chartaceus. Ibi continetur ejuſdem libri inſcripti Naiſat, ſecunda pars, de rege Nala & regina Daimanti.

Poëmata Nataka *dicta, quæ dialecto Parakerta ſcripta omnia.*

CCLXIV.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus maha nataka. Res à Rama geſtæ.

CCLXV.

Codex corticeus, quo continetur liber inſcriptus beniſanghar. Poëma eſt è natakorum genere, de rege Barat ſeu Barata.

CCLXVI.

Codex corticeus. Ibi continetur opus inſcriptum bikra mordaſſi. Poëma è natakorum numero de rege Narſinghadeva.

CCLXVII.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus ragha Pandava. Poëma ex natakorum numero de quinque Pandaw & Ragunæ filiis.

CCLXVIII.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus mourari, de Krichnou & aliorum heroum antiquorum geſtis. Poëma eſt è numero τῶν nataka.

CCLXIX.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus mouddra rakkiaſſa. Poëma eſt è natakorum genere, de antiquo rege Biſſakadatta, ejuſque factis.

CCLXX.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus abigguion ſacuntala; poëma ex numero natakorum de Krichnou.

CCLXXI.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus ratnabali nataka, de rege Harſadera. Compactus eſt unà cum kabi-rahaſſia.

Alia poëmata.

CCLXXII.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus amaruſatak; verſuum moralium collectio.

CCLXXIII.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus haſſiarnava; verſus itidem morales.

CCLXXIV.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber poëticus ad mores rectè dirigendos, inſcriptus lalita madhara.

CCLXXV.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus mohamudgara & rituſanghara; verſus morales & poëmata.

CCLXXVI.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus hitopades ſeu hitopadeſſa. Fabularum collectio inſtitutioni principum accommodata. Item poëma allegoricum de homine ejuſque affectionibus, ex numero natakorum, cui titulus prabodhſandrodaea.

CCLXXVII.

Codex corticeus. Ibi continetur liber inſcriptus zacadeva, hymnorum collectio de diis & heroibus Indicis. Item liber ſatkritia de aſtronomia.

CCLXXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur liber inſcriptus prabodhſandrodaea; poëma allegoricum de homine.

CCLXXIX

Codex chartaceus. Ibi continetur poëmatis ejuſdem prabodhſandrodaea aliud exemplar.

CCLXXX.

Codex corticeus. Ibi continetur opus inſcriptum Ganga bakkia; tractatus de Gange flumine, ejuſque elogium.

CCLXXXI.

Codex chartaceus. Ibi continetur liber inſcriptus ſchandika vel tſchandika; poëma in laudem τῆς Parvati. Incluſum eſt hoc poëma in Marcandea pouran.

CCLXXXII.

Codex chartaceus, quo continetur grammatica Latino-Tamulica, ubi de elegantiori linguæ Tamulicæ dialecto; adjunctis Tamulicæ poëſeos rudimentis, ad uſum Miſſionariorum Societatis Jeſu.

CCLXXXIII.

Codex chartaceus, quo continentur grammatica & dictionarium linguæ Samſcretanicæ.

CCLXXXIV.

Codex chartaceus, quo continetur theſaurus linguæ Tamulicæ, quem ad pleniorem planioremque ſcriptorum Tamulenſium intelligentiam collegit, ac in quatuor partes digeſſit *Conſtantius Joſephus Beſchius*, è Societate Jeſu, in regno Madurenſi Miſſionarius, ad uſum ejuſdem Societatis Miſſionariorum.

ALII CODICES INDICI.

CCLXXXV.


Volumen Indicum, Malabaricum, in cortice compactum, ligno picto & glutine Sinico, Gallicè *Vernis,* funiculis inter folia colligatum, catechiſmum continens. Volumen 1.

CCLXXXVI.

Volumen magnum & longiſſimum in papyro Turcica, Arabicis litteris conſcriptum; in quo Cophtorum Patriarchæ ad Petri cathedram, ſive eccleſiam catholicam, è ſecta Jacobitarum reverſio. Volumen 1.

CCLXXXVII.

Volumen parvulum ſed longiſſimum, ita ut pedes quindecim excedat, in quo, charactere Indico-Peguano, continentur multa ad arithmeticam, aſtronomiam & chronologiam Peguenſem pertinentia. Volumen 1.



APPENDIX

APPENDIX

Complectens Codices Manuscriptos paucis abhinc mensibus in Bibliothecam Regiam illatos.

CODICES SYRIACI.

VETUS TESTAMENTUM.

In-folio.

V I. *A.*

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Isaïas, cujus primum & secundum caput desiderantur.

2.° Duodecim Prophetæ minores.

3.° Jeremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, Esther & Judith.

4.° Esdras, cujus finis post Josephi de rationis imperio sermonem, reperitur.

5.° Nehemias, Ecclesiasticus Jesu filii Sirach, & tres libri Machabæorum.

6.° Josephi sermo de rationis imperio, in laudem Machabæorum.

7.° Tobias, cujus finis desideratur.

Hujusce codicis pars fermè dimidia manu antiquissima, cætera recentiori scripta, vel potiùs suppleta sunt.

VETERIS TESTAMENTI INTERPRETES.

In-folio.

X X X I I. *A.*

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Anonymi commentarius in Pentateuchum, è sanctorum Patrum scriptis collectus.

2.° Apocalypsis.

3.° Vita Ibrahimi ben Zaraa, Syri & Jacobitæ, qui in Patriarcharum Alexandrinorum catalogo sexagesimus secundus occurrit. Ibi inepta multa & fabulis proxima reperias.

4.° Vita Josephi, Jacobi filii, Patriarchæ Alexandrini, è Jacobitarum secta.

5.° Vita Davidis Prophetæ.

6.° Catalogus quatuor anni tempestatum, duodecim mensium, & totidem zodiaci signorum, ubi de illorum in sublunaria influxibus differitur.

Is codex anno Christi 1293. exaratus est.

THEOLOGI.

In-quarto.

C X X I V. *A.*

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Fidei professio, Conciliorum & Patrum testimoniis stabilita adversùs Arium, Apollinarem, Macedonium, Nestorium & Eutychem. Hæc autem fidei professio tribuitur *Joanni Maroni*, Patriarchæ Antiocheno, qui sæculo septimo floruit. Dubitandi tamen locum relinquunt plurimâ Monothelismi vestigia quæ in hocce opere deprehendas. Accedit quòd Severus hæreticorum antesignanus ibi summis laudibus efferatur. Itaque dicendum est vel Maronem professionis auctorem non esse, vel illius tractatum ab hæretico aliquo fuisse interpolatum.

2.° Confutatio operis adversùs Monothelitas conscripti. Subjungitur dialogus de trisagio Græcum inter & Eutychianum. Utriusque lucubrationis auctor est *Thomas*, episcopus Cafar Ihab, urbis non magno intervallo ab Alepo dissitæ. Is autem sub finem septimi sæculi floruit.

3.° Dialogus inter S. Ephræmum & ejus discipulum. Ibi Paganorum, Judæorum, & Mohammedanorum errores refelluntur.

Is codex, ad cujus regionem legitur interpretatio Arabica, anno Christi 1069. exaratus est.

CXXX. *A.*

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur homiliæ aliquot, ab episcopo Copto in Ægypto compositæ.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

CXXXI. *A.*

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur anonymi tractatus, quo de confessione, de communione, de pœnitentia, aliisque ejusdem argumenti rebus differitur.

Is codex sæculo XII. exaratus videtur.

CODICES COPTICI.

VETUS TESTAMENTUM.

In-folio.

II. *A.*

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur Ezechiel, cui è regione adjuncta est Arabica interpretatio.

Is codex ad usum domus Patriarchalis, anno Christi 1355. exaratus dicitur.

XIV. *A.*

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continentur Evangelia quatuor è Græca lingua in Copticam conversa, divisaque in sectiones. Adjuncta est è regione Arabica interpretatio.

Is codex anno Christi 1573. exaratus est.

LIBRI RITUALES.

In-octavo.

XLII. *A.*

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continentur:

1.° Hymni varii diebus festis in ecclesia Coptica cani soliti.

2.° Hymni Arabicè scripti ad usum ecclesiæ Copticæ.

3.° Quæsita & responsa de rebus ad theologiam pertinentibus. Illorum auctores feruntur SS. *Basilius* & *Gregorius Nazianzenus.*

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

GRAMMATICI.

In-quarto.

LI. *A.*

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur anonymi lexicon Coptico - Arabicum, quo voces Novi Testamenti difficiliores explicantur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

LI. *B.*

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur anonymi lexicon Coptico-Arabicum, quo explicantur voces minùs obviæ libri cujusdam qui aurum purum inscribitur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

CODICES ARMENI.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-octavo.

X. *A.*

Codex membranaceus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur Evangelia quatuor in sectiones divisa. Præmittuntur *Eusebii* canones, unà cum illius ad Carpianum epistola.

Is codex variis figuris, iisque non inelegantibus, ornatus, sæculo decimo quinto exaratus videtur.

LIBRI RITUALES.

In-quarto.

XXVI. *A.*

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber inscriptus machetots, sive rituale apud Armenos receptum.

Is codex anno Christi 1537. exaratus est.

XXX. *A.*

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur opus cujus titulus D. jachoughirg, id est, liber jentaculi, complectens lectiones ex Evangeliis & Apostolorum epistolis depromtas, quæ in officio Armenorum ecclesiastico usurpari solent.

Is codex anno Christi 1676. exaratus est.

LIBRI RITUALES.

In-octavo.

XLIII. *A.*

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Notæ cæremoniarum quæ in officio Armenorum ecclesiastico, tam dominicis, quàm festis diebus servari solent.

2.° Tabula qua indicantur hymni & psalmi quos certis quibusdam diebus Armena ecclesia usurpat.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MEDICI.

In-folio.

CVI. *A.*

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur anonymi opus, quo de variis morborum generibus, ut & de remediis ad illos curandos potissimùm idoneis differitur. Opus lingua Armena vulgari scriptum, & in quo plurimæ voces Turcicæ occurrunt.

Is codex Hispahani anno Christi 1682. exaratus est.

GRAMMATICI.

In-folio.

CXXIII. *A.*

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur anonymi lexicon medicum, ubi de plantis, arboribus & mineralibus, quibus medici in curandis morbis uti consueverunt. Opus lingua vulgari Armena scriptum, & in quo complures voces Arabicæ & Turcicæ occurrunt.

Is codex Leopoldi in Polonia anno Christi 1617. exaratus est.

POETÆ.

In-octavo.

CXXX. *A.*

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Carmen in laudem Nersis Armenorum Patriarchæ, auctore *Nerse*, archiepiscopo Lampronensi, Nersis fratris Patriarchæ è filia nepote.

2.° Ejusdem ænigmata, versibus ad recreandos hominum animos conscripta.

3.° Carmen juxta litterarum alphabeti seriem dispositum, & ad puerorum institutionem accommodatum. Auctore doctore *Araquel.*

4.° Carmen de expugnata à Saracenis urbe Edessa, anno Christi 1151. Auctore *Nerse,* Armenorum Catholico.

5.° Ejusdem poëmation in S. Crucem.

6.° Ejusdem poëmation in idem argumentum.

7.° Ejusdem precatio, versibus scripta, in honorem SS. archangelorum Michaelis & Gabrielis.

Is codex sæculo decimo septimo videtur exaratus.

CODICES ARABICI,

Vel à Christianis scripti, vel ad Religionem Christianam spectantes.

VETUS TESTAMENTUM.

In-folio.

V. *A.*

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur Pentateuchus in sectiones ad usum ecclesiæ Copticæ divisus. Ad calcem reperiuntur canones nonnulli quibus in conficiendo calendario uti solent.

Is codex anno Christi 1217. exaratus est.

VETUS TESTAMENTUM.

In-quarto.

XVI. *A.*

Codex chartaceus, olim Benedicti de

Maillet. Ibi continentur psalmi Davidis, in sectiones septem divisi, juxta morem in Melchitarum ecclesiis receptum. Insertæ sancti Joannis Damasceni antiphonæ viginti. Ad calcem vero rejecta sunt sacræ scripturæ cantica.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

VETUS TESTAMENTUM.

In-octavo.

XIX. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continentur psalmi Davidis; singulorum autem Psalmorum initio annotatum reperitur quæ sit illorum, juxta ridiculam Coptorum opinionem, vis & potestas.

Is codex anno Christi 1635. exaratus est.

XX. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continentur psalmi Davidis.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-quarto.

XXIV. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continentur Evangelia quatuor; singulis autem Evangeliis præfixæ præfationes.

Is codex anno Christi 1545. exaratus est.

XXIV. B.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continentur Evangelia quatuor, summa elegantia ab *Abulmauvahheb Jaacub*, filio *Noomæ, Depsensi,* Maronita, conversa. Quod opus ab illo susceptum fuisse dicitur, ut Mohammedanis obviam iret, qui priores interpretationes tamquam rudes & parum concinnas reprehendebant. Ad hanc quod attinet, duo tantùm exemplaria prodiisse traditur, nempè hoc nostrum & aliud quod Alepi servatur. Auctor enim morti proximus amicos oraverat ne cuiquam describendi copiam facerent. Pestilentia correptus, obiit Alepi anno Christi 1692. quinquagenario major.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-octavo.

XXVII. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur Joannis Evangelium, in sectiones ad usum ecclesiæ Copticæ divisum. Præfixa est præfatio, qua de Apostoli vita, morte, & anno quo Evangelium scripsisse fertur, sermo fit.

Is codex anno Hegiræ 1076. exaratus est.

SANCTI PATRES.

In-folio.

LIII. A.

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continentur recognitiones S. *Clementi,* Petri Apostoli discipulo, vulgò tributæ, & quæ Nicosiæ in insula Cypro repertæ dicuntur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

SANCTI PATRES.

In-quarto.

LXIX. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continentur:

1.° Homilia prorsus insulsa de morte Aaronis summi Pontificis. Hujusce homiliæ auctor dicitur S. *Jacobus.*

2.° S. *Basilii* homilia in laudem beatæ Virginis.

3.° Anonymi narratio apocrypha de obitu Josephi Patriarchæ, Salomonis regis, & Josephi beatæ Virginis sponsi.

4.° Homilia S. *Ephræmo* tributa, de beatæ Virginis ingressu in Ægyptum.

5.° Narrationes apocryphæ miraculorum à SS. Basilio, Georgio martyre, & archangelis Michaele & Gabriele patratorum.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

THEOLOGI.

In-quarto.

CII. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur tractatus theologicus in capita quindecim divisus, quibus de Trinitate & Incarnatione differitur. Auctor verò hujusce operis dicitur Coptus doctor, eloquentiæ laude conspicuus.

Is codex anno Christi 1535. exaratus est.

CIII. A.

Codex chartaceus, olim Bénedicti de Maillet. Ibi continetur liber inscriptus manifestatio mysteriorum juxta Christianorum

doctrinam, sive antidotum intellectus de scientia & cognitione fundamentorum. Dividitur in duas partes, in quarum priore de Deo trino & uno, de Christi divinitate & humanitate, cæterisque ad illud mysterium pertinentibus differitur. In altera de Christi mandatis, & virtutibus Christianæ religioni peculiaribus. Sequitur corollarium, ubi quæstionibus à Mohammedanis proponi solitis respondetur. Hic tractatus à doctore Copto in gratiam viri cujusdam primarii conscriptus dicitur anno Hegiræ 1035. quo anno is codex exaratus est.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In-folio.

CXXXI. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continentur:

1.° *Said Ebn Batrik*, sive *Eutychii*, Patriarchæ Alexandrini, annales ab orbe condito ad annum usque Hegiræ 329. deducti.

2.° *Said*, cognomine *Antiocheni*, annales ab anno Hegiræ 326. ad annum ejusdem æræ 417. perducti. Sub finem nonnulla desiderantur.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

CXXXVI. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur historia dynastiarum, auctore *Abulpharagia*, Jacobita.

Is codex anno Hegiræ 1104. exaratus est.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In-quarto.

CLX. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur Barlaami monachi, & Joasaphi Indiæ regis historia, è Græca lingua in Arabicam conversa. Interpretis nomen non occurrit.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

CODICES ARABICI,

à Mahummedanis scripti.

ALCORANI INTERPRETES.

In-octavo.

CCLXXIV. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur disputatio de præstantia & utilitate loci cujusdam, è surata secunda Alcorani, ubi de Dei solio sermo fit.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

LIBRI RITUALES.

In-octavo.

CCCXXI. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continentur preces Arabico-Turcicæ, quarum pars maxima superstitionem redolet.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

GEOGRAPHI.

In-folio.

DXCIX. A.

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur liber inscriptus prata aurea, & gemmarum fodinæ; opus partim geographicum, partim historicum.

Is codex anno Hegiræ 1109. exaratus est.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In-folio.

DCXV. A.

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur pars prior historiarum omnium compendii. Illius auctor est Sultanus *Abulfoda*, Apameæ Dominus. In priore hac parte differitur de chronologorum discrepantibus inter se sententiis, de librorum Veteris Testamenti interpretatione, de Adamo, prophetis, judicibus & regibus Judæorum, de Persarum regibus, de Pharaonibus, de Arabum regibus Mohammede antiquioribus, de imperatoribus Romanis, de Mohammede, & Mohammedanorum rebus gestis ad annum usque Hegiræ 454.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

DCXV. *B.*

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur volumen secundum compendii historiarum omnium. In altera hac parte de rebus gestis Mohammedanorum ab anno Hegiræ 454. ad annum ejusdem æræ 709. Sequuntur alia duo compendia historica. Prioris auctor est *Zainididdinus Omar,* vulgò *Ebn Elwardi;* alterius *Ebn Schohrea.* Desinunt anno Hegiræ 775.

DCXVII. *A.*

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur anonymi liber inscriptus florum prata, in duas partes divisus, quarum secunda desideratur. In prima verò sermo fit de Adamo, de Prophetis & de rebus ad Mohammedem usque gestis. In hocce opere multa commentitia & fabulis proxima reperias.

Is codex anno Hegiræ 1030. exaratus est.

DCLIX. *A.*

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur historiæ regum Ægypti pars, ab anno Hegiræ 32. ad annum ejusdem æræ 71. perductæ. Auctore *Josepho Abulmohasen.*

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

DCLXI. *A.*

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur historiæ regum Ægypti pars, ab anno Hegiræ 525. ad annum ejusdem æræ 674. perductæ. Auctore *Josepho Abulmohasen.*

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

DCLXXIII. *A.*

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur regum Mohammedanorum qui Ægypto imperarunt, historia, duobus voluminibus comprehensa. Auctore *Makrisio.*

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

DCLXXIII. *B.*

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur historia Ægypti, duobus voluminibus comprehensa, auctore *Makrisio.* Hocce exemplar, variis codicibus inter se summa diligentia collatis, describi curavit Benedictus de Maillet, dum in urbe Cairo Consulis munere fungebatur.

Is codex anno Hegiræ 1117. exaratus est.

DCLXXIII. *C.*

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur historia Ægypti, tribus voluminibus comprehensa, auctore *Makrisio.* Hocce exemplar eadem cura qua prius descriptum est.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus est.

DCCII. *A.*

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur anonymi collectio historica, è Novairi libris excerpta. In eo autem opere de Mohammedanorum rebus in Africa, Hispania & Sicilia gestis sermo fit.

Is codex anno Hegiræ 966. exaratus est.

DCCVII. *A.*

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur Noureddini & Salaleddini Sultanorum historia, auctore *Shehabbiddino Ebn Mohammed Abderrohmano,* qui huic suo operi ultimam manum anno Hegiræ 651. imposuisse dicitur.

Is codex anno Hegiræ 1121. exaratus est.

DCCLI. *A.*

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur pars prima & tertia operis quo de viris qui apud Mohammedanos ingenii & doctrinæ laude floruerunt, disseritur. Constat duobus voluminibus ordine alphabetico, dictionarii ad instar, dispositis. Auctor est *Ahmed Ebn Kalekan,* cujus mors ad annum Hegiræ 681. refertur.

Is codex seculo decimo sexto exaratus videtur.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In-quarto.

DCCLXVII. *A.*

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur compendium historiæ Seleucidarum ab *Omadiddino Mohammede,* filio *Ahmedis,* conscriptæ. Compendii verò auctor est doctor *Phathi,* filius *Ali Albondari,* Hispahanensis, qui hoc opus anno Hegiræ 623. aggressus est.

Is codex ex auctoris ipsius exemplari anno Hegiræ 660. descriptus dicitur.

DCCLXXIV. A.

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur anonymi liber inscriptus giawaher ulsuluc, id est, margaritæ filo conjunctæ. Est autem historicum compendium quo 1.° de Mohammedis genealogia, rebus gestis & miraculis sermo fit. 2.° De Chaliphis Ommiadis, Abbassidis & Fathemitis, ad Abulnasrum usque Jaacub, cognomento Almostanser Billah, qui anno Hegiræ 903. imperabat.

Is codex anno ejusdem æræ 1041. exaratus est.

DCCLXXXII. A.

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur liber inscriptus priscarum historiarum elegantiæ. Est autem compendium, quo de quatuor primis Mohammedis successoribus & de Mohammedanis qui Ægypto, priusquam in Otthomannidarum potestatem venisset, summo cum imperio præfuerunt. Conjecta sunt ad libri calcem præcepta quædam, regum moribus informandis idonea. Hujusce operis auctor est *Mohammedes ben Abdelmothi*.

Is codex anno Hegiræ 1033. exaratus est.

DCCXCV. A.

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur historia Ægypti, quatuor voluminibus comprehensa. Auctore *Makrisio*.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

DCCCI. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur annalium Ægypti, à *Mahummede* filio *Mijassar*, sub auspiciis Makrisii conscriptorum pars, quæ initio ab anno Hegiræ 430. ducto, ad annum usque 553. ejusdem æræ producitur.

Is codex sæculo decimo septimo videtur exaratus.

DCCCXXVI. A.

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur liber inscriptus fulgur Yemanicum, sive historia regni Yeman, in Turcarum ditionem redacti. Hujusce lucubrationis quatuor sunt partes, in quarum prima sermo fit de regibus Yeman, initio ducto ab ineunte decimo Hegiræ sæculo. In secunda, de victoriis ab exercitu Turcarum reportatis. In tertia, de secundo bello ab Otthomannidis adversùs Yeman suscepto. In quarta, de regibus penès quos erat imperium Yeman auctoris temporibus, qui *Kothbiddinus Mahummedes* appellabatur.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

PHILOSOPHI.

In-folio.

DCCCLXXXII. A.

Codex bombycinus, longè præstantissimus, ex Ægypto in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° *Aristotelis* rhetoricorum libri duo, è Syriaca lingua in Arabicam ab anonymo conversi.

2.° Ejusdem analytica priora, è Syriaca item lingua in Arabicam à *Jahia Adensis* filio conversa.

3.° Ejusdem poëtica, eodem interprete. Finis desideratur.

4.° Ejusdem categoriæ decem, è Syriaca lingua in Arabicam ab *Isa ben Isaac ben Zaara* conversæ. Initium desideratur.

5.° Ejusdem liber de interpretatione, è Syriaca lingua in Arabicam à *Jahia ben Honain* conversus.

6.° Ejusdem analytica posteriora, è Syriaca lingua in Arabicam à *Matthæo Ali Baschar*, filio *Jonæ Kibensis*, conversa.

7.° Ejusdem topicorum libri octo. Septem priores, à Mohammedano quodam nomine *Abi Ossman Said ben Jacub*, Damasceno, octavus ab *Abrahamo ben Abdalla*, scriba, conversus dicitur.

8.° Ejusdem sophistici elenchi, quorum sunt varii interpretes, nempè, *Jahia Abu Zachariæ Adensis*, *Isa ben Zaara*, *Theophylus* & *Naamensis*, quos inter numeratur anonymus, qui illos omnes longo tempore antecessit. Additum præterea est nostrum hunc codicem ab iis fuisse emendatum. Itaque cum illi interpretes aut sæculo Hegiræ quarto, aut ineunte quinto floruerint, codicis scriptura ad hæc ipsa tempora referenda est. Observandum quoque est ad exemplaris marginem conjecta esse quædam scholia.

CMXC. A.

Codex bombycinus, olim Benedicti

de Maillet. Ibi continetur liber inscriptus mirabilia regionum, auctore *Zacharia Mohammedis* filio, Casbinensi.

Is codex anno Hegiræ 877. exaratus est.

MATHEMATICI.

In-folio.

MCXIX. A.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur calendarium ad annum Hegiræ 841. accommodatum. Reperitur prætereà catalogus regum à mundi creatione ad annum supra dictum.

Is codex illis ferè temporibus exaratus videtur.

GRAMMATICI.

In-quarto.

MCCLXXXIV. A.

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur *Zainiddini Gabrielis* commentarius in grammaticam Arabicam, giarumia nomine cognitam.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

MCCXCV. A.

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur grammatica omnes Arabicæ linguæ regulas, quod à nemine hactenùs præstitum, complectens, auctore *Gabriele Pharrhat*, viro suæ ætatis eloquentissimo, poëta insigni, & qui vitæ sanctitate archiepiscopatum Alepensem adeptus est. Opus absolutum dicitur anno Christi 1707. quo etiam anno exaratus est is codex, ab auctore ipso emendatus.

MCCCXXVIII. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur anonymi tractatus de orthographia. Nonnulla desiderantur.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

MCCCXXXVI. A.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur anonymi lexicon Arabicum, versibus scriptum: adjunctis è regione vocibus Persicis quæ Arabicis respondent.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

MCCCXXXVI. B.

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur Arabicorum nominum & verborum Persicè explicatorum collectio, auctore anonymo.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

MCCCXXXVI. C.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Anonymi lexicon Arabicum, duabus tantùm primis alphabeti litteris constans.

2.° Pars lexici Arabici, unà cum vocibus Persicis Arabicis è regione respondentibus.

Is codex seculo decimo septimo exaratus videtur.

MCCCLIII. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur anonymi vocabularium Arabico-Italicum, quo in opere nulla ordinis alphabetici ratio habita est.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus est.

POETÆ.

In-folio.

MCCCLXXXIII. A.

Codex chartaceus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur selecta carmina, quorum auctor est *Achmet Abultib ben Alchosain*, cognomento *Almotnabbi*, in urbe Cufa natus, magnique apud Arabas nominis poëta.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

POETÆ.

In-quarto.

MCDLXXXII. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur poëma de rebus ad pietatem spectantibus, auctore *Gabriele Pharhat*, Alepensi archiepiscopo. Est secunda hujusce operis editio, priore multò locupletior & emendatior.

Is codex paucis abhinc annis exaratus est.

FABULÆ

FABULÆ ROMANENSES.

In-folio.

MCDLXXXIII. A.

Codex bombycinus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur opus toto Oriente celeberrimum, cujus titulus calila we damna, ex Indica lingua in Persicam, & ex Persica in Arabicam à *Bahiud* filio *Schahran,* sive *Ali Ebn Schah,* conversum.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MCDXCI. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur pars operis quod inscribitur mille & una nox.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

FABULÆ ROMANENSES.

In-quarto.

MCDXCIV. A.

Codex chartaceus, olim Benedicti de Maillet. Ibi continetur historia Alexandri magni, sive potiùs fabula romanensis de rebus ab illo gestis, In illo autem opere nihil fermè reperias quod non sit à veritate omnino alienum. Si auctori anonymo fides, Alexander, genere Coptus, Mohammedanos inter numerandus est.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

CODICES PERSICI.

THEOLOGIA MAHUMMEDANA.

In-folio.

XXI. A.

Codex bombycinus, ex Ægypto in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber inscriptus zubdet uttessanef, sive præstantia compositionum. Hujusce operis, quod in explicandis rebus ad theologiam & mores, juxta Persarum placita, spectantibus, versatur, duodecim sunt sectiones. Præfixa est præfatio de comparanda Dei cognitione. In prima autem parte de præcipuis Mohammedanæ religionis capitibus. In secunda, de conditionibus ad preces ritè faciendas requisitis. In tertia, de variis precum generibus. In quarta, de jejunio. In quinta, de eleemosynis quas Mohammedani singulis pauperibus quotannis largiri tenentur. In sexta, de peregrinatione Meccana. In septima, de Mahummedis & Imamorum duodecim qui ab Ali genus ducunt, præstantia. In octava, de Prophetis qui ante Mahummedem vixerunt. In nona, de virtutibus quas sincerus Mahummedanus potissimùm excolere debet. In decima, de vitiis ab eodem sedulò vitandis. In undecima, de scientia & de virorum doctorum officiis. In duodecima, de mundi creatione, de judiciis Dei, & cæteris ad idem argumentum pertinentibus. Sequuntur complures Muhammedis sententiæ, traditiones, & virorum sanctitatis laude insignium, historiæ. Quæ omnia quasi quoddam corollarium auctor operi suo subjunxit. Illius nomen est *Haidar el Khasary,* qui librum Chah Abbas, hujus nominis secundo, Persarum imperatori nuncupavit.

Is codex anno Hegiræ 1091. exaratus est.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In-folio.

LXXIX. A.

Codex chartaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur historia versibus scripta, victoriarum quas Amurathes, Selimi secundi filius, de Muhammede Chodabendi rege Persarum reportavit, auctore *Meulana Bihichty Muhkouky.*

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In-quarto.

XCIX. A.

Codex chartaceus, ex Indiis in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur historia regum qui antiquissimis temporibus regionis, Touran appellatæ, imperium obtinuerunt.

Is codex sæculo decimo octavo exaratus videtur.

FABULÆ ROMANENSES.

In-folio.

CCCLVIII. *A.*

Codex chartaceus, ex Indiis in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber inscriptus auwar sohaily: opus toto Oriente celeberrimum, ex Indica lingua in Persicam veterem, & ex illa in recentiorem ab *Hussein Kiakosy*, elegantissimè conversum.

Is codex sæculo decimo octavo exaratus videtur.

CODICES TURCICI.

HISTORIÆ SCRIPTORES.

In-quarto.

CXXV. *A.*

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur historia urbis Bagdad ab Amurathe Turcarum Sultano expugnatæ.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

PHILOSOPHI.

In-octavo.

CLVIII. *A.*

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber inscriptus ussoul el hikem sy nizam ul alem, sive imperii rectè administrandi rationes. Opus ex Arabica lingua in Turcicam à *Kiasy* anno Hegiræ 1041. conversum.

GRAMMATICI.

In-octavo.

CCXXX. *A.*

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber inscriptus dekaik ul hakaik. Quo in opere leguntur observationes doctissimæ in multas voces Persicas, illæque illustriorum scriptorum testimoniis confirmatæ. Auctore *Kemal Pacha*.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

POETÆ.


In-octavo.

CCCIII. *A.*

Codex bombycinus, Constantinopoli in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur variorum auctorum & varii argumenti carmina.

Is codex elegantissimè scriptus, sæculo decimo septimo exaratus videtur.

Finis Tomi primi.



INDEX SCRIPTORUM
QUI IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

Numerus Arabicus indicat paginam; Romanus, numerum singulis Codicibus præfixum.

INDEX SCRIPTORUM.

ABEN

INDEX SCRIPTORUM.

INDDEX SCRIPTORUM.

INDEX SCRIPTORUM.

INDEX SCRIPTORUM.

R. *ABRAHAM*

INDEX SCRIPTORUM.

INDEX SCRIPTORUM.

INDEX SCRIPTORUM.

INDEX SCRIPTORUM.

ALI

INDEX SCRIPTORUM.

INDDEX SCRIPTORUM.

INDEX SCRIPTORUM.

INDEX SCRIPTORUM.

E.

INDEX SCRIPTORUM.

INDDEX SCRIPTORUM.

Evagrius,

F.

INDEX SCRIPTORUM.

G.

INDEX SCRIPTORUM.

INDEX SCRIPTORUM.

L.

INDEX SCRIPTORUM.

M.

R. *MEIR,*

INDEX SCRIPTORUM.

INDEX SCRIPTORUM.

INDEX SCRIPTORUM.

Muriddinus

O.

P.

INDDEX SCRIPTORUM.

R.

INDEX SCRIPTORUM.

T.

INDEX SCRIPTORUM.

Finis.







